ZZ 11

# RELIQVIAE MANVSCRIPTORVM OMNIS AEVI DIPLOMATVM AC MONVMENTORVM INEDITORVM ADHVC.

## TOMO VII.

I. *Diplomatarium* Ludouici BRANDENBVRGICI *ducis & marchionis ab an.* 1330. *ad* 1345.
II. *E codice mſco Leges* NORMANNICAE, Germanico Saxonicae *uere.*
III. *Commentariolus ad illas, unde LL.* Normannicarum, Germanicarum *atque* Saxonicarum *harmonia.*
IV. *Diplomatarium* HALBERSTADIENSE *ab an.* 911. *ad* 1400.
V. CAPITVLATIO Friderici II. *imperatoris, an.* 1232. *eiusque* AVREA BVLLA, *cum commentario, unde* formula *S. R. I. optime intelligitur.*
VI. Brandenburgica AQVILA BICEPS; imperialis *auctor & origo.*
VII. BRANDEBVRGICARVM MONETARVM *ſyllabus.*

*Cum* PRAEFATIONE, *ubi monumenta haec recenſentur ſigillatim, &, cuius commatis ac utilitatis in* hiſtoria *ciuili & ſacra ſtudioque* iuris *publici, feudalis, priuati, prouincialis &* eccleſiaſtici *illa ſint, eruitur & explicatur,*

IO. PETRI de LVDEWIG, ICTI, FRIDERICIANAE CANCELLARII.




FRANCOFVRTI ET LIPSIAE, CIↃ IↃCC XXVI.

IA ELBLĄSKA

8530

278978

# PRAEFATIO AD
# TOMI VII.
# RELIQVIAS MANVSCRIPTORVM ATQVE OMNIS AEVI DIPLOMATVM.
## CVM RECENSIONE EIVS SINGVLARIVM ARGVMENTORVM.

REfero me ad otium, dicatum cultui mearum RELIQVIARVM. Nam, hoc & ſuperiori anno, multitudine rerum aliarum, quas REGIS AVGVSTISSIMI iuſſu expediui, diſtractum circumtuli animum, ut licuerit necquicquam uel cogitare de litteraria hac ſupellectili. Vti uero muſarum umbris plus delector, quam curiis magnatum: ita felicem me arbitror, ſi ad umbratilia redire aut temporis aliquid ſuffurari licet negotiis curialibus & palatinis, quod dare queam ſtudio litterarum. Quo etiam ſymbolo uſus ſum alibi, inſtar hoſpitalis teſſerae, quam ſuſpendi in gratiam artium liberarum (*). Et, ne quid fruſtra uidear dixiſſe, accipe ſingularia quaedam, quibus quodammodo interceptum

*Reditus ad* RELIQVIARVM *cultum.*

(*) In epiſtola ad opuſculum: *de opifice exule in pagis*, quod edidi menſe *Iulio* an. 1724. *p.* 73.

ac perruptum fuit meum, in *colendis reliquiis*, inſtitutum.

*Iter cum* PRINCIPE *an.* 1724.

§. 2. Nam anno CIↃ IↃCC XXIV. die XXVIII. menſis *Februarii* excurrendum fuerat per *Thuringiae* ſaltus & ſyluas in *Franconiam* & *Sueuiam*, tempeſtate horrida omnino nunc imbribus, nunc procellis ac uentis, nunc turbine glomeratis niuibus, nunc frigore pluuio, adeo conſpirauerant omnia tum ad aeris inclementiam. Comitabar in eo itinere PRINCIPEM animi excelſi atque rerum, bello ac pace geſtarum, magnitudine & gloria inſignem; de SECVRITATE ORBIS ROMANI optime meritum. Quem ſi a reportatis uictoriis & triumphatis hoſtibus adpellaueris, ITALICVM; GALLICVM; BELGICVM dixeris omni iure: ſi a conditis aedibus, uillis, pagis, oppidis, ductis *coloniis* cum domi, tum foris ad Poruſſiae ultimam uiciniam confiniaque Lithuaniae usque, ANCVM MARTIVM: ſi a uirtute ac fortitudine HERCVLEM & HEROEM ſui aeui maximum. Et uero quanta per uniuerſam Germaniam PRINCIPIS huius celebritas, meritorum trophaea & fama; illud clare eluxit tum, in omnibus angulis ac oris, per quas transſiuimus. Simulauerat PRINCEPS aliud nomen, ex ordine *nobilium* adſcitum, ut eſſet ignotus faceretque itum ac

ac reditum ſine impeditione ſolennium, quibus alias PRINCIPES HOSPITES ſolent excipi a rerum dominis. Verum prodidit peregrinatorem uultus ille, quem Romani DIVALEM & AETERNALEM dixere, oculorum maieſtas, dignitas oris & habitus: ut omnes in pagis ac urbibus concurrerent ad officia reuerentiae & honoris. Et licet celeres ac troſſuli, conducti ante in ſingulis ſtationibus, nos intra triduum NORIBERGAM hinc deferrent: praecurrit tamen fama tanti hoſpitis hos ipſos. Vt in VRBE conuolarent incolae paſſim ad uidendum ac demirandum illum, qui ferro conſilioque nunc tutauiſſet patriam, nunc imminentia bella inde auerruncaſſet. Nil omiſere PATRES PATRATI, quod facere poſſet ad ſignificationem cultus ac reuerentiae, debitae ac iuſtae PRINCIPI & HEROI. Recuſabat tamen ille officia quaeque a populis & rerum dominis oblata. Quod VRBEM ingreſſus eſſet, ſimulato nomine ac munere; quos limites, ſibi poſitos, ſine uenia & indulgentia ſingulari, liceret tranſilire nemini. Fateor, eandem etiam religionem mihi obſtitiſſe, ut moras ante necterem, quam proderem PRINCIPI deſideria. Cum duobus abhinc luſtris, id eſt an. CIↃ IↃCC-XIII. argumentum produxiſſem in academi-

micam arenam: DE NORIBERGA, INSIGNIVM S.R. I. TVTELARI, illud poſui in uotis; uſurpare illa oculis meis, quae deſcripſeram operoſe, fide imaginum & effigierum, inciſarum aeri. In mores enim iuit VRBIS: nulli aditum aperire ad uidendum IMPERIALIA INSIGNIA, quam PRINCIPI maioris ordinis REGENTI. Ex eo maxime tempore, quo an. CIↃ IↃCC XII. auguſtiſſimus imperator, CAROLVS VI. nouae ſanctionis inſtar iniunxit NORIBERGENSIBVS: ut IMPERIALIA haec INSIGNIA, R pontificiis ſacra, porro intacta eſſent neque *contrectatione* aut *exhibitione* frequentiori attererentur. Sed uix intellexit PRINCEPS INDVLGENTISSIMVS animum meum; quo etiam optationi meae reſpondit requiſiuitque ideo a ſenatu ad haec cimelia ſolennem acceſſum. Prandio igitur finito iuſſit, ut adſiderem ei in curru, quem ſequuti ſunt plura uehicula alia, ut adeo, conductu ſolenni intraremus templum S. SP. dicatum, in quo palladio is theſaurus non tam recondi ſolet, quam ſuſpendi in eius arcu ſupremo indeque demitti in arcula ad ſpectandum. Adficiebar ego hac RELIQVIARVM AVGVSTALIVM αὐτοψίᾳ. PRINCEPS prehendit dextra ENSEM CAROLINVM bipennem &, quomodo, ueteri ritu, geſtari, duci, intendi & tra-

& tractari manu poſſet, rei fecit periculum. Ingens hominum multitudo, in templo conſtituta, conuerterat oculos irretortos in PRINCIPEM magis, quam in haec ſymbola canae uetuſtatis. Interim ego curate omnia contuli cum meis, aeri inciſis exemplis atque utriusque inueni pulchram harmoniam (*). Parato abitu iuſſit PRINCEPS uehicula conuerti in uiam, quae ad CASTRVM ducit IMPERIALE; quod pariter adſcendit & ingreſſus eſt. Exceptus in eo fuerat officioſisſimis uerbis ab illuſtri PRAEFECTO, nobili uiro de NVZEL, adpoſitis in aulaeo bellariis. Sed PRINCEPS, loci & proſpectus amoenitate oblectatus, in memoriam ſibi reuocauit priſtina iura uenditi BVRGGRAVIATVS, intra urbem ueterem, non uero nouam & prolatam finibus, conſilio praepoſtero ac peruerſo. NORIBERGA relicta, contendimus in Sueuiae uiciniam & GOLDBACENSEM dynaſtiam, GEIERO comite teſtatore, relictam REGI PORVSSIAE. Quatuor illa praefecturis diſtinguitur, *Goldbaco; Reinsbrunna; Ingolſtadio; Neunkircha.* Sed hae inuicem disiectae ſunt ſpatiis itinerum diei unius: quapropter redituum non

(*) Senator primarii ordinis, ab EBNER, oſtendit mihi *delineationes*, ſcite periteque factas horum inſignium, ea quidem magnitudine in charta, quam re ipſa habent. Vt adeo, ſi prodierint in lucem, oculos cum liceat paſcere in his picturis impenſius.

 inſi-

infima pars abſumitur horum adminiſtrorum annuis ſalariis. Imo cum inter ſubditos fundi diuiſi, illi conuentam tantum mercedem ſoluunt annuatim; ut adeo ex oeconomia prudentiori nulla incrementorum ſpes. Contra in his locis, dominus praedii nobilis, hanc omnino collocat in agris eorumque cultura, gregibus, armentis, aliisque pluribus, quae diſtincta omnino a bonis ſubditorum. Tum etiam per tractum LIMBVRGENSIVM dynaſtiarum tranſiuimus, in quas PORVSSICA IVRA expoſuimus oratione ſingulari. Quam inter *oratoria opuſcula* noſtra licet reperire. Pernoctauimus in patria urbe, HALENSI, olim dulciſſima mihi; nunc memoriae beatae cum ob MATREM; FRATREM; SORORES. Nam habet gens noſtra illud a coeleſti NVMINE: quod mediae ſortis fortunarum aliquid deſit nulli. Nam ſorores, honeſtis connubiis elocatae, frater autem olim militaria munera, praeſertim in oris *Italiae* obiit; nuperrime uero adſcriptus eſt numero SENATORVM, penes quos ſumma patriae reipublicae. Dignatus eſt eum PRINCEPS conuictu & colloquiis, inſtitutis potiſſimum de bellis Italicis, quibus olim interfuit ipſe ſub PRINCIPIS imperio, paucorum annorum adoleſcens. Inde

facti

factire duces per MERGENTHEMIVM, magiſtri Teutonici ordinis metropolin, HALAM Venedorum die XVII. menſis Martii. Nugiuenduli rerum nouellarum ſcriptores de hoc itinere multiplicia ſparſerunt commenta; ut omnino dolenda ſit poſteritas, quae olim his gerris facile tribuerit fidem feceritque hiſtorias ex anilibus fabellis.

FINIVM REGVNDORVM *iudicia in pago* MANSFELDENSI *an. 1725.*

§. 3. Sub ingreſſum anni ſequentis die XIV. menſis *Ianuarii*, iuſſu principali, finium regundorum iudicia iterum fuerant ſubeunda in comitatu MANSFELDENSI. Erit de hac re dicendi locus alibi, quae inuoluta fuerat ac irretita tenebris Cimmeriis, ut, in paganorum arena, opus eſſet quodam DEO TERMINALI, qui ex hoc labyrintho, oſtenderet exitum. Sed filum nobis ariadneum membranae ueteres; ſcripta & libelli partium, mole uere immani; ſeniorum ſermo ac fides multiplex ac diuerſa; finalia monumenta, lapides, arbores, montes, pontes, flumina, margines, ſepta, ſyluae, aedificia, nunc collapſa uetuſtate; nunc a maleuolis deleta, exciſa, deſtructa; nunc tecta obductaque obliuiis & fallaciis. Sed ex his meandris ac offuciis, poſt inſtituta & repetita colloquia, emerſimus demum &, quid dari quidue retineri queat, conueni-

uenimus in LEGES FINALES, ante tamen non ſtabiles aut firmas, quam REGALI IVDICIO iuſſuque ratae. In quibus uotis optatisque bona pace diſceſſimus iterum *die* XX. menſis Ianuarii CIↃIↃCC XXV.

*De* PRAEBENDA SCHOLASTICI *an. cIↄ Iↄcc x.*

§. 4. Supereſt cauſa alia ſingularis, quae muſulae meae hoc & ſuperiori anno multum negotii faceſſiuit. Non dubito hiſtoriam referre, amoris & odii cauſis procul habitis. Anno CIↃIↃCCX. b. m. STRYKIVS, iureconſultus, qui hodieque bene audit in tribunalibus Germaniae uniuerſae, collegio noſtro *problema iuris* propoſuit: *utrum*, ſaluis imperii legibus, *poſſit praebendarum aliqua pars adſignari impenſis academiarum?* Adfirmauerat ipſe thema: quod finis ſacri patrimonii, inſtitutio iuuentutis in doctrina ac uita; quod plerarumque academiarum ea priuilegia, ab imperatore indulta & pontifice, ut aliqui *canonicatus* ſeu *praebendae* uerterentur in hos uſus, indeque uiuerent artium & litterarum, ciuilium & ſacrarum, profeſſores, exemplis *Treuirenſis*, *Viennenſis*, *Lipſienſis*, *Argentoratenſis*, quarum doctores hodieque ob cauſam muneris uel reditibus gaudent *canonicorum* uel ipſi ſpartam habent exornantque *canonici*, indulgentia tamen muniti aduerſus *reſiden-*

*ſidentiam*; demum quod LVTHERVS & CALVINVS damnent noſtri aeui & euangelii *canonicos*, qui ſacros reditus deglubant deglutiantque in luxu, otio, torpore & ſopore, ut demum iuſtiſſimo orbis iudici, in rationibus reddendis, nequeant reſpondere: quam illud, *fruges conſumere nati*; tandem, quod in omnibus piarum donationem tabulis reperiatur, inſtar cauſae, ſpes uitae inter coelites & indulgentia ab igne purgatorii, neutram autem ſibi quisquam uel polliceri uel alius promittere inde posſit illi, qui reditus quosdem diuis donet dicetque, quos deuorent aliqui homines uel otioſi uel in eo occupati ſolum, ut mortuas manus adaugeant ſubtrahantque bona mortalium commerciis. Haec cum graui oratione ipſe iureconſultorum ordini expoſuiſſet, adſignauit tum mihi thema, ut hoc, nomine illius, reſponderem & illuſtrarem, ſacris *canonibus*, *exemplis*, *teſtibus* ac *teſtimoniis* omnis aeui. Accepi penſum, licet Minerua admodum inuita: quoniam facile intellexi ac praeſenſi odia illorum, quorum intererat, otia haec canonicorum ali, foueri, defendi, propugnari: non impeti aut tolli. Nectebam ideo moras, usque dum *curia regalis* tertium excitaret *ordinem* noſtrum,

de maturando reſponſo hujus argumenti. Cum igitur deuitare porro nequirem, quod, ordinis noſtri ſuffragiis, uere unanimibus, mihi, collegae erat iniunctum: de illo mitigando ac leniendo fui ſolicitus. Poſtquam enim *Vltraiectini* problematis legiſſem ſcriptores ſacros & ciuiles: *utrum, ſalua conſcientia, homini euangelico liceret eſſe canonico Vltraiecti?* Voetium, Schookium, Mareſium, Wiſſenbachium, alios: tum uerti ſtylum &, ne *praebendarum* opes corruerent omnes, illud propoſui: annon conſultius ſit, in uno genere defigere animum & calamum atque ſolam ac unicam SCHOLASTERIAM uindicare uſibus ac impenſis ſcholarum & academiarum; reliquis ſuo loco pretioque relictis. Habui omnium ſuffragatorum in collegio calculos communes; tum maxime, poſtquam elucubrato themati, hoc fine cuique transmiſſo, nomina ſua ſubſcripſerunt ſinguli, omni dubitatione, ſcrupulis ac ſcopulis e medio ſublatis. Atque hoc illud eſt, quod poſt honoratiſſimus collega noſter, *Iuſtus Henningus* BOEHMERVS iuri *canonico Euangelicorum* non dubitauit inſerere, conceptis, ſed in epitomen contractis uerbis, ſuaque ſententia non minus adprobatis. Jacuit haec cauſa tum, AVGVSTISSIMI REGIS inſecuta

*Inſtauratum problema an. 1724.*

ta

ta morte anno CIↃIↃCCXIII. Sed cum decennio fere poſt de ACADEMIARVM reditibus oriretur quaeſtio eſſetque deprehenſum re ipſa; quod inprimis FRIDERICIANA uiueret ex principis *fiſco* & *aerario* reipublicae: illud conſultum deliberatumque; num modus eſſet, illas impenſas requirendi aliunde. Non poterat non auguſtalibus adminiſtris, rerum gnaris, priſtini RESPONSI, in *Boehmeriano commentario*, typis publicis exſcripti, memoria redire in mentem. Hinc an. CIↃIↃCCXXIV. menſe *Iulio* POTENTISSIMI REGIS iuſſu huc facientia iuris capita ordini noſtro transmiſſa, quae, nouo inſtituto, ob aduerſam etiam partem auditam, reſponderemus ſiue nomine ordinis communi ſiue etiam ſigillatim. Vt fieri ſolet in uetuſtioris *iuris problematibus*, argumentum hoc expoſitum & uentilatum eſt inter collegii noſtri ſuffragatores, quorum alii alia monuerant, plerique autem ſua ſymbola hoc fine contulerant, ut quaeſtio iuris propoſita: *num praebenda aut canonicatus* SCHOLASTICI *uindicari queat academiis, ad alendum magiſtros diſciplinarum, iure quodam poſtliminii*, adfirmaretur omnino. Impoſita fuerat reſponſi elucubratio humeris meis: quos oneri huic non potueram ſubtrahere, quam etiam uellem.

Nihil

Nihil igitur omiſi, quod ad bonam hanc cauſam inſtruendam ex omni aeuo ac orbe aliquid poſſet conferre. Vnde demum id conſecutus ſum: ut facilius de ſole in meridie liceat dubitare, quam de huius *thematis iuſtitia & ueritate.*

*Iter* Halberſtadium & Magdeburgum *inſtitutum* Martio 1725.

§. 5. Hac ſpe fretus, *iuſſu regali*, *Magdeburgum* me contuli & *Halberſtadium*, ut iſtis curiis earumque legatis adeſſem ſocius & collega, in quorum mandatis fuerat, *poſtulatum aequum & honeſtum generali conuentui* ſacrorum collegarum, circa haec tempora inſtituto, aperire, declarare ac ſuſtinere ſacrorum *canonum* auctoritate; decretis *conciliorum*; piarum *donationum* formulis ac rationibus; *uſu* denique communi cum *Europae* chriſtianae uniuerſim, tum *Germaniae* inprimis noſtrae; idque in *tribus* ſacrorum tolerabilium ſymbolis, pontificiali, euangelico utroque, ne quid hoc inſtitutum habere uideretur inſolentiae, nouitatis, partium ſtudii, iniuriae aut iniquitatis. Vti uero pauciſſimi canonici iura ſacra docti ſunt, praeſertim inter euangelicos, qui ciuiles ſibi Latii leges ſatis eſſe, putant ad iuriſprudentiam: ita mirum non eſt, pauciſſimos eorundem habuiſſe rei, de qua agebatur, intelligentiam & cognitionem.

nem. Et cum praeterea proprii commodi momenta inſignia eorundem oculis obducerent glaucoma; alius conſilii exitus, in aequiſſimo licet & honeſtiſſimo inſtituto, praeuideri non potuit, quam contradictio, ſtudia aduerſa, repudia & repugnantia. Inter Euangelicos canonicos praeſertim, apud quos fere in mores iuit, ſacris hiſce reditibus uti ac frui, inſtar cenſus, foeneris, tantum non trapezitici. Nam euangelico ſeculo neque hoc turpe: nundinari *canonicatus* & *praebendas* ſacras mercari, emere, uendere ad uictum, cultum, gulam, otia, luxum; omni quotidiano officio neglecto, quo tenentur & obligantur ſacri collegae in templis, precibus, doctrinis, cantu, uigiliis, ieiuniis & eleemoſynis, ritibusque aliis, pacando NVMINI dicatis ex inſtituto purioris eccleſiae. Sane, quod ſtupeas, graue eſt illis hodie, haberi eosdem inſtar adſcriptitiorum eccleſiae ſuae, unde accipiunt tam immanes reditus & obſtringi ad *reſidentiam*, uniuerſo orbi chriſtiano ſolennem; quam legem, nouiſſime inſtauratam, inſtar iniuriae accipiunt, abiecto omni pudore ac reuerentia diuinorum inſtitutorum. Sed laterem lauo, memor ſcriptorum eriſticorum de *Vltraiectinis canonicis*, quae corrupti

rupti aeui moribus pridem ſuppreſſa, deleta & obliterata. Neque confido, quemquam ſuis ſcriptis profecturum aliquid, niſi arbiter mortalium ſupremus reuocet hanc deprauationem ad rationes, quas, meo ſenſu, nollem ſuſtinere, praemio propoſito omnium harum diuitiarum.

*Num* SCHOLASTICI *praebenda uindicanda iure* ACADEMIIS ?

§. 6. Sed ad rem. Age enim argumenta in medium producenda: *quod* SCHOLASTICI PRAEBENDA *iure meritoque poſſit debeatque uendicari illuſtrioribus ſcholis & academiis ad inſtruendam in omni doctrinarum genere iuuentutem.*

*Rationes a] negantium.*

Qui negare thema, audent, illi utuntur argutiis, quae ſequuntur. *Principio* quidem, in Germaniae ſacris collegiis haec inſtituta exulare, cum illis ſcholaſticus audiat, non qui doceat, ſed qui praeſit numeris docentium & diſcentium. *Deinde* ex his moribus fieri ius, non infringendum temere, niſi praeſcriptionis omni ſublato nexu. *Poſt* ſcholaſticum ſalario quidem inſtruendum, non uero tota praebenda. *Praeterea* fruſtra hodie requiri ſalaria profeſſorum in *dotatis* iam academiis abunde. *Porro* requiri in canonico iure *Grammaticum*, cui muneri ſufficiat rector ſcholae triuialis. *Tum*, ubi hae inſtitutae, porro aliquid non poſſe requiri. *Imo* in tantis academiarum

rum numeris, quibus laboret Germania noſtra, fruſtra conſilia quaeri de nouis inſtituendis. Et, cum in cathedralibus Germaniae eccleſiis nemo habilis ſit collega ſacer, niſi atauitae nobilitatis: locum hunc dandum necquicquam profeſſoribus umbratilibus. *Demum* ſacros praeſulatus in eo ſtatu conſeruandos, quem habuerint kalendis *Ianuarii*, anno CIↃ IↃC XXIV. qui ſit decretorius omnino. *Ad extremum* nefas eſſe, conuellere formulam prouinciae, in quam iuerint conuenerintque princeps ac ſubditi. *Tandem* mereri omnes dicam, qui conſilia ſuggerant principi ad deminuendum eccleſiis ſacrum patrimonium, poſitum omnino extra commercium inter mortales.

§. 7. Verum honeſtioris longe notae argumentis & rationibus inſtructi ſunt: qui ſcholis primi ordinis, id eſt, *academiis praebendam ſcholaſtici* inſtituunt uindicare. *Principio* in argumentis ſacris, quale noſtrum eſt, audiantur CONCILIA, in iisque LATERANENSE III. an. 1179. cuius caput XVIII. eſt hoc: *curetur, ut, per unamquamque eccleſiam cathedralem* MAGISTRO, *qui 1)* CLERICOS *eiusdem eccleſiae* (epiſcopatus uniuerſi) *& 2)* SCHOLARES (in aliis diſciplinis) *gratis, doceat, competens aliquod beneficium* (praebenda) *adſi-*

*b*] adfirmantium *argumenta.*

*a*) *a* CONCILIIS,

*Lateranenſi,*

*adſignetur. Quo docentis neceſsitas ſubleuetur & diſcentibus uia pateat ad doctrinam.* Quod etiam decretum inſcriptum eſt *cap. 1. X. de magiſtris*. Et, ne quis dubitet, unde requirendae impenſae ad alendum academicos doctores: indulget VIENNENSE CONCILIVM regibus
*Viennenſi,* rerumque dominis in *Gallia, Anglia, Scotia, Hibernia, Hiſpania, Italiaque: ut praelatis, monaſteriis, capitulis, conuentibus, collegiis ſacris, exemtis & non exemtis ideo indicant cogantque indicta tributa, onere hoc ideo ſingulis iuxta facultatum exigentiam imponendo.* Quod decretum concilii repetitur *cap. 1. de magiſtris in Clem.* certiſſimo argumento; non Germanis maius praeſidium ad barbariem & alendum collegia ſacra in otio, ignorantia, luxu. Idem
*Cabilonenſi* urget CABILONENSE *c. 3.* ex argumentis cauſisque iisdem. Reuocat hoc praeceptum in memoriam orbi chriſtiano *concilium* TRIDENTINVM *ſeſſ. XXIII. cap. 18.*
*Tridentino.* uerbis ac ſenſibus acrioribus longe: *de coetero dignitates iſtae, quae* SCHOLASTERIAE *dicuntur nonniſi* DOCTORIBVS *uel* MAGISTRIS *aut licentiatis, in ſacra pagina aut in iure canonico & aliis perſonis idoneis & qui* NE. PER SE IPSOS *hoc munus explere poſſint, conferantur. Et aliter facta prouiſio nulla ſit & inualida. Non obſtantibus quibuſuis 1) priuilegiis 2) & conſuetudinibus*

*etiam*

*etiam 3) immemorialibus.* Quod par eſt, ut attendant euangelici, ceteroquin ab hoc concilio longiſſime alieni, cum non haereſeos aut nouitatis hic argui illud queat, dum purioris eccleſiae laudabilia decreta uetuſtiſſima, ſuo aeuo aduerſus corruptelas inueteratas renouat inculcatque eidem. Romani catholici autem intelligant, quo iure obſtrepant chriſtianae fidei, quam habent, formulae ac ſymbolo? Imo concilium TRIDENTINVM *ſeſſ. V. c. 1.* atque *ſeſſ. XXIV. c. 18.* id officii etiam iniungit conſcientiae & poteſtati EPISCOPI: *ut* PRAEBENDATVM SCHOLASTICVM *aut ad docendum publice adigat aut ſubſtitutum eligat ſubtrahatque fructus praebendae ſcholaſtico. Et mandet epiſcopus, quae & quomodo docere debeat* SCHOLASTICVS.

§. 8. Deinde non indulgentius in *ſcholaſticum canonicum* eſt ius *canonicum.* Quae iuris axiomata conceptis uerbis audiemus & recitabimus. *Scholaſticus* canonicus IPSE *doceat ſcholares* c. 1. X. de mag. *doctrina inſtruat clericos & alios* c. 3. 4. X. eod. *neque excuſabit eccleſias magiſtrorum raritas* c. ult. X. eod. Et porro: *non ſolum in* CATHEDRALI *eccleſia, ſed etiam in aliis, quorum ſufficere potuerint facultates, conſtituatur magiſter, qui clericos doceat. Cui* VNIVS PRAEBENDAE *prouentus adſignandus* cap. 4. X. eod. Etiam DECRETORVM

*b) iure* CANONICO.

*1) decretalibus.*

*2) decretis.*

TORVM praeceptum eſt idem in *can. 12. de quibus diſt.37.* uerbis, quae ſequuntur: *de quibusdam locis ad nos refertur, neque* MAGISTROS *inueniri neque curam pro* STVDIO LITTERARVM. *Idcirco in uniuerſis* EPISCOPIIS *& aliis locis diligentia adhibeatur: ut* MAGISTRI *&* DOCTORES *conſtituantur, qui ſtudia litterarum & liberalium artium adſidue doceant.* Quod magis eſt, excitat papa CLEMENS V. uniuerſi orbis chriſtiani *reges* rerumque dominos ad indicendum *capitulis, eccleſiis, piis corporibus omnibus tributa & collectas ad condendum academias alendosque artium profeſſores,* idque communi generalis concilii auctoritate, ut habetur in *cap. 1. de mag. in Clement.*

3) *clementinis.*

c) HISTORIA *uſuque in* 1) *Gallia in academiis*

§. 9. Et ne fruſtra haec dicta decretaque fuiſſe, exiſtimet quis, en uſum eorundem pragmaticum, cogendum ex orbe chriſtiano hic per epitomen. Initium faciamus a GALLIA CHRISTIANA, ubi academiarum plurimi profeſſores, ſalarii loco, accipiunt *canonicatus* ſeu praebendas. Quod aliquot tantum exemplis faciemus clarum. In THOLOSANA academiae profeſſor primarius & cancellarius eſt, intuitu huius ſolius ſpartae, *canonicus*, teſte AVFRERO *in quaeſt. Tholoſan. 13.* Idem fit in academia AVRELIANENSI, ubi canonicus ſcholaſticus eſt ideo

*Tholoſana,*

*Aurelianenſi,*

ideo profeſſor, ut CIRONIVS habet in *paratit. lib. V. decretal. tit. V. p. 379.* In prouincia & urbe CADVRCORVM (Cahors) academia dotata eſt aliquot CANONICATIBVS eius epiſcopatus, fide *Petri* GREGORII *in ſyntagm. iur. lib. XV. c. 19.* inſcripto, de *cancellario ſeu magiſtro ſcholarum*, quaſi utrumque munus rei ſit unius eiusdemque. De LAVDVNO (Laon) ſimilia habet CHOPPINVS *de ſacra politia lib. III. tit. 3. p. 507.* Qui ibidem docet, eadem etiam incrementa habuiſſe TORNACENSEM academiam, quod canonicatus quidam uerſi in munera & ſalaria profeſſorum. De PARISIENSI eo minus eſt dubium, quo haec ſchola aliis eſt illuſtrior in ſacrorum beneficiorum & praebendarum numeris, conductis etiam illuc ex ſacris collegiis & epiſcopatibus aliunde. Quod & hiſtorici teſtantur & inter iureconſultos *Anton.* HOTTOMANNVS *en traité des droits eccleſiaſtiques Françoiſes p. 356. 357.* qui etiam in collectione reperitur *Petri* PITHOEI *en libertez de l'Eglice.* Sed quis dubitaret de hac metamorphoſi canonicatuum in academica ſalaria? cum ipſe pontifex *Alexander III. an. 1159.* ad archiepiſcopum *Remenſem* loquatur de conſuetudine Galliae: *quod per omnes maiores eccleſias Gallicanas receptum, quod ei, qui in ſcholis* DOCET, *debeatur una* PRAEBENDA, *ſub-*

*Cadurcenſi,*
*Laudunenſi,*
*Tornacenſi,*
*Pariſina,*
*Omnibus uniuerſim.*

*ſubducenda aut deneganda necquicquam*, adfirmante hoc ipſum *Coſma* GVYMIERO *ad pragmaticam Galliae ſanctionem tit. de collationib.* p. 71. 72. 73. Neque alia inſtituta

*2*] *Hiſpania* ultimae Hiſpaniae. Nam plene planeque *Andr.* MENDO *de iure academ. lib. I. qu.* 7. §. 5. atque *lib. II. qu.* 18. *n.* 20. docet: *ſcholaſticum canonicum Salmanticenſem profeſſorem eſſe ſimul primarium & academiae cancellarium.*

*3*) *in Germaniae academiis* §. 10. Sed ne iuſto diutius haereamus in regnis extraneis: etiam in patria noſtra illud eſt teſtatiſſimum, ACADEMIARVM *Germaniae cauſas & ſuſtentacula* CANONICATVS, huc translatos.

*Treuirenſi*, TREVIRENSI academiae an. 1454. Nicolaus papa adſignauit *ſex canonicatus*, praebendasque alias iuxta tres ecclesſias parochiales ſingulari diplomate, quod recitat BROWERVS *lib. XIX. annal. ad an.* 1454. *p* 289. licet ſtudia ſua obmouerint huic priuilegio pontificis ſacra collegia: nouiſſime tamen an. 1618. in ius uocauit ideo immorigeros archiepiſcopus Lotharius, auctore *eodem lib. XXIII. n.* 102. *p.* 461. De

*Viennenſi.* VIENNENSI academia, tempore etiam uetuſtiſſimo, habet idem & plura LAMBECIVS *tom. II. bibl. Vind. cap.* 5. *p.* 87. & 113. quod, in eius gratiam, *octo canonicatus* expuncti uerſique ſint in ſalaria profeſſorū. Vbi & eius rei monumenta habentur,

ad

ad quae prouocat quoque LAZIVS *in hiſt. Vienn. lib. XII. p.* 100. In INGOLSTADIENSI pariter *canonicus Eichſtadienſis* ſcholaſticus eſt primarius profeſſor & *uicecancellarius*, conſuetudinis teſte *Iac.* GRETSERO *ad ep. Eichſtadienſes lib. I. c. 21. p.* 254. *Ingolſtadienſi.*
In LIPSIENSI academia an. 1481. illud eſt prorſus ſingulare: quod iſta quidem epiſcopatu deſtituta, nihilominus ad dotem eius conciliandam *Iohannes XXI.* pontifex ſingulari diplomate uoluerit iuſſeritque, ut trium uicinorum epiſcopatuum ſinguli alerent *duos profeſſores Lipſienſes*, adſignarentque ſingulis ideo canonicatum. Quibus iuribus uiuit utiturque etiamnunc alma *Lipſienſis* ſucceduntque ex profeſſoribus theologis & iureconſultis in *canonicatus* duos *Merſeburgi*; totidem *Naumburgi*; totidemque *Miſniae*, ſine ullo reliquorum collegarum ſuffragio, quod plenius recenſet *Tob.* HEYDENREICH *in chronico Lipſ. ad an.* 1481. *p.* 55. Neque uel hoc ſatis fuerat Saxoniae electori euangelico. Ipſe enim, tempore reformationis, omnia *ſacra collegia* coenobiaque ſuſtulit adſignauitque eorundem reditus *profeſſoribus Lipſienſibus & Wittebergenſibus*, ciuibusque utriusque academiae ſtudioſis. Quam conceſſionis hiſtoriam exponunt HORTLEDER *tom. I. lib.* 5. *c.* 22. atque SE- *Lipſienſi.* *VVittebergenſi.*

CKENDORF *in hiſtoria Lutheraniſmi lib. III. ſect. 27.§.110.* Vnde hodieque illae academiae altrices ſunt pauperum ſtudioſorum, quorum ita numeri adaugentur & conſeruantur. Eodem iure beneficioque uixit ante reformationem & poſt

*Tubingenſi.* academia TVBINGENSIS. Nam conditor *Eberhardus* non ſolum plurium coenobiorum & collegiorum ſacrorum reditus an. 1472 adſignauit eidem: ſed etiam *Ludouicus* dux an. 1589. ſublatum Franciſcanum coenobium deſtinauit academiae. Vnde illa incrementa accepit maxima; quae non ſolum profeſſorum ſalariis ſufficiunt; ſed etiam centum ſtudioſis artium magiſtris ad uictum & cultum. Imo *principibus* & *comitibus*, quoque, litterarum ſtudioſis, patet ibi *collegium illuſtre*, diſtinctum a reliquo corpore academico, quod uariis locis deſcribunt CRVSIVS, LANSIVS, ZEILERVS, historici Sueuici.

*Argentoratenſi.* ARGENTORATENSIS licet Galliae regis nunc pareat imperio adeoque principi pontificiorum ſacrorum: illud tamen beneficium conſeruat, quo profeſſores plures, muneris ſui ergo, ſint maneantque *canonici.* In nimio peccarem: niſi hic abrumperem filum. Cum haec exempla teſtatiſſima ſint: *academiae conditori fas eſſe, niſi alios plures, ſcholaſtici tamen canonicatus transferre & adſi-*

*adſignare profeſſoribus academicis.* Imo, *in quibus* EPISCOPATIBVS ACADEMIAE; *in illis etiam uel* CANONICI *ſunt* PROFESSORES *uel* PROFESSORIBVS *adſignati* CANONICATVS, *maxime ſcholaſtici*, inſtar ſalarii.

§. II. Nam in his inſtitutis in memoriam reuocandus *piarum donationum omnium* propoſitus *finis* & ratio, non certe aliunde requirenda, quam a *gloria dei*, qui cognoſcendus ex *litteris* earumque ſtudio & cognitus celebrandus cultu. Vnde donatores *uitam aeternam* pollicebantur ſibi & aliis: non uero ex eo, ut res fundosque eximerent mortalium commercio adſignarentque illos hominibus, torpentibus in otio parum frugali. Fuerunt itaque coenobia quaeque *ſcholae* uulgares: ſed *artes* cultae fuerant in abbatiis: diuinior iurisprudentia & theologia in *collegiis canonicorum*. Eo quidem ſucceſſu, ut principum ac illuſtrium familiarum filii in illis quoque educerentur ad uirtutem, litteras, linguas, artes, iurisprudentiam & theologiam. De *Oſnabrugenſis epiſcopatus* collegio ſacro diploma quidem dubium eſt, res autem ipſa certo certior: quod Graecas maxime litteras linguasque cum dicendi arte eidem commendauerit conditor, ut inde requireret imperator rerum adminiſtros & *legatos* potiſ-

*d*) RATIONIBVS *piarum donationum*

ſimum, adhibendos in negotiis cum gentibus peregrinis. Facile eſſet ad commonſtrandum haec omnia ex ueteris aeui monumentis: ſed cum hanc ſpartam ante nos occupauerint alii, ad illos licet quemque remittere. Agunt de *ſeminariis uirorum* litteratorum in coenobiis MABILLON & ALTESERRA *de uita monaſtica & aſcetica*; CHYTRAEVS & CONRINGIVS *de ſcholis & academiis*; HOSPINIANVS & VOETIVS *de monachis & ſacris collegiis* aliique plures ſcriptores & collectores *eccleſiaſticae diſciplinae & antiquitatum*. In iisque *Carolus* COINTE *tom. 6. annal. 803. §. 72.* SCHATEN. *lib. 8. Weſtphal. p. 516.* TVRKIVS *in faſtis Carol. ad an. 784. 804. Ant.* MATTHAEI *in epiſc. Vltr. lib. 2. cap. 2.* MADERVS *in praeſ. ad chron. Montis ſer. p. 14.* Quicquid igitur eius conſilii ſuſcipitur in *canonicis* cogendis ad *docendum* uel in *canonicatibus* uertendis in academicos uſus: illud nihil habet nouitatis, ſed iura poſtliminii manifeſto, commendanda omnino omnibus principibus & antiſtitibus in chriſtiano orbe uniuerſo, ad procurandum alterutrum in republica ſacra.

e) TESTIMONIIS *grauiſſimis.*
f) Rpontificiorum.

§. 12. Habes igitur ſacrarum *legum*; *decretorum*; *conſuetudinum*; *finium* ac *rationum* pulcherrimam harmoniam in SCHOLASTICI praebenda adſignanda profeſſoribus academicis: accipe nunc concen-

centum grauiſſimorum teſtium, conducendorum ex *tribus fidei formulis*, quas tolerare ſolemus Germani in imperio. Audiemus primum *pontificios* idque ideo, quoniam illi eccleſiae diuitias & adparatum maiori alias rigore ſolent defendere ac tueri. Interpretes pontificii iuris, qui ſeculo XIV. floruerunt, *Franciſcus* ZABARELLA atque *Nicolaus* SICVLVS *ad cap.* I. *de magiſtris in Clem.* his uerbis in transgreſſores huius legis inuehuntur: *Decretiſtarum 1300.* *Hoc capitulum* (de contributione coenobiorum & eccleſiarum ad noue erectas aut erigendas academias) *eſt ſalubre: ſed male obſeruatur. Quia ita* BVRSAE *praelatorum euacuantur. Sed debet tamen obſeruari. Inde debet ſequi executio, ne diſpoſitum eſſe uideatur fruſtratorie.* Huic ſuppar *Antonius de* BVTRIO *ad V. decret. tit. 5. c. 4. n. 5. 6.* rem pariter definit ita: *Praebenda* SCHOLASTERIAE *conferenda nonniſi* DOCTORI. *Quod, ſi doctor deſit, conferenda illa alii, ob metum iuris deuolutionis. Sed tamen, poſt doctorem inuentum,* ALENDVM *eſſe eum ex* PECVNIA *ab* OMNIBVS CANONICIS COLLECTA, *eroganda pro cuiuslibet* RATA. Addit *Ioannes* ANDREAE *in comment. ad cap. 4. X. de magiſtr.* reſpondetque caſum & cauſam: *ſi una eccleſia collegiata non ſufficit, coniungantur plures* (ad alendos profeſſores) *donec efficiant idone-*

b 5 *am*

*am praebendam*. Parcimus ſpatio ac tempori, ne plura conducamus, praeſertim ex theologis illos, qui damnant uitam ac ſortem canonicorum, niſi agant, quod eſt eorundem officii. Sigillatim PRAEBENDAM SCHOLASTICI nemini demandari poſſe, quam doctori aut profeſſori academico, ex inſtituto definiuit, brachio tamen leuiori *Nicolaus de* REBBE *de canonico theologali*. Significanter demum arguit clauditque *Ioh.* ANTONIVS, epiſcopus Sabinenſis *in commentario ad decreta can. I. cauſa XII. quæſt. 5. Datur beneficium* (praebendae ſcholaſtici) *propter officium docendi. Ideo cum ceſſat officium, ſubtrahitur beneficium. Et cum retinetur* (ſcholaſteriae praebenda) *abdicato officio* (neglecto munere docendi) *iniuria perpetua infertur Deo & eccleſiae.* Quod repetunt etiam CONZEN *lib. VI. polit. c. 41. §. 3.* & *Ren.* CHOPPINVS *de ſacra politia lib. III. tit. 3. p. 497.* Taceo alios.

3) Reformatorum. §. 13. Inter *euangelicos reformatos*, uti audiunt, loquatur ipſe CALVINVS dux ac doctor eorundem princeps. Ita autem ille *in lib. 4. inſtitut. Cogitent canonici* [ſcholaſticus inprimis] *qua* CONSCIENTIA *reditus illos ampliſſimos poſſideant & quid aliquando* IVDICI IVSTISSIMO *ſint reſponſuri? Patiantur ergo rationes officii decidi ex auctoritate primae eccleſiae.* Inde recte

recte VOETIVS *de politia eccleſ. part. I. lib. 4. tract. 2. c. 1.* arguit definitque: REFORMATIO *alicuius rei eſt eius ad priſtinam ſuam formam* RESTITVTIO. SCHOLASTICI *igitur praebenda* RESTITVENDA *doctoribus & magiſtris academicis. Si quidem eccleſiae uere audire uelint* REFORMATAE. Quo iudicio etiam aeſtimauit rem BVCERVS *de reform. colleg. Argent. p. 192.* & longe poſt MARESIVS *de canonicis Vltraiectinis c. 9. p. 189.* atque ANONYMVS *de capitul. Vltraiectino ſect. VI. c. 4.* Nam ultimum problema: *num ſalua conſcientia aliquis eſſe poſſit canonicus euangelicus?* tum uentilatum ex utraque parte acerrime, meum non facio. Sit modo ſalua bonis litteris una SCHOLASTICI praebenda.

§. 14. In tanta igitur inferioris ac proximi aeui luce, quis dixerit habueritque caecos Lutherum & adſeclas in *ſcholaſtici praebenda*, otio relinquenda & lautitiae canonicorum. Eſt hoc ſacri iuris axioma, quo ſaepius utitur Lutherus in ſuis libellis: *donatores piarum cauſarum bene feciſſe eccleſiis & coenobiis, ut DEO probarentur & CHRISTO. Sed nihil profici in cultu diuino: ſi officia fingantur, non referantur ex ſenſu & praecepto foederis noui. Igitur eum, qui ſacris beneficiis aut praebendis uti uelit fruique, aut* DOCERE *debere* POPVLVM *aut* IVVENTVTEM. *Reliqua* 3) Lutheranorum.

*qua otia negotiaque neque* NVMINI *probari neque diuiniori reipublicae prodeſſe. Tantum abeſſe, ut ſtipendia mereantur redituum eccleſiaſticorum, qui ſufficere queant magnatibus & rerum dominus. Qui ob aliam cauſam illa adpetat deglubatque, illum diuinae irae reum: quae ſit etiam nocitura poſteris. Maledictum eſſe, qui, ex pauperum hoc peculio, colligere uelit opes; quae deuorauerint uel nunc uel olim bona proprii patrimonii.* Longum eſſet, conquirere ex Luthero omnia, facientia huc. In ALTENBVRGENSIBVS praecipue *tomi VI. VIII. IX.* in IENENSIBVS *tomus VII.* hoc fine euoluendi. Et uti MELANCHTHON, illius συνεργὸς, ſi non Europae, Germaniae tamen communis praeceptor: ſic ille auctor fuit conſiliatorque, ut ſacri collegiorum reditus uel pauperum uel illorum uſibus cederent, qui alendi ad docendum uel diſcendum in utilitatem reipublicae, qui ideo *part. I. conſ. 14. p. 427.* omnino conferendus in hoc argumento. Taceo theologos aeui recentioris, legendos apud *Frid.* PETRI *im bericht von Stifftern*, quem librum ideo ſcripſit in hac cauſa ex inſtituto.

*f)* CONSTITVTIONE *imperiali.* §. 15. Ad extremum ne quid ad concentum omnis iuris diuini & humani deſit, *ſcholaſtici praebendam uindicandam academiis & ſcholis artium*, CAROLI M. munifi-

nificentiſſimi conditoris plerorumque, Germaniae & Saxoniae praeſertim, epiſcopatuum producenda conſtitutio, qua ſacris antiſtitibus & collegiis mandauit praecepitque, ut in omnibus *epiſcopatibus* alant *doctores* & *profeſſores artium*, ut quotidie inſtituantur iuuenes ac uiri; qui proficiant in litteris & artibus neque *uita* tantum, ſed etiam *ſapientia* aliis meliores; qui *ſacram ſcripturam* non tam *legant* ſine *uitiis* aut maculis, ſed etiam intelligant *interpretari* ac ueros ſenſus eruere, *offuciis* ignauorum interpretum eliminatis ex eccleſia; qui illis *doctrinis* ſint inſtructi, ut inde euocari queant ad *officia* & munera *palatina* obeunda cum ſucceſſu. Extat *Carolina conſtitutio de ſcholis per ſingula epiſcopia & monaſteria inſtituendis* apud *Stephanum* BALVZIVM *tom. I. capitular. p.* 201. 202. *ſeqq.* & in *addit. II. p.* 1137. atque *tom. II. Frid.* PITHOEVS plura *in gloſſario p.* 743. De ſchola Carolina OSNABRVGAE aeternum alenda, ad habendum Graecos oratores, ſcripſimus in *Reliquiar. tom. I. praefatione* §. 18. *p.* 42. *ſeq.* conductis undique teſtibus ac teſtimoniis.

§. 16. In tanta igitur *iuris ciuilis; canonici; decretorum in conciliis; conſuetudinum* & exemplorum per orbem chriſtianum; *teſtiumque pontificiorum, Lutheranorum,* *III.* CONTRARIORVM *diſſolutio & e*VERSIO.

*rum*, *reformatorum*; imo rerum ac *rationum* harmonia conſenſuque: PRAEBENDAM SCHOLASTICI ſcholis uindicandam & academiis: intolerabilis eſt iniuria eorum, qui piiſſimo huic inſtituto conſilia ſua audent obuertere. Quorum offucias etiamnunc reſpondebimus per epitomen, curate autem fidenterque, procul habitis amoris & odii cauſis. Licet enim ex fide conſcientiaque uel mea uel aduerſariorum non pendeat rei iuſtitia ac ueritas: tamen hanc dextram teſtor, me relicturum cauſam illico, niſi eidem patrocinaretur aequitas, DEO & reipublicae probata. Quod cum ita ſit, parum curo aduerſantium tela, eo uitae curriculo maxime, quo abeſſe me puto non procul a fine ſtadii conficiendi. Et, cum *maſcula prole* caream, habebunt, poſt funera, dentes Theonini uix, quod rodant carpantque, quos, uiui, neque meruimus neque metuimus. Symbolo igitur noſtro immoriamur: *time DEVM*; *honora REGEM*, cetera commendanda numinis prouidentiae & principi tutelari. Sed ad rem & noſtri argumenti apologiam. *Principio* moribus Germaniae epiſcopatuum aduerſum eſſe, praebendam ſcholaſtici adſeri academico profeſſori. Verum prauam hanc conſuetudinem dolent canones prae-

*ad i*] *contrariam* con ſuetudinem.

praecipiuntque, ut illa tollatur emendeturque ſub poena *anathematis*. Verba certe *cap. 3. quanto X. de magiſtr.* ſunt haec: *cum haec praua conſuetudo* (fruendi ſcholaſtici praebenda ſine onere docendi) *a cupiditatis radice proceſſerit* (auaratia & ſtudio habendi canonicorum) *& decorem admodum eccleſiaſticae honeſtatis* (officii impoſiti) *confundat: mandamus, conſuetudine extirpata, ſub* ANATHEMATIS *interminatione, hoc inhibere, curetis. Et transgreſſores officiis & dignitatibus ſpolietis.* *Deinde* fruſtra obtendunt rei *praeſcriptionem* immemorialem. Nam *in cap. ult. X. de magiſtr.* clare edicitur ac definite: quod ſcholaſtici praebenda profeſſori adſignanda, *non obſtante aliqua contraria conſuetudine uel ſtatuto.* Eadem uirgula, quod dictum pontificiis, notauit idem concilium TRIDENTINVM *ſeſſ. V. c. 1.* & *ſeſſ. XXIII. c. 18.* uerbis hiſce conceptis: *Et aliter facta prouiſio* [ſcholaſtici praebendae] *nulla ſit & inualida. Non obſtantibus quibusuis 1] priuilegiis & 2] conſuetudinibus 3] etiam* IMMEMORIALIBVS.

*ad 2) praeſcriptionem* immemorialem.

Poſt non *praebendam*; ſed *ſalarium* adſignandum ſcholaſtico doctori, fruſtra arguunt: quoniam ipſa uerba iuris canonici hoc ipſum definiunt ex aduerſo. Nam *cap. 4. quia X. de magiſt.* clare dicitur: *adſignetur cuilibet magiſtrorum docentium*

*ad 3) ſalarium, non* praebendam *ſcholaſtico adſignandam.*

*tium* VNIVS PRAEBENDAE *prouentus*, *quos tam diu percipiet*, *quam diu perſtiterit in docendo*. *Praeterea* irretorto oculo intuentur profeſſores, quaſi his nihil ad uictum & cultum deſit. Cum non tam ſalariis gaudeant: quam honorariis diſcentium pro apertis & habitis collegiis. Quae gratis inſtituenda eſſe, pariter praecipiat *cap. 1. quoniam X. de mag.* Verum enim uero non profeſſorum haec cauſa eſt, ſed *principis*, qui illud urget: opus porro non eſſe, ut ex reditibus fiſcalinis alantur profeſſores academici: cum eccleſiaſtici canones hoc onus requirant a *ſcholaſtici* praebenda, quem ita ſubleuent iſti. Vt adeo aequiſſimum illud ſit: *uel canonicum ſcholaſticum agere profeſſorem uel profeſſoribus adſignari ſcholaſtici praebendam*. Vmbris uero academicis aliquid inuidere uelle, illud eſt omnino improbum: ſi cogites profeſſorum uigilias; ſi ſpartam, cui exornandae, inter mille homines, etiam litteris tinctos, uix ſufficit unus aut alter; ſi docendi labores, inſtar ergaſtuli, ſex, octo, imo decem horis continuatos quotidie; ſi litterariam ſupellectilem, ex omnibus Europae regnis conductam; ſi ueritates, nunc inuentas demum, nunc firmatas nouis rationibus, in utilitatem & commoda utriusque reipubli-

*ad 4) profeſſoribus nihil* deeſſe.

publicae; ſi arborum ſationes, quae profuturae olim poſteris; ſi claritatem & gloriam principis conditoris & altricis domus; ſi opes ac nummos, congeſtos & accumulatos in urbem academicam ex omnibus Germaniae, imo Europae melioris angulis; ſi mores ciuium & incolarum, emollitos & emendatos doctrinis exemplisque. Quod omne oraui olim in panegyri, inſcripta: *fortunae Halenſium ex Fridericiana.* Quod uero, iuxta modica ſalaria, ab auditoribus honoraria accipiant, illud tribuendum potius induſtriae eorundem ſingulari & extra ordinem. Nam deſidi & ſegni ſatis eſt horula unica, impenſa quotidie in docendo. Vt adeo feruor ſolertium magis ali & excitari debeat; non ſupprimi & extingui. *Porro grammatici* uerbum, in medii aeui ſignificatu, idem eſſe, quam *litterati*, artium doctoris uel magiſtri. Quod pridem oſtenderunt gloſſatores & interpretes ad *cap. 4. quia nonnullis X. de magiſtr.* ubi *magiſter* artium & *grammaticus* adhibentur ut ſynonyma. Quod magis eſt, iuxta *artes*, etiam grauiores doctrinas, diuina humanaque iura tractanda & docenda eſſe a *praebendato ſcholaſtico*, uult Innocentius III. papa in *cap. 4. X. de magiſtr. Metropolis eccleſia*, praeter artium magiſtrum, *theologum*

*ad* 5] Grammatici *uicem obire* ludimagiſtros.

*logum habeat nihilominus, qui ſacerdotes & alios in ſacra pagina doceat. Adſignetur autem cuilibet* MAGISTRORVM *a capitulo* VNIVS PRAEBENDAE PROVENTVS *& pro* THEOLOGO *tantundem*. Vnde clarum eſt, canonica iura uelle, ut maioris ordinis epiſcopatus DVAS PRAEBENDAS reddant ſcholis: unam *artium magiſtro*, alteram *theologo*, diuina humanaque iura docto. Quo ipſo lenior eſt ſententia noſtra, quae unam requirit *ſcholaſtici* ſolius *praebendam* ſeu *canonicatum*. Aſt ideo ſatisfieri putant ſacris canonibus; ſi epiſcopatus inſtructus ſit *ſchola triuiali*; qua gaudeant uere omnes in Germania, uocabulo inde enato ſingulari, *die ſtiffts ſchule, domſchule*, cetera. Verum aliter canones ſacri: *hoc faciendum, ſed ideo non omittendos diuini humanique iuris doctores, academicos uere*. Nam *cap. 4. X. de mag.* requirit a metropolitana eccleſia *primo magiſtrum*; deinde *theologum* profeſſorem & duos canonicatus his quidem adſignandos. Deinde *cap. 1. X. de mag.* diſcrimen habetur firmaturque: *ut cathedralis eccleſia canonicatum* VNVM; *ſed metropolitana* DVOS *adſignet profeſſoribus, noſtro aeuo academicis*. Imo in *cap. ult. eod.* definiuntur auditores, qui requiri & expectari debeant ex ſcholis epiſcopalibus. Scilicet *doctores, qui uelut ſtellae*

*ad 6) ſufficere ſcholas triuiales.*

*in*

*in perpetuas aeternitates manſuri ad* IVSTITIAM *ualeant plurimos erudire.* Non igitur ſtudia hic deſiderantur puerilia; ſed academica. Qualia hodie requirit ſtatus & facies utriusque reipublicae. Et ſi *capitula* ſibi in triuialibus ſcholis aliquid uoluerint adrogare: caueant omnino ſibi, ne urgeatur *regiſtrum*, id eſt, redituum claſſis, unde impenſae deſumantur. Cum enim, quod alibi oſtendi in *opuſculo de ualetudinario militum emeritorum cap. 7.* eccleſiae bona quadripartita: *una epiſcopi; altera capituli; tertia fabricae; quarta pauperum:* fama fert, ſalaria non ex *capituli praebendis* deſumta, ut par erat, ſed ex penultima & ultima claſſibus. Vt adeo *praebenda ſcholaſtici inde nexu non liberata*, in quo eandem conſtituunt ſacri canones. Sed an *canonico ſcholaſtico* otium faciendum, ob numeros academiarum, quibus hodie inſtructa Germania? Necquicquam. Nam intereſt cuiusque prouinciae, ne oporteat ciues, litterarum cauſa, emigrare atque in loca alia excurrere cum damno opum ac fortunarum. Reddant ergo *ſcholaſtici praebendam* ſacri collegae, cura principi aut ſuperiori relicta, in quo loco parari muſis debeat domicilium. Eſt enim haec prouidentia *iuris canonici*, ut indulgeat epiſcopo aut prin-

*ad 7)* acade- miarum *numeros* plures.

cipi plura ideo. Primo, ut doctrinae cauſa abſens non obſtringatur ad reſidentiam *cap. ult. X. de mag.* Deinde ut *ſcholaſtici* praebenda, litterarum cauſa, adſignari poſſit alii, quam canonico *cap. 4. X. eod.* Imo ut, ſi eccleſiae unius forte *collegiatae* ſeu inferioris praebenda unica non ſufficiat: plures coniungantur ad alendum profeſſorem etiam extra dioeceſin, uti recte doctores ad *cap. 4. X. de mag.* in iisque REBBE *de praebenda theologicali p. 77.* Quicquid ſit, exſibilant ſententiam *de ſcholaſtici praebenda, academiis adſerenda*, etiam ideo: quoniam in mores iuerit Germaniae epiſcopatuum, idoneus habeatur collega ſacer, nonniſi *atauitae nobilitatis*. Verum remouent etiam hoc dubium ſacri canones in *c. 4. X. de mag.* Clare enim & definite ibidem: *adſignandum doctori ſeu profeſſori canonicatus praebendam ſeu prouentus ſcholaſtici. Non, quod propter hoc efficiatur canonicus* (collega purpuratus): *ſed reditus tantum percipiat, quamdiu perſtiterit in docendo.* Quod plenius explicat BELLEMERA *deciſ. 647.* uerbis, quae ſequuntur: *Canonicatus ſumitur uel in ſenſu* ſpirituali *uel in ſenſu* temporali, *intuitu redituum, quos dicimus praebendas.* SCHOLASTICO *igitur doctori debetur praebenda, etiam* SINE CANONICATV. *Id eſt ſine loco in capitulo, in choro,*

*ad 8.*] canonicos *nobilitatis* atauitae.

*choro, ſine dignitatibus in eccleſia.* Idem habet *Petr.* REBVFF *in praxi beneficiat. de collationibus* §. 1. *p.* 919. *Ioh. de* SELVA *de beneficiis P.* 1. *qu.* 3. Taceo, quod in pluribus epiſcopatibus patriae requiratur alterutrum: *ut futurus canonicus aut* NOBILIS *ſit aut* DOCTORIS *infula inauguratus.* Quibus moribus uiuunt utunturque etiam hodie *Merſeburgenſis, Naumburgenſis, Miſnenſis, Caminenſis,* alii. Potiſſimum terriculamentum, ſed inane prorſus, ſuccedit, quod laudabili inſtituto ſolent oggerere. *Pacis* WESTPHALICAE *tabulas ſanctas* cum Germanis omnibus habendas, tum euangelicis praecipue, inſtar palladii. Tribus locis in illa abuti uolunt partis aduerſae patroni. Nam primo perhibent, ARTIC. V. §. 2. uerba eſſe haec: *terminus* A QVO RESTITVTIONIS *in eccleſiaſticis & quae, intuitu eorum, in politicis mutata, ſit dies Ima* IANVARII *anni* CIↃ IↃC XXIV. *Caſſatis omnibus interim transactionibus, pactis, executionibus.* Verum quis bonus uir torqueat huc haec uerba, hos ſenſus? Agitur hic de *reſtituendis* rebus uel iuribus: ſed *ſcholaſtici* tum *praebenda* neque ablata fuerat neque in ius uocata ullatenus. Quid? quod ne nunc quidem tolli debet uel auferri aut uindicari fiſco; ſed emendari tantum & adſignari illis, quibus iſta, iure diui-

*ad 9] Inſtr. Pac. Weſtphalic.*

*Artic. V. §. 2.*

no & humano debetur. Alter locus eſt ARTIC. XI. §. I. & II. *in epiſcopatibus*, Brandeburgico electori deferendis, inprimis *Halberſtadienſi*, *religio & bona eccleſiaſtica in eo ſtatu relinquantur*, *quemadmodum per Leopoldum Wilhelmum ordinata*. In §. II. autem de *Magdeburgenſi* & *Mindenſi* habetur, *quod ordinibus & ſubditis ſalua competentia eorum iura & priuilegia*. Verum enim uero, uti res ipſa docet, in §. I. reſpici ad *capitulationem* cum *Leopoldo Wilhelmo* epiſcopo: ſed in illa de *ſcholaſtici praebenda* in otio conſumenda, nec uola nec ueſtigium. In §. II. autem ſalua debent eſſe *iura* & *priuilegia*; non omni iure damnati *abuſus ſcholaſtici praebendae*. Vltimum reſtat in *artic. XVII*. §. 3. ubi clare definitum: *quod aduerſus hanc* TRANSACTIONEM (pacem) *nulla iura canonica*, *ciuilia*, *communia uel ſpecialia*, *conciliorum decreta ualeant*. Eſt, nemini ignotum; quod papa aduerſus eccleſiaſtica bona, euangelicis adſignata, eorumque tolerantiam, dicam ſcripſerit promulgaueritque ſolennem PROTESTATIONEM. Quaſi haec talia aduerſa eſſent *iuri canonico*, *ciuili* & *conciliorum decretis*: reprobanda igitur omnino & execranda. Imo, quod pontifex PACIS TABVLAS ideo retulerit in *catalogum prohibitorum* librorum. Cui ueſano conatui

*Artic. XI. §. I. II.*

*Artic. XVII. §. 3.*

tui erat, herba hac *betonica*, obuiam fuerat eundum. Ceterum WESTPHALICAE PACIS ſyllabam nullam huc trahendam aut torquendam eſſe, probo *iuris axiomatibus*. Principio quidem hoc: ubi *nulla diſſenſio*, ibi nulla *bella*; ubi *bella* nulla, ibi nulla *pax*: ſed in *ſcholaſtici praebenda*, doctoribus & profeſſoribus adſignanda, nulla inter *euangelicos* & *pontificios diſſenſio* aut diſceptatio, ſed communis utriusque formulae concentus & harmonia, atque adeo lis nulla; ergo litis, quae nullo tempore interceſſit, compoſitio nulla, *nulla pax*, pacis tabulae nullae. Alterum ſit: *de quo non cogitatum, de illo non eſt transactum*: ſed de ſcholaſtici praebenda, emendanda & liberanda abuſibus, a pacificatoribus non cogitatum, ergo non transactum. Tantum igitur abeſt PACIS TABVLAS patrocinari *abuſibus* ſcholaſtici praebendae: quantum abeſt, easdem tueri alia canonicorum facinora, *abſentiam* eorundem, *neglectum in officiis* diuinis, *otia*, *luxum*, *lautitiam* reliqua. Non maioris roboris *pacta* & *conuentiones* ſunt initae cum *principe* & *capitulo* ad conſeruanda ſacra beneficia & praebendas. Trahunt huc *transactionem* die XXIX. menſ. Octobr. initam CIↃ IↃCLXXXVII. cum MAGDEBVRGICIS de *reducenda quarta parte*. Cum HALBERSTA-

*ad 10) pacta* prouincialia.

DIENSIBVS die III. menſis *Sept.* CIↃIↃCLXVI. atque cum MINDENSIBVS die *X. April.* CIↃ IↃCLXV. in iuribus fiſci recuperatoriis. Verum enim uero reſpiciunt hae transactiones *iura* FISCALINA, *recuperatoria* QVARTAE; etiam DOMANIALIA: ſed nihil cum illis commune habet *ſcholaſticae praebendae* emendatio. Non enim eam in ius uocat princeps, ut ſibi ſeruet aut *fiſco* aut *menſalibus* bonis: uerum, ut liberet conſcientiam, qua intelligit, ſe obſtrictum eſſe, ad ſcholaſtici praebendam uindicandam *ſcholis*, *academiis*, *litteris*, *artibus*, *cultuique doctrinarum*, utilium eccleſiae & reipublicae. Sunt ergo iuris haec axiomata: *transactiones derogatoriae ſtricti ſunt iuris, non extendendae a genere ad genus* MENOCHIVS conſ. 335. *Nam renunciatio unius, non eſt renunciatio alterius* DALNERVS de renunciat. c. 19. n. 3. Porro: *renunciatio non extendenda ad ignorata uel non cogitata* WESENBECIVS conſil. 15. n. 55. *non ad ea, quae debuerant ſpecificari* EVERHARDVS conſ. 48. n. 3. Cum itaque *principalis* transactio *obiecti* certi; de *abuſibus* uero *ſcholaſticae praebendae* tum ne cogitatum quidem; multo minus mentio illius facta ſingularis; imo illa requiratur non ſibi; ſed litteris: adeoque *princeps* non *partis*; ſed *iudicis* officio hic defungatur: quilibet intelligit

git, ſupra commemoratas transactiones huius loci eſſe necquicquam. Tandem aduerſa pars *latibulum praeſidiumque* quaerit in *diris*, quibus deuouet omnes illos, qui ſtringant calamum in hoc argumento, quaſi ita peccent in DEVM & ECCLESIAM, gehennae rei & aeterni ſupplicii. Verum uti iuſtitia & ueritas non pendet ab his incantamentorum formulis: ita cogunt illi nos ad tela retorquenda & intentanda in illos, qui *iuſtitiam* detinent *iniquitate* & *ſcholaſtici praebendam*, ſcholis debitam, *uſurpant*, *inſtar rei alienae*. Supra §. 12. 13. 14. audiuimus inclamantes PONTIFICEM, LVTHERVM, CALVINVM, ſcholaſtici praebendam ſcholis & academicis doctoribus reddendam ſub poena ANATHEMATIS. Non noſtrum eſt hoc incantamentum: ſed illorum, quorum calculos, quisque in ſua formula & ſecta, adprobat in uniuerſo imperio. Sed uox populi & reipublicae eſt vox DEI, audienda omnino. *ad 11) incantamenta & diras.*

§. 17. Addo ſuperioribus unum dubium, obmotum inſtituto huic a uiro docto & primariae dignitatis. *Scilicet quoniam epiſcoporum capitulationes cum ſacro collegio ſaluas uelint capituli praebendas*: a principe illas fruſtra conuelli. Verum principio eſt notandum illud, quod nefas *ad 12) capitulationes epiſcoporum*

ſit, tranſigere de re, legibus & iuribus aduerſa notataque poena anathematis *cap. 3. X. de mag.* Nam *quae iuris publici ſunt, pactis priuatorum, nequeunt immutari l. 38. D. de pact.* Deinde *capitulationes* obligant epiſcopum ſolum, necquicquam illius in epiſcopatu ſucceſſorem, cui opus eſt noua *capitulatione.* Imo cum abuſus *capitulationum* ſit maximus, quoniam *electores* ſacri collegae extorquent epiſcopatus candidatis *capitulationes*, neſcio quas, aduerſas *legibus* imperii, ſacris *canonibus*, iuri dignitatique epiſcopali: igitur *imperator* ac *pontifex* ſingularibus edictis cauerunt, ne porro uel fieret *capitulatio* uel facta, licet iurato, obligaret epiſcopum ante, quam illa fuerit *pontificiali* & *imperiali iudicio* firmata. Extant prohibitoriae BVLLAE pontificum NICOLAI III. PII V. & GREGORII X. atque *conſtitutio* LEOPOLDI *Caeſaris*, data *Viennae X. Sept.* anni CIↃ IↃC XCVIII. in qua omnes *capitulationes* cum futuris epiſcopis non ſolum dicuntur caſſae ac irritae: ſed etiam, ut ſacra collegia ſibi poſt caueant ab illis, poena propoſita, iniungitur & mandatur. Neque immerito. Nam *capitula* conſiderantur uel intuitu *epiſcopi* uel intuitu *territorii.* Si illud, ſunt officiales eius & conſiliarii: ſi hoc, non plus iuris habent, quam *prouinciales ordines* alii. Cetera, quae haben-

bentur uulgo ſcribunturque de *capituli condominio*, uagantur extra orbitam & oleas. Id quod fieri tamen ſolet eo facilius, quoniam *capitulum* eſt *elector*; igitur duriſſimas quasque leges poteſt imponere eligendo, quas declinare nequit candidatus, ob metum, ne ſic excidat ſpe ſuccedendi. Verum cogitent reputentque ſecum *capitulatores*, quod *Caeſaris* ac *principum* olim fuerit, epiſcopum eligere: quorum ipſi nunc agunt uicarios. Vt adeo uicario munere eo minus poſſint abuti. Nam in *Caeſaris* & *pontificis* diſceptatione, ſuper iure eligendi *epiſcopum*: illi maluerunt hoc ius neutrum habere, quam alterutrum eorundem. Licet aliquibus capitulis ante etiam data facultas, eligendi epiſcopum, imperiali priuilegio. Sed manum de hac tabula, ſuſpenſa hic, partim ad depellendas calumnias, factae iniuriae ſacris collegis; partim in gratiam poſteritatis, cuius intereſt ſcire, quo conſilio, iure, ſucceſſuque thema hoc productum in arenam.

§. 18. Alia impedimentorum genera taceo, ne ſcribere uidear hiſtoriam rerum, ſuperioribus annis, expeditarum. Pergo itaque ad recenſionem eorum, quae in hoc *Recenſio opvscvlorvm.*

TOMO VII. RELIQVIARVM

exhibentur. In his *primo loco* occurrit

I. Di-

# I.

## DIPLOMATARIVM LVDOVICIANVM ab an. 1330. ad an. 1345.

BRANDEBVRGICVM *diplomatarium ab an. 1330. ad an. 1345.*

quod tria luſtra abſoluit eorum, quae in *curia* expedita ſunt *electorali Brandeburgica*, clauum tenente LVDOVICO, filio Ludouici IV. bauari imperatoris primogenito. Hunc enim an. 1324. ſucceſſiſſe in BRANDEBVRGICO marchionatu, extincto WOLODOMARO; imo, quadriennio poſt, a Caeſare patre fuiſſe inauguratum: illud in *reliquiarum tom. II. n. 57. & n. 60.* docuimus ex diplomatibus. Vti uero in pluribus tabulariis reperi *chartularia* eius generis: ita crediderim, tum in mores iuiſſe, ut *inſtrumenta* quaeque *curialia* conſcriberentur in uno libello, ad memoriam poſteris conſeruandã uel etiam, ut geſtarent uiri curiales omnes codicillos in uno libello ſimul, quem poſſent ſecum ferre, habere in manibus, imo pagellis & argumentis adſuefacere memoriam, ueluti localem. Sane in tabulario Palatino oculis meis uſurpaui an. CIↃ IↃCC XV. tale *chartularium feudale*, conſpicuum & litteris clientelaribus & imaginibus ac picturis clientelarium inaugurationum. Deſidero tamen in noſtro hoc *Ludouiciano* BRANDEBVRGICO, quod deſint plerumque *nomina* & *tituli* principis; quod recitentur alia per *epitomen*;

*Quis* finis *horum* chartulariorum?

Deſideria *in noſtro.*

*tomen*; in aliis autem recenſeantur tantum *capita* ſuprema; quod *finis* adpareat ſine *die* & *conſule*; quod *teſtes* omiſſi; quod ne *loca* quidem indicata, ubi codicillus uel ſçriptus ſit uel a principe indultus. Nam inde formularum diſcrimina: in ultimo ACTVM, in primo DATVM, uti docui in *tomi I. reliquiar. praefatione* §. 19. p. 49.

§. 19. Quicquid ſit, plura tamen ſunt, quae inde haberi ac diſci poſſunt cum in *rebus Brandeburgicis* ſigillatim; tum in aliis cauſis uniuerſim, facientibus ad patrii iuris intellectum. *Num. 1. 2. precariae* uox habet multiplices ſignificatus, prolatos extra limites ſacri patrimonii, intra quos ſolet alias contineri. *Fruſtra* ſiue *fruſta* idem, quam pars fundi, canonici cenſus. *Num. 4. 94.* equus *ſeruilis*, in uernacula, *der roſsdienſt*, *das ritterpferd*. *Num. 5. 36. 83. 105.* & pluribus aliis etiam intellexi illud, Marchiae urbium ciues plurimum *nobiles* fuiſſe iuraque nobilitatis conſeruaſſe oppidorum incolas. Eodem *num. 5. & 6. 7. 11. 23. 53. 105.* de *monetandi* iure hereditario elocato & de *legibus monetariis* admodum ſingularia. Ex *num. 17. 19. 59. 63. 74. 91. 92.* adparet, quod *Otto Brunſuicenſis* dux aut potius uxor illius *Agneta* antiquae *marchiae* fuerit domina, filia Cunradi mar-

*Momenta eius ſingularia.*

chio-

chionis, ut dubium non ſit, plura marchiae uel allodiis commixta uel feudis ex utroque ſexu ſucceſſoriis. *Num.* 22. 25. 62. conſenſum requiſitum *in alienando* Caeſaris, patris. *Num.* 26. Boioariae ducum ſimultanea inueſtitura. *Num.* 33. *conſulum* electio principis, non ſenatus aut ciuitatis, niſi priuilegio. *Num.* 34. *leges tributariae* carnificum, id eſt, lanionum. *Num.* 37. memoria *Ioannis* marchionis, adpellati auunculi. Vicarius *marchiae* comes *Hennebergenſis*. De pago *Ierichow* ſingularia *n.* 19. 40. *Adpellatio* ad principem, non ad imperatorem *n.* 40. *Marchiae* fundi plures *Magdeburgica* ſubfeuda *n.* 41. 42. 43. *Brandeburgici* marchionis ius admodum ſingulare *primariarum precum n.* 46. *Feudi* in *allodium* uerſi exemplum memorabile *n.* 48. Venia aetatis conceſſa a Brandeburgico marchione iure proprio, non Caeſaris *n.* 67. de quo etiam actum in opuſculo noſtro de *aetate legitima puberum & minorum cap.* 7. §. 5. *Num.* 78. 79. foedus reciprocum principis & aliquorum ex nobilitate hodie uix habiturum fidem. Bella cum duce *Brunſuicenſi Brandeburgici* marchionis & marchiae illi iterum ereptae intelliges ex *num.* 78. 79. 80. 81. 85. 90. 98. 103. 104. 116. Camerae *Brandeburgicae ſerui* Iudaei *num.* 87. 88. 89. 136. 148.

Iudi-

Iudiciaria munera hereditaria *n. 92. 118. Coniunctae* manus iura *num. 93. 95.* Moneta olim ualuit nonniſi *noua*, ueteri antiquata ſemper, ad noua lucra fiſci *n. 105.* Leges monetales *n. 105.* Ampachtleute *n. 112. 114.* Nobilis uir *Teckiae* dux *n. 112. Rei iudiciariae* gradus & genera *n. 114. 115.* Formulae: *Ridder*, *Knapen*, *Knechte*, *Burger*, *Bauer num. 114. 115. 116.* Diſcrimina moris *Teutonicalis* & *Slauicalis* & duplicis inde iuris *n. 132.* In Marchia *Brandeburgica* non Saxonica iura, ſed *Magdeburgica n. 193.* De *aperturae* iure paſſim *n. 187.* Vrbium & magiſtratuum, tribuum, opificum, ciuiumque aliorum iura prorſus ſingularia *n. 193.* deſcripta in belli inteſtini compoſitione ciuium *Stendalienſium.* Et ſane pleraque marchiae Brandeburgicae oppida, urbes, pagos, uillas, familias, gentes notatas deprehendes in chartulario uirgula ſingulari. Vt luce omnino digna eſſe, uideretur.

§. 20. Succedit Brandeburgico huic chartulario

## II.
## CODEX LEGVM NORMANNICARVM.

Obſtupui huius codicis lector, quod *Germanici* & *Saxonici* iuris inuenerim in eodem harmoniam, lumina, praeſidiaque ad emendandum & ſupplendum illa, CODEX MEMBRAN. *legum* NORMANNICARVM *an.*

la, quæ in patriis legibus deſiderantur. Vere dico, non ſine grauiſſimo Germanicae iuriſprudentiæ damno, illo codice noſtros ciues caruiſſe. Specimina eorum dare aliqua, illud quidem eſſet ſuperfluum. Quoniam me continere non potui, quin notulas ſupponerem textui, ad oſtendendum differentias a legibus Latii & cum Germaniae inſtitutis *pulcherrimos* concentus. Dolendum, Lindenbrogio, Schulzio, Hachenbergio, Schiltero, Beycro, Titio & quotquot ſtudia poſuere in priſtinis Germaniae moribus reſtituendis ueluti poſtliminio, hunc codicem defuiſſe. Nam *Lindenbrogiana* fragmenta non ſufficiunt his operis & iuris *Saxonici* & *Sueuici* ſpeculator uterque plenus nugarum & perturbationum legum diuerſarum, quas euomit uno rictu, ut quid noſtrae reipublicae, quid aliis debeatur, neſcias omnino: ſed doctiſſimi uiri, praeter hos duces, alios nullos habuere. Quod cum ita ſit, nemo ſuccenſere debet noſtris conatibus in Romani & Germanici iuris indagandis differentiis, ſi illi minus ad noſtrum palatum; ſi multoties corrigantur; ſi reducantur in uiam; ſi emendentur; ſi perfundantur nouo lumine. Nam noſtris differentiis nauant praeſtantque auxilia ſeptentrionalium praeſertim populorum

*In patrio iure utilitas.*

rum leges, mores, conſuetudines, aeui ueteris, medii, noui. Quae ſymbola ſi conduxero & contulero inuicem: illud deprehendo, antiquiſſimis mortalium, in Europa minimum, fuiſſe unum *grammaticum & legislatorem.* Vti enim *ſeptentrionales linguae* omnes, quod ante nos *Georgius* HYKESIVS, *Anglus*, docuit in *linguarum ſeptentrionalium theſauro*: ita etiam *iura omnia* tanto inuicem concentu conſpirant, ut uno *uitulo* arauiſſe gentes omnes, facile intelligatur. Inde eandem omnium originem & propaginem fuiſſe, ipſa ratio loquitur. Vellem aetati meae, ad ſenectam uergenti, eſſet otium ad recludendum hunc theſaurum *ſeptentrionalium iurium* eorumque uelut diuinam harmoniam. Quod ſi mors me praeuenerit, aliis hunc laborem, non adeo difficilem, in tantis ſingulorum populorum litterariis praeſidiis, relinquo & uerbis uotisque meis commendo. In NORMANNICA gente *iuris iter* facile eſt ad oſtendendum. Nam fuerant illae *Cimbris* uicinae; ſed inde egreſſi ſunt, niſi *Germani* omnes, certe *Saxones*. Et uti *Angli* propago *Saxonum*; ita *Normanni* in *Galliam* indeque in *Angliam*, Wilhelmo conqueſtore duce, irruerunt, patrio iure ſecum perlato ad *Anglos*, priſtinos uicinos, a quibus aliquandiu

Septentrionalium *legum omnium ſtupendus* concentus.

Normannica *iura*, *qui eadem cum a) Anglicanis. b) Germanicis. c)* Saxonicis?



diu

diu diſiuncti, reduces coniunguntur, iuris utrique communis, quo olim uixerant utrique, cultores etiam deinceps.

CODEX *mſct. unde nobis obuenerit?*

§. 21. Sed qui CODEX hic LL. NORMANNICARVM in *litteraria mea ſupellectili?* Erant olim hae membranae *Petri* PITHOEI: poſt obuenere *Nicolao Ioſepho* FOVCAVLT, comiti conſiſtoriano in Gallia. Cuius bibliotheca cum HAGAE in Belgio ueniret ſub haſta, inde aere meo illas redemi. Abſoluunt plagulas quingentas & octodecim in forma, quae libris eſt minima.

*Quo tempore* LEGES *hae ſcriptæ?*

§. 22. Licet uero NORMANNORVM haec inſtituta uetuſtiſſima omnino: noſter tamen *interpres Latinus* uixit circa annum CIↃCCL. eo tempore, quo Normannia, paulo ante Galliae iterum acceſſerat, poſtliminio illi innexa. Res patet ex hiſtoria: ſed etiam e codice ipſo *c. 39.* §. *14. p. 353.* atque *c. 40.* §. *19. 20.* Dicit enim iureconſultus noſter; neminem audiri in tribunalibus, qui aliquem in ius uocare uelit ſuper re, quam alter poſſederit tempore *coronamenti Richardi* anno CIↃCXC. Id eſt, omnem poſſeſſorem tutum, uetuſtiorem Richardi coronamento, ob praeſcriptionis tricennariae elapſos annos. Verum addit; illum terminum ſuo tempore ſtulte adlegari & deſiderari, idque ideo, quoniam plures lon-

longe anni ſint lapſi ab hoc coronamento, quam *triginta*, quae praeſcriptori ſint ſatis. Vnde facile conſtat, opinabile eſſe, iureconſultum noſtrum ſcripſiſſe *Normannicas* has *leges* Latine circa annum CIↃCCL. Qua uero auctoritate ſcripſerit, ſua *priuata*, an uero Normanniae *principis* aut *regis* Galliae publica, non poteſt eſſe obſcurum. Nam primum eſt omnino dicendum, non ultimum. Quoniam iureconſultus in cauſis dubiis philoſophatur; quia decidit eas *doctrinali* interpretatione, non authentica; quia relinquit quandoque rem ſuo loco, quod alienum eſt longe ab officio *legislatoris*. Interim nihil ideo deeſt *codici* huic ad iuſtitiam & auctoritatem. Nam ex hoc tempore gauiſi ſunt cum iudices, tum partes, quod haberent *ius*, quod *legere* poſſent, cum ante conſuetudines Normannicae in litteras non relatae. Deinde etiam *codicem* tranſtulerunt ideo in *linguam Gallicam* Normanni, ut legere & conſulere eum poſſent etiam homines, parum docti. Nam ex quo Normannia iterum ceſſit Galliae, Normannica lingua ſublata, deſuetudine, introductaque Gallica poſtliminio. Licet autem *Gallicae uerſiones* typis exſcriptae multoties: tamen *codex Latinus*, quantum nobis conſtat, non-

*Num ſcriptura priuata?*

LL. NORMANNIAE, Gallice *ſcriptarum* EDITIONES.

dum uidit lucem. *Verſionum* autem *exempla* ſuperſunt plurima, quae, indice digito, hic indicabimus. Sunt autem his libri diuerſi inſcripti:

1) Les COVSTVMES du Païs & Duché de *Normandie*, enrichies de commentaire. Roüen 1599. in 4t.

2) *Haloïni* GOTHOFREDI Commentaires ſur la Couſtume reformée du pays & duché de Normandie en 2 tomes *Rothomagi* 1626.

3) *Guilielmi* TERRIEN commentaires du droit ciuil tant public, que priué obſerué au païs & duché de Normandie *Pariſiis* 1534 f.

4) Coutumes du Païs de Normandie *Rouen* 1578. in 8. & iterum *ibidem* 1597. in 16. iterumque *ibidem* 1599. in 24. atque denuo *ibidem* 1609. etiam *ibidem* poſt 1615. 1620. 1626. 1679 1684. in 16 nouiſſime.

Pertinent etiam ad hoc iuris *Normannici* argumentum libri duo alii

5) Diſſertation ſur les aides Cheuets de *Normandie* appellez aides coutumiers par Mr. de IORT, *Rouen* 1706. 8.

6) de IORT ſur le relief des *fiefs* en Normandie, *Rouen* 1706. 8.

Laudatur etiam editio uetuſtiſſima

7) la *Charte*, *ordonnances* & grand *couſtuimiers* de *Normandie* Rouen 1501. & iterum ibidem 1539.

8) Ioſephi BERAVLT Couſtume de *Normandie* Rouen 1648. f.

9) *Henrici* BASNAGE Couſtume de *Normandie* 1694. f.

10) *Commentaire* du droit ciuil du Pays & Duché de *Normandie Pariſ.* 1578. f.

11) *Coutumes* du pays de *Normandie* Pariſ. 1587. f. & iterum ibidem 1597. in 4.

Edidit etiam

12) *Rich.* ZOVCHAEVS, Anglus deſcriptionem iuris & iudicii temporalis ſecundum conſuetudines *Normannicas*, *Oxoniae* 1636. 4. ſed brachio admodum leui, ut uix aliquod operae pretium mereatur.

Ego meis in iure patrio ſenſibus uſus ſum, relictis aliorum commentis in his con-

conſuetudinibus cogendis in iuris Latini harmoniam.

§. 23. Vt uero in uno conſpectu habeantur ſingularia LL. Normannicarum argumenta, *capita* eius hic recitabo ſigillatim. *Capita* LL. NORMANNIAE *ſingularia.*

# CODEX LEGVM NORMANNICARVM.

## PARS I.


*Praefatio* & ſumma de LL. Normanniae pag. 149

Cap. I. de *inſtitutione* legis. 150

Cap. II. de *diuiſione* iuris 151

Cap. III. de *iurisdictione* 152

Cap. IV. de officio *Seneſcali* 153

Cap. V. de *iuſtitia* & iure eod.

Cap. VI. de *iuſticiario* & eius officio 154

Cap. VII. de officio *Vicecomitis* 157

Cap. VIII. de iuſtitia & *iuſtitiatione* exercenda 159

Cap. IX. de liberatione *nantorum* & tempore *hannouii* 164

Cap. X. de *iudiciis* & qui poſſunt eſſe iudices & per quos *barones* habeant iudicari 171

Cap. XI. de *conſuetudinibus*, *legibus* & *uſibus* ad *ducem* pertinentibus 175

Cap. XII. de dignitate *principis* 176

Cap. XIII. de *ligantia* uerſus *ducem* (1) & *fide* inter dominos & *homines* (2) obſeruanda 177

Cap. XIV. de *fidelitate* principi debita 178

Cap. XV. de *monetagio* Normannie & qui debent ſoluere. 179

Cap. XVI. de *menſuris* & *ponderibus* 183

Cap. XVII. de *uiriſcis* & his, qui qui ſpecialiter ad ducem pertinent p. 185

Cap XIIX. de *theſauro* inuento 188

Cap. XIX. de rebus *uaniis* 189

Cap. XX de *cathallis* uſurarum 191

Cap. XXI. de *cathallis* de ſeſe homicidarum & eorum, qui excommunicati ſeu deſperati moriuntur 194

Cap. XXII. de reuocatione *uenditionis* negate per fraudem 195

Cap. XXIII. de *forisfacturis* 196

Cap. XXIV. de *fugitiuis* ad Eccleſiam & liberatione cruce ſignatorum 199

Cap. XXV. de *exercitu principis* ſiue iure *feudali* Normannie 202

Cap. XXVI. de ſucceſſionibus & *eſcetis* & qui *hereditare* debeant, praeſertim etiam de ſucceſſione feudali 206

Cap. XXVII de portionibus & quomodo *feoda* diuiduntur 212

Cap. XXVIII. de impedimentis ſucceſſionis, uidelicet per *baſtardiam*, religionem, *forefacturam* & *lepram* 219

Cap. XXIX. de *teneuris feodorum* diuerſimode 221

Cap. XXX. de *teneura* per homagium p. 223
Cap. XXXI. de *teneura* per elemoſinam 227
Cap. XXXII. de *tutella* ſiue cuſtodia pupillorum. 228
Cap. XXXIII. de *releuiis* terrarum 233
Cap. XXXIV. de *tribus* auxiliis *capitalibus* Normannie 237
Cap. XXXV. de dignitate *primogeniti* 238
Cap. XXXVI. quod *pater* poteſt uni *filiorum* de hereditate ſua dare plus, quam alii 240
Cap. XXXVII. de *dilationibus* 241
Cap. XXXVIII. de *deffectibus* querelarum 243
Cap. XXXIX. de *exoniis* dilationibus. ead.
Cap. XL. de *exonio* de uie *curie* 244
Cap. XLI. de *exonio* de *morbo* recedenti 245
Cap. XLII. de *exonio* de *langore* 246
Cap. XLIII. de *exonio* per *geſina* 247
Cap. XLIV. de dilatione pro *uiduitate*. 248
Cap. XLV. de dilatione pro *minori* etate ead.
Cap. XLVI. de *exercitu principis* normannie 249
Cap. XLVII. de dilatione pro priuilegio *crucis* 250
Cap. XLVIII. de excuſatione per *iuſticiarium* & de *ſubmonicione* maiori 251
Cap. XLIX. de *dilatione* pro *niue* ead.
Cap. L. de *dilatione* pro *priſonia* 252
Cap. LI. de excuſatione pro *inſufficienti* p. 252
Cap. LII. de *dilatione* pro uocatione *garanti* 253
Cap. LIII. de *iniuria* 254
Cap. LIV. de *ui* & *uiolencia* 255
Cap. LV. de curia *laicali* & *placitatoribus* & de caſibus, de quibus *iuſtitia* ad principem pertinet 256
Cap. LVI. de *clamore* & *haro* 258
Cap. LVII. de firmitate *aſſiſie* 261
Cap. LVIII. de dignitate *ſcacarii* eod.
Cap. LIX. de *querimonia* 262
Cap. LX. de *querulo* ead.
Cap. LXI. de *querelato* 263
Cap. XLII. de *plegiis* 264
Cap. LXIII. de *ſubmonicionibus* 267
Cap. LXIV. de *teſtibus* 269
Cap. LXV. de *placitatoribus* 270
Cap. LXVI. de *prolocutore* 271
Cap. LXVII. de *attornato* 272
Cap. LXVIII. de *uiſionibus* diuerſis uidelicet feodi languidi *michaignii* hominis mortui & uirginis *deflorate* 273

# PARS II.

Cap. I. de *querelis* & *legibus* 274
Cap. II. de ſequela de *multro* 276
Cap. III. de *iuratoribus* & *homicidio* 282
Cap. IV. de *roberia* & *aſſaltu* 284
Cap. V. de *treuga* fracta 285
Cap. VI. de *ſequela* de traditione principis 286
Cap. VII. de ſequela de *mehaignio* 287
Cap. VIII. de ſequela *aſſaltus* & fracta pace ead.

Cap. IX. de ſequela de *treuga fracta* p 289
Cap. X. quod non *mulieres* admittendae ſint ad ſequelas criminoſas 291
Cap. XI. de *protectione monarum & orphanorum* 292
Cap. XII. de furibundis, *amentibus* 293
Cap. XIII. de *receptatoribus* damnatorum & *forbaniſatorum* ead.
Cap. XIV. de *temporibus* in quibus leges non debent fieri nec ſimplices nec aperte 295
Cap. XV. de *fugitiuis* ad eccleſiam 296
Cap. XVI. de *clericis* & perſonis non capiendis 297
Cap. XVII. de *criminali* querela 298
Cap. XVIII. de *ſimplici perſonali* querela ead.
Cap. XIX. de *comparatione partium* ad curiam pro lege ſua facienda 300
Cap. XX. de *perſonalibus querelis*, que ex dicto oriuntur 305
Cap. XXI. de *poſſeſſionali* querela 306
Cap. XXII. de *querela* ex *debito* 308
Cap. XXIII. de *debitoribus* 309
Cap. XXIV. de *plegiatione* ead.
Cap. XXV. de *plegiis* principalis debitorum 312
Cap. XXVI. de *pactis* 313
Cap. XXVII. de *poſſeſſione* immobili 315
Cap. XXVIII. de *poſſeſſione feodali* 316
Cap. XXIX. de breui noue *deſſaiſine* 317
Cap. XXX. de breui noue *deſſeſine* 323
Cap. XXXI. de aſſignatione *uiſionis* breui noue *deſſaiſine* 324
Cap. XXXII. de defectu ſuper breui *noue deſſeſine* 331
Cap. XXXIII. de *muliere deſſeſita* abſente uiro 332
Cap. XXXIV. de breui de *anteceſſoris ſaeſina* ead.
Cap. XXXV. de breui propinquioris & *heredis* 334
Cap. XXXVI. de breui *maritagii* impediti 338
Cap. XXXVII. de *dote* lege & uſibus eiusdem 343
Cap. XXXVIII. de reclamatione *dotis* 348
Cap. XXXIX. de breui de iure *patronatus* 349
Cap. XL. de breui de *feodo* & *uadio* 355
Cap. XLI. de breui de *feodo* & *firma* 364
Cap. XLII. de breui de *ſtabilia* & *recognitione* 365
Cap. XLIII. de breui de *ſuperdemanda* 371
Cap. XLIV. de breui de *feodo* & *elemoſina* 372
Cap. XLV. de *inquiſicione* de *feodis* 377
Cap. XLVI. de inquiſicionibus de *portionibus faciendis* & de genere negato 380
Cap. XLVII. de inquiſitione de *feodis* in *dotem* traditis 382
Cap. XLVIII. de reuocandis feodis in *dotem* traditis 383
Cap. XLIX. de inquiſitione *antenati* & *garanti* 385
Cap. L. de lege per *recordamentum*

*tum* & quomodo recordatio habeat fieri in omni caſu ead.
Cap. LI. de *recordamento* curie regis ſiue preſencie principis 388
Cap. LII. de recordamento *Scacarii* 389
Cap. LIII. de recordamento *aſſiſie* 390
Cap. LIV. de recordam. *duelli* 391
Cap. LV. de recordamento *uiſionis* feodi ead.
Cap. LVI. de recordamento *uiſioſis* 392
Cap. LVII. de recordamento *foriurationis* 393
Cap. LVIII. de recordamento *iudicii* 394
Cap. LIX. de recordamento *attornationis* ead.
Cap. LX. de recordamento *pasnagiis* 395
Cap. LXI. de recordamento *maritagii* 396
Cap LXII. de lege *probabilii* & quibus modis leges & habent fieri & *ſacramenta* 399
Cap. LXIII. de *deſreſina* 403
Cap. LXIV. de lege apparente hereditaria per *duellum* 407
Cap. LXV. de *preſcriptione* temporis 417

Habes itaque NORMANNICI CODICIS noſtri *rubricas*, *titulos*, *capita*, *argumenta ſingularia*, unde confici poteſt illius iuris plenum ac iuſtum ſyſtema.

## NOTVLAE
## ad LL. *Normannicas*.

*In* EDITIONE *noſtra LL.* NORMANNICARVM *curae & notae.*

§. 24. Quid uero praeſtiterimus notis in editione, noſtris curis procurata, etiam dicendum & commemorandum. Nam primo e codice *membranaceo* deſcripſimus has leges. Deinde in deſcribendo fuimus ſoliciti, ne quid mutaretur in *barbari aeui orthographia*. Praeſertim ideo, quoniam *ſcriptura aetatem* ſeculi XIII. habet, coaeuam fere ipſis legibus. Imo *elegans* eſt & emendata in iis, quae faciunt ad *calligraphiam*: ut facile nequeat aliquid uitio tribui librarii. Tum etiam *inſcriptiones titulorum* aut rubrica-

bricarum barbaras reliquimus ſuo loco: quae tamen in *margine* ac *latere* adpoſitis uerbis illuſtrauimus. Demum in *infima cera* addidimus NOTVLAS, ſcriptas ex tempore. In quibus primo explicauimus ſententias legum. Tum barbara uocabula reddidimus uel Latine uel Germanice. In quibus plurimos lapſus deprehendimus incomparabilis FRESNEI, gloſſatoris ideo multoties felicis parum, quod neſciuerit linguam Germanicam iuraque patriae noſtrae aliaque, unde barbarae iurisprudentiae acceſſio ac lumen. Praeterea oſtendimus noſtri iuris & Legum Latii differentias binis uerbis. Tandem *Normannici* & *Saxonici*, imo etiam *Germanici* iuris docuimus ac indicauimus conſenſum & harmoniam. Pauciſſimis nonniſi exceptis, ubi leges noſtrae aliquid ſecum trahunt moris alieni ex Latio. Ad extremum etiam diuiſimus *paragraphos* fecimusque ſegmenta. Quoniam hae in codice noſtro deſiderabantur. Noluimus uero uel hic uel alibi aures praebere *uerſionibus Gallicis*, ad quas ſaepius prouocauit Freſneus. Qui *Latinum* etiam *authenticum* habuit in manibus; ſed ultimo uſus eſt indiligenter.

# III.
## DIPLOMATARIVM HALBERSTADIENSIS EPISCOPATVS ab an. 966. ad annum 1400.

HALBERSTADIENSIVM L. diplomatum *rationes*.

§. 25. Cum, PRAEBENDAE SCHOLASTICI ergo, ultimo menſis *Februarii* CIↃIↃCCXXV. iuſſu REGALI me contuliſſem HALBERSTADIVM, requiſiui a PRAESIDE PROVINCIAE, uiro illuſtriſſimo de HAMMRATH, ut indulgeret mihi ad principale tabularium acceſſum. Quod ſpem conceperim certiſſimam, fore, ut in illo *Carolingica* inuenirem diplomata Franciſcae ſtirpis, quod iſte epiſcopatus, teſte LVDOVICO infante *num. 5. p. 428.* ab his conditus & inſtitutus eſſe, dicatur. Fefellit tamen illa. Nam ſuperſunt *authentica* diplomata non alia in eodem, quam *Ottonum* & ſucceſſorum in imperio & pauciſſima quidem. Vt numerus *authenticorum*, computatis etiam illis, quae ex *Hohenſteinenſi* tabulario iſthuc perlata, non adſurgat ad centuriam unam. Quod ſtupui omnino & dolui uel incendia uel ſpolia, in quibus illa perierunt ſubductaque ſunt prouinciae. Poſſent tamen hae lacunae deſideriaque aliquantum ita reſarciri & expleri: ſi *coenobiorum* iſtius prouinciae tabularia conſulerentur indeque deſcriberentur exempla, conferenda deinceps in unum *coarcula-*

*tularium*. Nam *intra* urbem, poſt *cathedrale* collegium, ſunt alia plura 1) diuae *uirginis*, 2) *S. Mauritii*, 3) *S. Pauli*, 4) *Walbecenſe* in uicinia. Deinde coenobia 1) *diſcalceatorum*, 2) *Dominicanorum*, 3) *Auguſtinianorum* S. Iohannis. Porro *monialium* 1) *S. Nicolai*, 2) *S. Alexii*, 3) *S. Burchardi*, 4) ad *portam*. Extra urbem inprimis celebritatem habent inſignem 1) *Husburgenſe*, 2) *Hammerslebienſe*, 3) *Haimerslebienſe*, 4) *Aderslebienſe*, 5) *Hederslebienſe* 6] *Baderslebienſe*. Quorum pleraque ſocios ſtipendiarios habent *pontificiorum* ſacrorum, cuſtodes *chartarum* ſuarum omnino ſolertes. Quibus etiam aliqui dioeceſeos huius antiſtites ſacri inſignem debent diplomatum adparatum. Tantum abeſt, ut PRINCIPI eadem uel negare uelint uel inuidere. In tanta autem *Halberſtadienſis tabularii* inopia unicus CODEX ſupereſt, in quo mille *diplomata* congeſta atque conſcripta ſunt exhibenturque in uno uolumine. Scriptor librarius abſoluit opus ſiue *codicem* hunc *diplomaticum* circa exitum ſeculi XV. Eſt is *formae maioris* in *folio*, quod dicitur; ſuperatque denſitas eius uere palmam. Dicunt *capitulum* in eo conſcribendo feciſſe olim impenſas: ſed eiusdem collegas principi epiſcopo obtuliſſe liberali manu nouiſſime.

*Tabularia multa coenobiorum.*

§. 26.

L. DIPLOMATVM Halberſtadienſium momenta.

§. 26. Inde igitur, ut aliqua deſcriberentur, inſtar ſpeciminis, iuſſi amanuenſem, quem mecum habui, unde L. *diplomatum* hic ſyllabus tum congeſtus & collatus. *Principio* in eodem patet illud, quod epiſcopus *Halberſtadienſis*, in amore imperatoris fuerit ADOLFI, eo quidem, ut an. CIↃCCXCV. innumera antiquioris aeui diplomata Halberſtadienſi epiſcopatui confirmaret *Mulhuſii*, quinto *idus* Iunii, *uno* quidem eodemque *die*. Quae opera haud dubie ita occupauit curiam imperialem, ut praeterea nihil potuerit in illa tum ſuſcipi aut expediri. Imo creditu eſt omnino difficile, *imperatorem* omne tum otium dediſſe utilitati ac commodo Halberſtadienſis epiſcopatus ſolius, ut legerit uel uocauerit omnia, ut par fuerat, ad trutinam & rationem. Quicquid uero ſit credaturque de hoc inſtituto antiſtitis: miror tamen in his *tranſumptis*, quae dicimus barbare, nullum diploma reperiri, CAROLO M. aut LVDOVICO pio ſcriptoribus: qui tamen huius epiſcopatus habentur creduntur que conditores. Prouocat etiam *n. 5. p. 428. Ludouicus infans* ad priuilegia Halberſtadienſia *progenitorum* ſuorum & *Henricus IV.* an. 1063. ſigillatim ad *Caroli M.* & imperatorum *Romanorum* & regum *Franco-*

1) tranſumta *Caeſaris* ADOLFI *an.* 1295.

*in quibus* Carolingicum *nullum?*

*rum*

*rum num. 27. p. 471.* & *num. 14. p. 444. 445.* ſed illorum nullum in diplomatario adparet. Aut igitur *Halberſtadienſis* epiſcopatus tum caſu iam amiſerat aut eo forte conſilio noluerat illa renouari, quod forte pretii eſſent uilioris proderentque primae originis anguſtias & paupertatem.

§. 27. Caſus ad credendum eſſet facilior, ſi conſtaret hiſtoria, quod epiſcopatus *Salingſtadio* primum a Carolo imperatore adfixus indeque poſt demum translatus ſit *Halberſtadium*. Sane *Salingſtadii* locum aliquem fuiſſe, illud ex diplomate Ottonis II. an. 974. *n. 19. pag. 459.* conſtat: qui epiſcopo in loco *Salingſtad* indulſit *monetandi* & *uectigalium* iura. In qua loci celebritate etiam continuata ſub *Ottone III.* an. 993. *num. 30. p. 474.* *Henrico S.* an. 1002. *n. 10. p. 438.* mirum eſt, eiusdem nominis in Halberſtadienſi tractu hodie nec uolam porro nec ueſtigium ſupereſſe, *Ioan. Georgio* LEVCKFELDIO teſte, primario *Groeningae* in iſtis confiniis paſtore, medii aeui antiquitatum indagatore ſolerti ac felici, cuius futuris conatibus, in aduerſa infirmaque ualetudine, qua eum nuper offendimus, bene precamur &, ut *annalium Halberſtadenſium* filum, anno CIↃ CXX. abruptum, pertexat abſoluatque, uouemus. Ceterum *Sigismundo* epiſcopo

*Qui* SALINGSTADII *memoria nulla?*

po an. 911. primariam ſeu *principalem ſedem* fuiſſe *Halberſtadii*, diploma *Ludouici infantis* habet *num.5. p. 427.* & *Henrici S.* an. 1002. *num. 10.* ea, ut uidetur, cauſa, quod tum antiſtites in eius uiciniae pagis aliis atque aliis uixerint, mobili & uolubili animo, ut placuit aut e re eſſe uidebatur ſacri coetus. Eo ſcilicet tempore, ubi in illis oris neque *urbes* aut *oppida* neque *templa* aut *curiae*. Adeo autem difficile ſemper, Romae maieſtatem cum infima Romuli caſa conferre & cuique tribuere fidem, quam meretur, ſuo aeuo ac ſtatu.

HALBERSTADIENSIS *epiſcopatus* PAGI.

§. 28. Nam *epiſcopalis* tum dioeceſis *Halberſtadienſis* diuiſa per *pagos*, *uillas*, *loca*, *foreſta*, *ſylua*, *montes*, *colles*, *flumina*, *riuos*; non *urbium* ambitus & circuitus ampliſſimos. Docebunt hoc diplomata noſtra, in quibus PAGORVM mentio, qui ſunt *tractus definiti nominibus & limitibus, habentibus in ſuo complexu comitatus, caſtra, uillas.* Caue enim, quod uulgo creditur, exiſtimes, *pagum uniuerſum* paruiſſe imperio comitis unius. Nam plures quandoque *comites* habuit *pagus* unicus. Quod cum fuerit, in deſcribenda uilla primo nominatur *pagus uniuerſim*, tum *comes ſigillatim*. Legi hoc fine & conferri poſſunt *diplomatum num. 1. 3. 4. 7. 9.* aliique. Vti autem pagorum

gorum nomina plura occurrunt in his diplomatibus, ſigillatim.

I. DERLINGOV, Derlingen, *num.* 1. 2. 4. 12. 22.

II. NORTDVRINGOV, Nordthuringen *n.* 1. 2. 3. 7. 25.

III. HARDEGOV, Hartzgau *n.* 5. 8. 9. 20. 26. 28. 31. 36.

IV. SVEVEGOV, Schwabegou *n.* 21. 24.

V. COLIDIKI, in *marca* Gunnete *n.* 35.

VI. SEEHVSEN *n.* 42.

VII. HELMGOVE, ubi comitatus Palatinus *n.* 46.

ita difficile eſt, loca confiniaque ſingulorum deſcribere & definire. Nam licet in ſingulis commemorentur etiam loca ſingularia: illa ipſa tamen nunc *ignorantur*; nunc intelliguntur nonniſi *dubitanter*; ſaepius *fallunt* prorſus, ſi uel parum *legibilis* ſcriptura uel cognitu difficilis *dialectus* aeui uetuſtioris.

§. 29. Cum nuper, id eſt, ſub initium menſis *Auguſti* an. CIↃ IↃCC XXV. noſter & *reliquiarum* noſtrarum *patronus* inſignis ac indulgens, *Ludouicus Otto nobilis dominus de* PLOTHO, *potentiſſimo regi a ſanctioribus mandatis*, excurriſſet in *dynaſtiam*, quam habet *Gerbſtadii*, in uicinia noſtrae urbis; iuſſit, ut ego quoque eidem adeſſem hoſpes & conuictor. Inter ſermones conuiuales alios plures et- *Singularia de* DERLINGOV *pago.*

iam

iam fuerat ille de GERMANIAE *pagis* praeſertim in tractu *Mansfeldenſi*, cui oppidum illud adſcriptum. Dixit ſententiam ſuam *uir illuſtriſſimus*, in eaque aperuit nobis, quod ſaepius inter homines litteratos diſputetur, quod dubio careat, dummodo conſulantur loci alicuius incolae aut ciues. Nam adhuc lites agitari de ſitu DERLINGOVIAE ſiue pagi *Derlingenſis*, quam unus in *Brandeburgi* uicinia; alius in ducatu *Brunſuicenſi*; iterum alius in MAGDEBVRGICO quaerat: clarum tamen ſit illud, quod ſitus DERLINGOVIAE fuerit in *Mansfeldenſi* comitatu uiciniaque *Gerbſtadii*, ubi agebamus. Cum hodieque uillae ibidem deſertae ueſtigia ſint, quae nomen ferat etiamnunc DERLINGEN, idque in cenſuum matriculis cum huius aeui, tum uetuſtioris. Vti ueritas quaeque inuentu eſt difficilis; ſic inuenta facilis cognitu intellectuque. Poſtquam igitur indice digito oſtenſus DERLINGOVIAE ſitus uerus in *Mansfeldenſi* comitatu; iamnunc uaria argumenta ſuppetunt, ad hanc ſententiam confirmandam ulterius. *Principio* enim in hac uicinia occurrit *Apolderſtaett* prope ab *Alberſtadio*: ſed hanc uillam in DERLINGOVIA ſitam elucet ex *num. 12. p. 442.* *Deinde* hunc *Mansfeldenſis* comitatus tractum ſub dioeceſi fuiſ-

ſe

ſe *Halberſtadienſi*, nemo poteſt neſcire. *Tum Helmgau* pagus, ab *Helmo* fluuio Mansfeldenſi adpellatus, Derlingouiae uicinus. *Demum Bruno*, comes in Derlingouiae tractu, eſt *Mansfeldenſis* omnino, quod nomen genti iſtorum comitum eſt admodum familiare. Taceo, quod noui nihil ſit, *pagorum* Germaniae nomina obliterata eſſe atque uix memoriam eorundem, in deſertis uillis, ſupereſſe. Nam pagus in *Magdeburgico* ducatu uniuerſo celeberrimus fuerat NELEDIZI, *Nedelizi*, in cuius locum ſucceſſit BVRGGRAVIATVS GIBICHENSTEINENSIS. Sed NEDELIZ hodie uilla eſt deſerta omnino, non procul a radice MONTIS SERENI ſiue PETRINI (*dem Petersberg*). De pagis aliis, ut aliquid dicam, neque otium neque locus eſt: praeſertim cum hoc thema occupauerit induſtria LEVCKFELDIANA: qui antiſtes ſacer uitam agit *Groeningae*, ut occaſio nequeat ei deeſſe, uillarum, huc facientium, exquirere nomina ac numeros ad tabulam horum pagorum geographicam conficiendam deſcribendamque. Ceterum cum *amanuenſi* uſus ſim, locorum huius orae ignaro; taedet omnino uitiorum & mendarum, quae deprehendi diplomatum lector. Sed omnia deſcribenda fuere curſim, itineri ac otio deſtinato rebus grauioribus.

HELMGOV *pagus.*

NEDELIZ *pagus* GIBICHENSTEINENSIS.

RELIQVIARVM Halberſtadenſium *adparatus inſignis.*

§. 30. Interea non poſſum, quin etiam mentionem faciam THESAVRI RELIQVIARVM, quae in templo cathedrali (*dem dom*) ſolent adſeruari ac cuſtodiri. Eſt in illo *cryptoporticus*, non adeo ſpatioſa, quae adpellari ſolet uerbo ſingulari, *die zitter*. Eſt illa uere intermurana; tuta clauſtris, peſſulis, cardinibus, ualuis, reticulis, clathris, lapide ac ferro, ab igne & manibus furtiuis. Atque ibi repoſitae SACRAE RELIQVIAE, tanto numero adparatuque, ut adſurgant ad aliquot centurias. Inter *pretii immenſi* rationes, quod, iuxta *exuuias ſanctorum* eorumque *ſupellectilem* habent, referre licet aurum, argentum, gemmas, lapillos, elementa litterarum uetuſtiſſima, ſculpturas, caelaturas, uarias ac multiplices, ut mereantur omnino a uiro manuque, rerum, litterarum, antiquitatum & hiſtoriarum perito deſcribi ac delineari. Idque eo magis, quo haec cimelia in *euangelicis epiſcopatibus* ſunt rariora: quod, ſacrorum metamorphoſi facta, cum his ſpoliis ſacris diſceſſerint plerumque ſacri collegae, formulae pontificialis tenaciſſimi. In MAGDEBVRGICO archiepiſcopatu nihil *reliquiarum*, quae quidem inter res mobiles, porro ſupereſt. Nam *ſpolium* ALBERTINVM, quo omnes ex noſtris oris abla-

ablatae & translatae *Moguntiam*, ubi ſpectantur hodieque egoque ſpectaui anno CIↃ IↃCCXV. deſcripſi ac dolui in *tomi V. praefat.* §.5. *p.* 7. 8. Ego interim gratias habeo agoque ſacro collegae & SCHOLASTICO D. de MVNCHHAVSEN, quod, eo indulgente & praeſente, omnia uſurpare licuerit meis oculis. Qui uir atauitae nobilitatis nec mediocrium litterarum, eductus olim ac doctus in Fridericiana, ueteris amicitiae ac doctrinae non fuit immemor. Sed quod utrique diſſenſerimus in eo, quod iuſtum in SCHOLASTICI PRAEBENDA, illud quidem, ob ſtudia diuerſa, non potuit aliter euenire. Egomet hanc dextram & conſcientiam teſtor, IVDICIO RECVPERATORIO huic nihil iniquitatis uel duritatis ineſſe; ſed cauſam bonam omnino & aequam. Teſtabitur forte contra idem. Vterque, neque enim de illo dubitauerim, mente fideque bona, pura, integra, ſincera. Verum iuris argumenta non credi debent; ſed demonſtrari lege, ratione, uſuque. Qui finis noſtri inſtituti inde a §. 4. *p.* 8. *ad* §. 17. *p.* 43. usque huius praefationis.

§. 31. Ceterum notabimus diplomatum ipſorum ſingularia quaedam binis uerbis. *Num.* 1. 2. *Henricus* imperator dicit ſe numero SECVNDVM impe- SINGVLARIA *diplomatum*

ratorem; ſed TERTIVM regem, computando *Henricum aucupem.* *Num.* 5. *Ludouici infantis* diploma & ſtirps. *Num.* 8. quod *Halberſtadienſe* capitulum an. 974. iam acceperit ab imperatore ius *eligendi* ac *poſtulandi* ſibi epiſcopum. *Num.* 9. 10. priuilegia *Salingenſtadio* indulta an. 974. & 1002. cum regali *heribanno* in milites liberos uel uaſallos, id eſt, *iure armorum ac belli.* Idem poſt demum indultum *Halberſtadio* an. 988. & 993. *n.* 30. *Num.* 14. priuilegia ab Henrico IV. puero indulta 1063. *conſilio* tutorum, non auctoritate. Quod in *autographo* repetitur *n.* 27. Eius formulae eſt *num.* 31. *Num.* 16. munus hereditarii ſeu *epiſcopalis pincernae.* *Num.* 17. de iurisdictione & *dioeceſano iure* ualde momentoſa an. 1409. unde decidi poſſunt cauſae uarii generis. *Num.* 32. *monetandi* iura Halberſtadienſi tributa *priuatiue.* *Num.* 33. 34. 38. Marchiae quaedam Halberſtadienſia ſubfeuda. *Num.* 46. Eislebiae domini an. 1045. comites *Palatini* & *palatinatus* limitibus conſtrictus *Helmgouiae.* *Num.* 48. ALSTEDIENSIS PALATINATVS penes *comites* MANSFELDENSES cum omnibus *iuribus*, *honoribus* & *iurisdictionibus* an. 1323. ut fruſtra huic palatiolo uel *Saxoniam* ſubiiciant uniuerſam uel etiam *Thuringiam* in eaque cauſam requirant SAXONICI VICARI-

PALATINVS ALSTEDENSIS *non princeps.*

CARIATVS. Cum *Alſtedenſis* palatinatus tempore, AVREAE BVLLAE ne fuerit quidem in iure manuque ſeptemuiri Saxonici. Qua de re plura ſcripſimus in *commentario* AVREAE BVLLAE.

§. 32. *Quartum librum* abſoluit CAPITVLATIO FRIDERICI II. Caeſaris ſiue, ut noſtra inſcriptio ſe habet, FORMVLA GERMANIAE *ſub* Frider. II. *an.* 1232.

## IV.
## AVREA BVLLA
## FRIDERICI II. IMPER.
an. CIↃCCXXXII.

Ingratus eſt lector atque rerum iuriumque patriae, publicorum maxime, prorſus ignarus; qui hunc codicillum, noſtris curis editum & illuſtratum commentariolo, non facit maximi. Schilterus quidem & Heineccius ediderunt ante nos eundem: ſed primus lacunis laborat mſcti Obrechtiani: alter uero conſperſit eum mendis, ut iamnunc demum uideatur in lucem prodiiſſe. Verbum non addo, cum dicenda reperiantur in margine & commentariolo. Qua uero cauſa AVREAE BVLLAE autographum adſeruetur in Halenſi tabulario urbano, unde eam deſcripſimus noſtra manu uerbatim, facile intelligo nunc. Nam metuiſſe ſibi HALENSES, ne noua ciuitas conderetur in illorum uicinia, conſtat ex *diplomate*

RVPERTI archiepiſcopi MAGDEBVRGICI, concepto triginta annis poſt, an. 1263. In quo ipſe pollicetur HALAE noſtrae: *Item apud ciuitatem* HALLENSEM *infra* MILIARE *neque a nobis neque a ſucceſſoribus, niſi de uoluntate ciuium Halenſium, caſtrum aliquod uel munitio conſtruatur. Veruntamen ſi grauem diſcordiam contra* Magdeburgenſem *contingat eccleſiam ſuboriri, tunc, ad terrae defenſionem & cuiuslibet Magdeburgenſem impugnantis eccleſiam, uiolentiam reprimendam, ſi caſtri uel munitionis uiſum fuerit, opus eſſe, ipſi ciues* HALENSES *aedificationi conſentient, cum fauore. Ita tamen, quod, quandocunque diſcordiam componi contigerit & ſopiri, quicquid aedificatum fuerit, funditus deſtruetur.* Idem autem cum in AVREA hac BVLLA promiſerit ciuitatibus Germaniae imperator, *n. 1. 2. 3. 5.* inſtar *palladii* habuere hanc *conſtitutionem imperialem*, ſuoque aere haud dubie e curia *Caeſaris* redemerunt, perpetuo in *tabulario urbano* cuſtodiendam. Eſt igitur illa hodieque ſuperſtes in eodem pertulitque caſus omnes bellorum, incendiorum, manuum furtiuarum. Quarum nos admonent formulae in principali tabulario. Vbi eius pretii AVREIS BVLLIS, in dorſo diplomatis, uerba adpoſita: *deeſt ſigillum, quod erat aureum.* Vt illa noſtra

noſtra urbs omnino gaudere & ſuperbire quodammodo poſſit hoc cimelio, non pretii minoris, quam AVREA BVLLA FRANCOFVRTANA, quae ſolet ſolenni ritu oſtentari.

§. 33. Claudit *tomum* hunc *ſeptimum* lucubratiuncula inſignis neque leuis momenti ad finiendam inter litteratos uiros litem

*Paradoxon de* AQVILA BICIPITE *Brandeburgica.*

# V.

## DE AQVILA BICIPITE BRANDEBVRGICA, QVAE IMPERIALIS ORIGO ET CAVSA.

Dum *monetariam ſupellectilem* meam nuper, inter otia, uſurparem oculis, incidi in aliquos, haud dubie aeui uetuſtioris, nummos *Brandeburgicos*; ubi nunc *duas*, iterumque *concorporatas aquilas* conſpexi. Mihi ipſi ſuccenſebam, quod ante cauſas huius portenti non expendiſſem. Iam olim notaueram in *ſigillis* Magdeburgici tabularii principalis; quod WENCESLAVS imperator primus omnium, qui uſus ſit AQVILA BICIPITE, quem morem imitatus eſt deinceps frater eius SIGISMVNDVS, Brandeburgicus ſeptemuir: quod ignorauere utrumque auctores adhuc. Inde coniectura non leuis: *cum Brandeburgici imperatores aquilam imperialem, quae ſim-*

*ſimplex*, *conuerterint in duplicem ſeu concorporatam; quae eadem uetuſtiſſimo etiam tempore inſigne Brandeburgicorum marchionatuum*; filum conſecutionis fuerat hoc: *igitur biceps aquila imperialis parentem habuit Brandeburgicam.* Qui argumenti nexus, qua ratione firmatus inſtructusque ſit nummorum Brandeburgicorum adparatu: ipſum opuſculum prodet, legendum uel ob gratiam nouitatis.

BRANDEBVRGICORVM *nummorum* SYLLABVS *& recenſio.*

§. 34. Tenuit animum meum noua opinio, quem ideo in his curis aliquandiu defixi conduxique NVMMOS BRANDEBVRGICOS omnes, qui facere uidebantur ad hoc *paradoxum* illuſtrandum. Vnde

## VI.
## SYLLABVS BRANDEBVRGICORVM NVMMORVM

aliorumque, inſeruientium ſcenae noſtrae in *aquilae bicipitis* hiſtoria, adeo multiplici, ut pudeat commentorum uiros, etiam doctiſſimos, in hoc argumento. Recenſui omnes, quos curaui, ut inciderentur aeri. Paſces oculos; etiam animum paſces, ſi quidem is tibi ſit, qui bene cupiat gloriae BRANDEBVRGICORVM marchionatuum, conſpicuorum in AQVILAE BICIPITIS decore & maieſtate. HALAE VENEDORVM die XII. kalend, menſis *Octobris*, an. CIϽ IϽCCXXV.

# RELIQVIAE
# MANVSCRIPTORVM,
OMNIS AEVI
# DIPLOMATVM
AC
# MONVMENTORVM,
INEDITORVM ADHVC,
EX
*MVSEO LVDEWIGIANO.*
# TOMVS VII.

# LIB. I.

# DIPLOMATARIVM LVDOVICI DVCIS BRANDENBVRGICI ET BOIOARIAE

## AB AN. MCCCXXX. AD AN. MCCCXLV.

---

### NVM. I.

ANno Domini M. CCC. triceſimo tertio Sabbato ante Bartholomei in *Arnburg* obligauimus Betikino de *Degwede*, ſuisque legitimis heredibus *precariam* ſex cum dimidio manſorum in uilla, dicta *Plezze*, ſitorum ad ſummam quatuor *fruſtrorum* ſe extendentem, & *precariam* duarum curiarum in uilla *Liechterveld* ſitarum, etiam ad ſummam quinque fruſtrorum ſe extendentem. Reſeruata tamen nobis, quandocunque uoluimus, facultate *redimendi* pro quadraginta marcis argenti & ponderis *Brandenburgici*.

*Obligatio ſex manſorum in uilla* Pletze *ſitorum, facta Beckt. de* Degwed. *A. 1333.*

*it. precariae 2. curiarum in uilla* Liechterueld.

### NVM. II.

EOdem die & loco obligauimus Gyſoni de *Schöninberg* ſuisque heredibus *precariam* tam denariorum, quam annone XXIII. manſorum in uilla *Gargowe* ſitorum pro L. marcis argenti redimendi.

*Obligatio precariae 23. manſorum in uilla* Gargow.

### NVM. III.

EOdem loco in uigilia beati Bartholomei contulimus Nycolao Cunrado & Didikino fratribus de *Quitzowe* eorumque heredibus curiam dictam *Kunigsmark*, cum duobus manſis tali modo, quod nos, heredes aut ſucceſſores noſtri habebunt facultatem *redimendi* eas

*Obligatio curie dicte* Kunigsmark *facta fratribus de* Quitzo.

quandocunque decreuerimus aut decreuerint, pro LX. marcis argenti.

## NVM. IV.

*Appropriatio uillae* Staffeld *&* *18. fruſtrorum ibidem facta eccleſiæ & capitulo* Stendalenſi,

LVdow. & T. ſingulis & vniuerſis ad quorum notitiam preſentes deuenerint, ſincere ſalutis affectum, cum notitia ſubſcriptorum. Congruit & ſaluti noſtre ſalubriter conuenire credimus, perſonas eccleſiaſticas deo domino iugiter obſequentes, ſub nobis & principatus noſtri terminis moram facientes, ſtructuramque, *monaſteria*, ac *eccleſias* per *Illuſtres principes* marchiones *Brandenburgenſes* bone recordationis predeceſſores noſtros, ob honorem & gloriam ſummi ſaluatoris, animarumque fidelium de huiusmodi uite termino migrantium ſalutem conſtructas, libertatum, donationum, beneficiorum & gratiarum ampliorum fauoribus grateque benignitatis affectibus & participio decorari. Sane, nos quidem eorundem *predeceſſorum* noſtrorum veſtigiis inherentes, honorabilibus uiris & diſcretis, *prepoſito*, decano, totique capitulo eccleſie STENDALENSIS, & ipſi eccleſie dedimus, donauimus, appropriauimus & preſentibus appropriamus uillam dictam *Stafueld*, una cum decem & octo fruſtis denariorum *Brandenb.* annuorum reddituum, in eadem uilla ſitis, cuius collatio nobis pertinuit, cum omnibus ſuis iuribus & ſpecialiter cum *ſupremo* & *infimo iudicio*, *Iurepatronatus*, *equo ſeruili*, uniuerſisque modis & conditionibus, quibus ipſam uillam fideles noſtri, *Ditericus*, *Gyſo*, *Goediko* & *Woltziko*, fratres de *Schoeninberg* a nobis nomine *feudi* tenuerunt, cum *iuribus*, *pertinentiis*, *redditibus*, *honoribus*, *diſtin-*

*Iurisdictio 1) ſuprema. 2) infima. Ius patronat. equus ſeruilis, das* lehenpferd.

*Iura nobilium in praediis.*

*diſtinctionibus*, *nemoribus*, *pratis*, *paſcuis*, *aquis*, *mericis*, *paludibus*, aliisque rebus & bonis, eidem rite pertinentibus, ſic quod ipſi, ipſorumque ſucceſſores dictam uillam debebunt & debent ſine omni inquietatione, iuſte & directe proprietatis tytulo, perpetuo poſſidere. Singulis tamen *conſuetudinibus* & *iuribus*, nobis in dicta uilla pertinentibus, quibus integre gaudere ſiue frui uolumus, omnimode reſeruatis. Datum ut ſupra. *acceſſoria.*

# NVM. V.

IN die beati Bartholomei, contulimus, diſcretis uiris Ade de *Grabowe*, Arnoldo *Billenwerde*, Io. de *Letzeke*, ciuibus noſtris in *Stendal*, eorumque ueris heredibus, medietatem *monete* noſtre in Stendal, a tempore quo exſpirabit terminus *Balkonis* ciuis ibidem, per *quindecim annos* continuos inantea ſubſequentes, habendam, gubernandam, quiete & pacifice poſſidendam. Cuius Falconis terminus exſpirabit in die beati Georii aut proxima ad undecim annos, & ipſi predictam monetam ſeruabunt & regent, prout per ceteros monetarios hactenus eſt ſeruatum. Ita quod queuis marca ſubſiſtat *pura* & *alba*, licet in ipſa unum *lotum*, & quatuor *denarii* deficiant, & quod XXVIII. ſol. Den. Bened. cum quatuor Den. debet marca in pondere continere. Cumque antiqui *denarii* prohibentur, extunc per circulum illius anni nullus debet emere cum *denariis antiquis*, ſed cum denariis *nouis*, qui noui denarii exire debent octauo die ante feſtum beati Iacobi. Si uero denariorum dictorum monetariorum *varam* decreuerimus adhibere, hoc nus-

*Nobilib. de Grabowe facta collatio* monetae Stendalenſis.

*Ciues nobiles.*

*Monetae praeſtantia & ualor.*

*antiqua reprobatur: nouaque ualet tantum.*

*Vara.*

*fabrica.* *capſores.* *Poena falſae monetae* *Probibitio antiquae monetae in 1) purificando, 2) examinando, 3) cambiendo, 4) comburendo, niſi aurifabris.* *Monetariorum ſucceſſio hereditaria.* *5) diminuendo* ſegher *mulcta in eos ſtatuta.*

WIr LVDOWIG *&c.* *Margraue &c.* bekennen &c. daz die lant vnd veſten *Wolmarſtede*, *Aluensleuen*, *Ragetz*, *Angern* vnd di *garſſchap* zu dem *Billingesboge* mit den landen ledig vnd vor leghen vnd mit alle dem daz dar zu hort, daz wir in anſprache gehat haben, die des goddeshuſes von *Meigdeburg* eygen ſint, vnd *los* worden ſint dem ſelben goddeshuſe von tode *Marckgrauen Woldemars* von Brandenburg vnd die der *biſcop* vnd das *goddeshus* in ſinen rechten weren hat, der vorzihe wir genzlichen in diſeme brife vnd der biſcop vnd daz goddeshus zu *Meideburg* mag vnd ſal vnwekliche vnd ewekliche beſizen diſe vorgenanthen veſten vnd lant mit alle dem daz dar zu hort, an allerleige anſprache, vnd hinderniſſe, von vns vnd vnſen erben vnd von allen vnſen nachkomelingen. *Teſtes* dux Saxonię Marchio Brandenburgenſis.

*Teſtes.*

NVM

## NVM. XLIV.

Wir Ludowig &c. *Marckgraue* &c. bekennen &c. daz die lant hus vnd ſtete mit alle dem daz dar zu hort die ledig worden ſint dem goddeshuſe zu Meygdeburg von dem tode *Marckgrauen Woldemars* von Brandinburg vns vnd vnſen erben, ſint von dem biſcope gelege zu rechteme lene. Daz bezuge wir &c.

*Collatio* Wolmerſt. *cum omnibus pertinentiis.*

## NVM. XLV.

Wir Ludowig &c. voriehen offenlichen an diſem brife, daz wir dem edeln manne her *Johan* von Buch vnſerme liben *hobetmane* vnd ſinen rechten erbin gelobet haben vnd geloben an diſim brife war vm her ſich vorkumbert furbaz vber die *anderthalb tuſint marg*, di wir im redelichen nach rechter rechenunge vnd des er vnſir brife hat worden ſin vor vns, vnd von vnſern wegen *Ez* ſi vmb koſt *Rös Meiden*, dyner oder helfer, daz er daz oder ſine erbin ob er habe ginge, des got nicht wolle, vf hebin vnd in neymen ſullin, von allen den plegen herſchiften nuzen vnd guten, die her von vnſern wegen inne hat. Wir geheizzen auch den vorgenanten Johan von *Buch* vnſerm liben getruwen *hauptmanne*, daz wir in von den pflegen vnd guten mann vor thoren *bullen*, er ſie denne vor entrichtit vnd gewert alles des dar vmb her hinder vns kumen iſt vnd daz her mit redelicher rechenunge bewiſen mag, vnd dar vber ſo geben wir vm diſin brif vorſigelt mit vnſeme Inſigil. Datum Berlin, anno Domini Milleſimo CCC XXXVI. in vigilia Iacobi apoſtoli.

*Summa quaedam debita Domino Io. de* Buch *mille marcas cum* CCCCC *marcis.*

*& obligationes factae eidem 1336.*

# NVM. XLVI.

LVDOVICI *M. Brandeb.* primariae preces *ſcriptae pro futuro canonicatu in* Francf.

LVDOWICVS &c. Dilectum nobis *Iohannem* de SVNTHRA Magdeburgenſis eccleſie *Canonicum* meritorum, quibus apud nos fide digna relatione commendatur obtentu beniuolentia proſequi ſpeciali cupientes ſtrenuos & diſcretos uiros *Iohannem* de BVCH, noſtrum dilectum ac Henricum de ALVENSLEVE *milites*, nec non magiſtrum *Theod. de* HEDEWIGESSEN *abſentes* tamquam *preſentes* & quemlibet eorum in ſolidum, vt non ſit melior occupantis conditio, ſed quod vnus eorum inceperit, alter proſequi valeat & finire, noſtros uero legitimos & ydoneos conſtituimus, fecimus, ordinauimus ac literis preſentibus ordinamus, facimus & irreuocabiliter conſtituimus PROCVRATORES, *actores & commiſſarios* ſpeciales ad *preſentandum*, vice & nomine noſtro ac pro nobis, eundem *Iohannem de* SVNTHRA ſeu procuratorem ſuum, aut perſonam quamcunque pro eo interuenientem legitime ad PRIMVM BENEFICIVM ECCLESIASTICVM cum cura uel ſine cura ad noſtram *preſentationem* ſiue collationem ſpectans in *Gardeleue*, *Franchinuorde* & ſi fuerit altare ſancti Martini in *Steindal* uel altare in caſtro *Arnborg* per bone recordationis predeceſſores noſtros FVNDATVM & dotatum proxime vacatum, quod idem *Iohannes* a tempore vacationis ſue petendum ſeu acceptandum duxerit infra menſem eo ſaluo quod honorabilis Wolradus de *Heſm*, dicte *Magd. Eccleſie canonicus* aliquid de beneficiis ſupradictis, quod maluerit ex preſentatione noſtra primitus, ſi uoluerit, aſſequitur petendum quoque pro nobis & nomine noſtro dictum

Gardeleue, Stendal, Arnberg.

dictum *Iohannem* ab eo, ad quem id pertinet *canonice* inueſtiri. Abdicantes a nobis ac interdicentes commiſſariis, *uicariis* ſeu *procuratoribus noſtris* aliis quibuscunque per preſentes expreſſe auctoritatem & poteſtatem *preſentandi* ad *beneficium huiusmodi* perſonam aliam qualemcunque & uolentes haberi pro infecto, ſi quid a quoquam fuerit in contrarium fuerit attemptatum. Damus inſuper eisdem procuratoribus noſtris & cuilibet eorundem in ſolidum mandatum ſpeciale *alium procuratorem ſubſtituendi* ſingula & omnia faciendi, que circa premiſſa fuerint optima & ſi mandatum exigant ſpeciale, gratum & ratum habituri, quicquid procuratores aut alter eorundem egerint ſeu egerit in premiſſis. In huius rei *teſtimonium* & robur preſens ſcriptum deſuper confectum noſtri *ſigilli* munimine dedimus communitum. Datum *Wittenberg* anno domini M CCC XXXVI. in die ſanctorum Petri & Pauli apoſtolorum beatorum.

*Per procuratores ſ. commiſſarios conferendo.*

*Cum facultate*, ſubſtituendi.

*Datum 1336.*

# NVM. XLVII.

LVDEWICVS &c. Computatione rita & legitima habita ſtrenuo uiro Ioh. de *Buch*, capitaneo noſtro dilecto *Guſſone* & de *Liphem*, Henrico *marſcalco* de *eſoldeſirch* ceterisque noſtris *conſiliariis* quam pluribus preſentibus ſibi vltra omnia percepta expoſita & diſtributa a die, qua ipſe in *miniſtrum* conſtitutus ab INVICTISSIMO domino, domino LVDEWICO *patre* noſtro kariſſimo *Rom. Imperii* fuit *capitaneum* in mille & quingentis marcis argenti brandenburg. & ponderis obligati remanſimus & preſentibus remanemus. In cuius &c.

*Fragmentum Ludou. M. Brand.* quo, *praeſentibus* conſiliariis, *adminiſtro* imperatoris *confert ſummam.*

## NVM. XLVIII.

LVDOV. *M. Brandeb. 1337 uertit* feudum *Buch in* allodium.

ANno domini M CCC XXXVII. in beati Mathie apoſtoli. Nos LVDEVVICVS &c. Singulis & unicuique quibus preſentes exhibite fuerint ſalutem & notitiam ſubſcriptorum. Veniens ad nos ſtrenuus miles dictus Johannes de *Buch*, Capitaneus noſter dilectus, nobis vt ſibi medietatem ville ſue dicte *Buch* cum vniuerſis ſuis commodis, iuribus, limitibus, diſtinctionibus & pertinentiis ex noſtra beniuolentia appropriare dignaremur, humiliter ſupplicauit. Cuius quidem precibus, ob fidei ſui puritatem, fidelitatisque ſepius in eo compertam conſtantiam, innuimus iuxta uota, ſibi heredibusque ſuis preſentibus & in poſterum ſuccedentibus, ex *commiſſo Sereniſſimi Domini Domini LVDOWICI, Rom. Imperatoris, progenitoris* & domini noſtri kariſſimi mandato etiam & uoluntate, ex mera etiam libertate noſtra, medietatem ville predicte, quam ab *antiqua hereditaria* ſucceſſione ad ipſum deuolutam fore cognouimus, cum uniuerſis conditionibus ſupraſcriptis, *appropriauimus* & appropriamus preſentium teſtimonio literarum. Renunciantes pro nobis heredibus & ſucceſſoribus noſtris omni *iuri*, *collationis* uidelicet & *pheodi*, quod nobis in ipſa competebat, uel ipſis competere poſſet inpoſterum & futurum, dantes ſibi heredibusque ſuis medietatem uille predicte ſibi per nos appropriete veniendi, legandi & in uſus ſibi conuenientiores conuertendi liberam & plenam facultatem. In cuius &c.

*Ex* gratia *ſingulari.*

*Teſtes.* TESTES uero huius ſunt nobilis uir dominus Hermannus comes de *Hennenberg*, ſtrenui milites

*Dypol-*

*Dypoldus Buzzo*, Beringerus *Helo* marſchalcus, Iohannes *Huſener*, Magiſter Camere, *Bonbrecht* pincerna, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum SPANDOVVE, anno die loco tempore ſupradicto.

## NVM. XLIX.

ANno domini M CCC triceſimo ſeptimo in craſtino beati Mathie apoſtoli. LVDOWICVS &c. Ex mera noſtre mentis beniuolentia honeſto militi domino Iohanni de *Buch*, Capitaneo noſtro dilecto, contulimus & preſentibus conferimus, dedimus & donauimus facultatem liberam & poſſe plenarium *exoluendi* & *emendi* caſtrum & opidum dictum *Wittenberg* a ſtrenuo uiro *Georio* de *Garſtelbutel*, qui a nobis ipſum in feodum tenuit cum uniuerſis ſuis commodis, iuribus & honoribus, diſtinctionibus, limitibus, pertinentiis, libertatibus, ſicut ipſum *Georius* a nobis tenuit & poſſedit ſine impedimento quolibet quiete & pacifice poſſidendum. Tali tamen conditione interpoſita uel adiecta, quod nos heredes & ſucceſſores noſtri habebimus & habebunt *reemendi* a predicto domino Iohanne de *Buch* vel ab eius heredibus *feodi* capacibus pro *mille* & *centum marcis* argenti *brandinburgenſibus* & ponderis dictum *caſtrum* & *opidum* cum conditionibus uniuerſis preexpreſſis dum uolumus aut uoluerint facultatem liberam contradictione ipſius & ipſorum qualibet quieſcente. Poterimus etiam ſi idem dominus Iohannes de *Buch*, heredibus *feodi* capacibus non derelictis deceſſerit, quod abſit a *filiabus* ſuis idipſum caſtrum & opidum cum ſuis pertinentiis pro *octingentis marcis* ar-

LVD. *M. Brand. 1337.* Witteberg *caſtri & opidi uenditionem firmat, ſuo conſenſu, etiam filiabus,*

*cum pacto de reluendo.* genti brandinburgenſis & ponderis reemere, dum nobis aut noſtris heredibus uidetur expedire. Nolentes etiam quod predicti caſtri & opidi reemptio per nos heredes & ſucceſſores noſtros facienda ſibi uel heredibus ſuis in *territorio* ſiue *dominio dicto Garſtowe* uel in ipſorum pertinentiis quibuscunque grauamen & preiudicium aliquod inferat uel inducat. Debebimus etiam ſibi quantitatem ſumme, ad *centum marcas* argenti *brandinburgenſis* & ponderis ſe extendentem, in *ſtructuram & edificia*, rite conuerſam reemptionis tempore plenarie reſarcire. Volumus etiam & tenebimur ſibi ſuper bonis uel redditibus quibuscunque ex *Prolatus conſenſus ad* aedificia *extruenda.* nouo ad ipſum caſtris legitime comparatis uel comparandis ſecundum eſtimationem ydoneorum ſufficientem facere *recompenſam.* Nunciamus etiam ipſum dominum Iohannem de *Buch*, de quingentis marcis a predicto Georio de *Garſtelbuttel* occaſione placitorum pro dicto caſtro & opido habitorum perceptis, quod dicta ſumma in computationem per ipſum dominum Iohannem in *Premzla* factam deuenerat, qui tum preſentibus & ſolutum. In cuius &c. Teſtes *Teſtes.* huius ſunt nobilis uir Hermannus comes de *Hennenberg*, Dippoldus Buſſo, *Beringerus* Helo marſcalcus, Io. *Huſener* magiſter camere, *Bonbrecht* pincerna, cum ceteris pluribus fide di- *Datum 1337.* gnis. Datum SPANDOVV, anno, die, loco & tempore prenotato.

## NVM. L.

*Aſſignatio IX. fruſtorum reditu* NOs LVDOWICVS &c. Vniuerſis ac ſingulis preſentibus ac poſteris, ad quorum notitiam preſentia peruenire cupimus ſit notum. Quod

Quod aſſignauimus ac per preſentes aſſignamus *IX. fruſta redituum*, de annuis noſtris *precariis* nobis in uilla *Dudeſchen*, uille nominata debendis Io. de *Arnſtede*, *famulo* nobis dilecto ac ſuis ueris heredibus annua perceptione tollenda, ac domino *camere* prepoſito in *Angermund* nec non Hermanno de *Arnſtede* ſuisque ueris heredibus ſi predictus Io. de *Arnſtete* ſine heredibus diſceſſeris in iuſtam ueramque poſſeſſionem deuoluenda. Adiicientes ſi noſtre ſeu alicuius noſtrorum ſucceſſorum in poſterum uoluntati placuerit bona prefata redimere. Extunc poſſeſſoribus dictorum bonorum perſoluta per nos uel per noſtros ſucceſſores tanta pecunia, ſ. XLVI. marce ipſe ad noſtram uel noſtrorum ſucceſſorum *poſſeſſionem redibunt* uiceuerſa. Si etiam predicto Io. de *Arnſtede* uel alii prefatorum bonorum poſſeſſori ipſum per priorem ſummam pecunie, alicui noſtrorum *uaſſallorum* placuerit obligare, eo iure, quo ipſe poſſidet ad hec noſtram beniuolam adhibebimus uoluntatem. In cuius rei &c. *Teſtes* huius ſunt nobilis uir Hermannus comes de *Hennenberg*, Io. de *Buch* noſter Capitaneus, Dypoldus *Gazze*, dominus Ebvvinus noſter *prothonotarius*, & alii quam plures fide digni.

*um in uilla* Dudeſchen *Io.* Arnſtede.

*In Angermunde.*

*Teſtes.*

# NVM. LI.

NOuerint &c. LVDOWICVS &c. Strenuus miles Io. de *Buch*, *Capitaneus* noſter dilectus *generalis* & teſtium infra ſcriptorum preſentia in ciuitate noſtra BERLIN, ſabbato proximo ante annunciationem beate uirginis *computationem* nobis tenuit, & de uniuerſis perceptis ſingulariterque ex *monetis* noſtris deriuatis, quo-

*Computatio* RATIONVM capitanei generalis *in Brandeburg. M. Ioh. de* Buch.

rum

rum ſumma ad *quadringentas marcas* argenti, minus tribus marcis ad totidemque libras *denariorum brandenb.* cum ſex tiberis ſe extendit & a die qua in *miniſtrum* conſtitutus fuerat & nos ipſum conſtituimus *Capitaneum*, qua per totum noſtrum *dominium* ſiue PRINCIPATVM percepe-rat. Etiam de expoſitis & diſtributis legitimam & debitam fecerat *rationem*. Qua quidem diligenter audita ſibi penultime *computationis* debitum in *mille* & *ſexcentis* marcis argenti minus decem marcis ultra omnia percepta & expoſita. Exceptis tamen illis debitis, pro quibus, ſciente *domino Imperatore* progenitore noſtro *kariſſimo munitiones* noſtre ſibi nomine pignoris *obligate*, obligati remanſimus & preſentibus remaneamus. In qua etiam ſumma ſuis ueris heredibus, ſi ſibi per nos ſatisfactum non fuerit, remanebimus obligati. In cuius &c. *Teſtes Bortuelt*, *Guſſo*, *Heylo*, *Huſener pincerna*, *milites* cum ceteris fide dignis.

*& principis quietantia.*

*Teſtes.*

## NVM. LII.

*Formula inueſtiturae* 1336.

*qua de* Grabow *confertur* Ballerſted, *cum iurisdictione omni iuribusque ceteris, definitis ſigillatim.*

WIr LVDOVVIC &c. bekennen vnd bethugen in deſſem vpenen brife dat vvie Conrade *Hinden* vnd Adame von *Grabow*, Arnolde vnd Jordan den Brudern geiheiten *Vlaſiengere* tu *Steindal* haben ge *legen* vnd *lien* tu rechterme *leene* dat *dorp* tu *Lutticken Ballerſtede* mit *pachte*, mit *beide*, mit *tinſe*, mit *wagen dinſte*, mit *vor leghen* vnd *vnuorleghen*, mit aller *nut* vnd *vrucht*, mit aller *orbede*, mit deme *richte hogheſt* vnd *ſideſt*, vnd mit allen *ſchieden* die dar tu belegen ſin vnd mit allem *rechte*, alſo, dat vvie dar nicht inne behalden. Och hebbe vvie vn gheleghen vnde lyen in deiſſeme *brife* in deme

*dorpe*

*dorpe* tu *Dalem* in *Hennickin Beigendorpes* houe enen *wiſchepel* Rocken vnde einen *wiſchepel* gerſten, vnde in deme ſelben dorpe drie *wiſchepel* hauern, tuei vnde virtich honere vnde achtein ſcock eygere. Alle dat hir vor beſcriben is dat lige vvie vn vnd iren *rechten eruen* mit *ſamender hand* tu beſittende, als id her Boldevvin van deme *Campe* vor heft gehat tu der *ſtat rechte* tu *Stendal*, als die Borgere von Stendäl ere *lengut hebben* vnd beſitten ſunder aller leie hinder vnd beſvverniſſe. *Teſtes* ſunt Hermannus comes de *Hennenberg*, Io. *Buch*, Hennike Iagovv, Heineke Crochern, Kuncke Eckſtede. Anno domini MCCCXXXVI. quarta feria proxima poſt penthecoſten. *Teſtes.*

## NVM. LIII.

ANno eodem. *Nos* LVDOVVICVS &c. Recognoſcimus tenore preſentium publice proteſtantes, quod diſcretis uiris Arnoldo & Iordano, fratribus dictis, *Valſmengere* atque Ade de *Grabow* & Ioh. *Haken*, ciuibus noſtris in Steindal, nec non eorum ueris & legitimis heredibus. Contulimus in his ſcriptis conferimus in ſolidum totam *monetam noſtram* in ciuitate *Steindal*, a datis preſentibus per *nouem annos continuos* in antea quiete & pacifice poſſidenda cum omni iure & utilitate, cum omni *fructu* & *libertate* ac cum tali *tuitione* & *defenſione* noſtra, qua predeceſſores eorum eam hactenus poſſederunt, quamque talibus conditionibus & modis tenebunt & regent, quemadmodum ipſam ceteri *monetarii* huc usque tenuerunt. In cuius &c. *Teſtes* ſunt predicte anno domini MCCCXXXVI. in die Ioh. Baptiſte.

*Ius monetandi conceſſum nobilibus ciuibus in urbe* Stendalia *in IX. annos.*

*Teſtes.*

NVM.

# NVM. LIV.

*Domino Henningo de* Iagowe, *Henr. de* Wedel & *Nycolao de* Iagowe *uarii cenſus adſignati in Perleberg, Pritzwalde, Kiriz, Strasburg, Snakenberg.*

WIr LVDOVVIC &c. Behennen dat vvi vnſen truvven manne Hern Henninge von *Jagowe*, Henrich von *Wedel*, vnd Nyclaus von *Jagowe* vnd iren rechten eruen hebben bevviſet an *angeuelle*, drihundert marg ſilbers in ſime *drozzen* ammacht, dar vn dat aller euenſt cumet. Laten ſi aber ires gutes vvat oder des gudes dat vvi en nu laten hebben, da ſcole vvi ouer geuin alſe vele eygentumes alſe buret vor *hundert marg*, vvi hebben en ouch bevviſet die *hundert marg* die vns tu *Perleberg* vallen ſcholden an dem *ſchote* nu vf *ſend Wolpurg tag*, vvi haben vn ouch bevviſet zu *Prizwalc* viftzig marg, vnd tzu der *Kiritz* viftig marg, vnd tu *Strazburg* tvveyhundert marg, an den broken oder mer ab man dat beteydingen mag mit vſeme rade vnd in deme bruke zou Hauelberg viftig mark. Vort mer ſo hebbe vvi en bevviſet drihundert marg vnd nunvnddrizzeg marg in dem tolle tu *Snakenburg*, vvere ok dat vn vvat ſhelede an dem vorbenomeden gelde, dat ſcole vvi vn vorguden an anderme gelde dat vn nuge. Dat vvi deſe vorbeſcreuen ſtucke &c. *Thuge* ſint her Altman Vſe *camermeyſter*, her Heinrich von Yſel; ſuden Vſe *marſchalk*, her Yan von *Buch*, vnd her *Bettekin* van Wiltberg vnſe *drozzen*. *Teſtes.* Deſe brif iſt geben tu *Spandowe* nach godes bort dritzenhundert iar in dem vif vnd drizzegeſten iar des dunreſtages na tvvelften. *Datum 1335.*

# NVM. LV.

ANno domini MCCCXXXVII. fer. IIII. poſt Iacobi

Iacobi. LVD. *dei gratia &c.* Veuiens ad nos honeſtus & diſcretus uir dominus *Marcwardus*, collegii ſiue *capituli* ſancti Nycolai *Stendal.* decanus, capellanus noſter dilectus nobis eorundem nomine, quod ipſis ipſorum iura, *priuilegia*, gratias, conceſſiones, libertates, immunitates & donationes quaſcunque per *magnificos principes marchiones Brandenburgenſes*, predeceſſores noſtros dilectos bone recordationis, datas conceſſas, data ſeu conceſſa, ex beniuolentie noſtre gratie confirmare, ratificare & approbare dignaremur, humiliter ſupplicauit. Cuius quidem iuſtis & rationabilibus petitionibus iuxta uota annuimus & duximus annuendum, ipſi *capitulo* & collegio predictis, ob diuine remunerationis reſpectum & ob ſingularem, quem ipſis geſſimus & gerimus, fauorem. *Confirmamus*, *ratificamus* & *approbamus* omnia iura, *priuilegia*, gratias, conceſſiones, libertates, immunitates & donationes per *magnificos principes marchiones Brandenburgenſes*, predeceſſores noſtros dilectos, ut premittitur, etiam per nos rite datas conceſſas, data ſeu conceſſa, preſentium *teſtimonio literarum*. Recipientes inſuper Capitulum & collegium prenotatum, cum rebus bonis & pertinentiis ipſorum uniuerſis, in noſtre *tuitionis* & *defenſionis* preſidium ſingulare, ſic quod ipſa a *turbationibus* & *inuaſionibus* illicitis pro ipſorum iure confouere uolumus & efficere prout poterimus confoueri. In cuius &c. *Teſtes*, dominus Io. de *Buch*, Io. *Huſener* prepoſitus, Gervvinus de *Bernaw*, Thidericus de *Zickow*, Haſſo de *Wedel*.

*Confirmatio* priuilegiorum *cappituli ſancti Nycolai Eccleſiae* Stendalenſis.

*Conceſſorum a magnificis principibus praedeceſſoribus.*

*Promiſſa* protectione *ſingulari.*

*Teſtes.*

## NVM. LVI.

*Inueſtitura de* Oſter-holz, *cum iudicio ſupremo & infimo.*

ANno domini MCCCXXXVII. quarta feria poſt Iacobi apoſtoli. Contulimus & preſentibus conferimus ſtrenuo uiro Hermanno de *Swerzenholze* ſuisque ueris legitimis heredibus curiam dictam *Oſterholze*, cum *ſupremo* & *infimo iudicio*, nec non cum ſingulis & uniuerſis ceteris ſuis *ſeruitio dextrarii* & *pheode* caſtrenſi duntaxat exceptis eo modo, forma, iure, *conſwetudine*, quibus ipſam curiam ſtrenuus uir, Gerhardus de *Arnburg*, tenuit & poſſedit quiete & pacifice poſſidendam. Annuimus enim, quod idem Gerhardus de *Arnburg* dictum *dextrarii ſeruicium* & *pheodum caſtrenſe*, ſuper dicta curia habitum ſuper uillam & curiam dictam *Storkowe* tranſpoſuit & tranſtulit, ſicut nos de dicta uilla & curia ſeruire tenetur, ſicuti prius de priori curia tenebatur. In cuius &c. Teſtes.

*Seruitio* dextrarii & feudo *caſtrenſi.*

*De loco in alium translato.*

## NVM. LVII.

*Collatio LXX. fruſtorum annuorum redituum in* theoloneo Snakenburg *domino Io. de* Buch & *Tydrico de* Kyrkowe. *an. 1337.*

ANno domini MCCCXXXVII. in octaua beati Iacobi apoſtoli. LVD. Contulimus & preſentibus conferimus ſtrenuis uiris domino Io. de *Buch*, *capitaneo* noſtro dilecto, nec non Dyterico de *Kirkow* generi ſuo, nec non ipſorum ueris legitimis heredibus, fidelibus noſtris, dilectis in *theoloneo* noſtro *Snakenborg*, ſeptuaginta fruſta denariorum *brandenb.* in uilla dicta *Welle*, ſedecim fruſta denariorum brandinb. annue penſionis ſine impedimento quiete & pacifice poſſidenda. Debebimus etiam & uolumus domino Ioh de *Buch* & dicto de *Kirkowe* ipſorumque ueris heredibus predictis, defectum, ſi quem in predicto *teheloneo* paterentur

in

in ceteris noſtris *munitionibus* & *reddituum* deriuationibus dum petierint integraliter reſtaurare. Damus etiam ipſis idipſum *theolonium* ex quo in loco conſvveto uidelicet *Snakenburg*, caute & tute recipi non poterit, nec colligi ad alium competentem nobis & ipſis locum tranſponendi liberam facultatem. In cuius &c.

## NVM. LVIII.

*Licentia data fratribus* Auguſtinenſibus *ad cogendum nouum conuentum in ciuitate* Saltvvedel.

LVD. &c. Vniuerſis preſentia uiſuris ſalutem in Domino & non teſtante Apoſtolo, qui parce ſeminat, parce etiam metet & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus etiam metet uitam eternam. Nos ergo ob ſpem remunerationis eterne animeque noſtre nec non progenitorum heredumque noſtrorum animarum ſalutem diuini cultum officii in *terrarum noſtrarum* dominio ampliare ſalubriter cupientes pro nobis *heredibus* & ſucceſſoribus noſtris religioſis uiris fratribus ordinis *heremitarum* ſancti *Auguſtini* concedimus licenciam & aſſenſum: ut in opido noſtro *Saltwedel* in ſitu & area ipſis competenti, prout eam potuerint comparare, *Nouam domum* ſeu *conuentum* predicti ordinis recipere & conſtruere ualeant ibique libere hereditare. Vtentes quemadmodum in aliis ciuitatibus uel opidis in quibus hinc ante dicti fratres omnibus gratiis & *priuilegiis* ac immunitatibus tam a ſede *apoſtolica*, quam *principibus* eisdem fratribus indultis prius & conſvvetis. Datum *Iericho*, anno domini M CCC XXXVI. feria III. poſt diem beati Iacobi apoſtoli. *Datum 1336.*

## NVM. LIX.

*Ratificatio cuiusdam collationis*

NOuerint &c. Quod nos Lud. &c. Approbauimus, ratificauimus, approbamus, ratificamus,

*facta per ducem* Brunſwicenſem *ciuibus in* Stendal, *nobilibus de Luton.*

mus preſentibus & laudamus collationem per *magnificum principem* OTTONEM, *ducem Brunſwicenſem*, auunculum noſtrum dilectum, factam diſcretis uiris *Rulkoni*, *Merſoni* & *Ekloni*, dictis de *Luton* fratribus ipſorumque ueris heredibus ciuitatis Stendal *ciuibus*, ſuper ſex fruſtis cum dimidio in uilla dicta *Lutken Swarceloſe* cum ſingulis & uniuerſis ipſorum pertinentiis, perpetue quiete & pacifice poſſidendis. Volentes ipſam collationem ſub modis forma & conditionibus, prout per ipſum ducem *Ottonem*, auunculum noſtrum dilectum, primum facta ratam tenere pariter atque gratam. In cuius &c. *Teſtes*, D. Io. de *Buch*, A. Pincerna *Bambrecht*. *Datum* anno domini MCCCXXXVII. in craſtino exaltationis ſancte crucis.

*Teſtes. Datum 1337.*

## NVM. LX.

*Appropriatio curie in uilla* Ghor *cum tribus manſis, ciuibus in* Stendal *nobilibus.*

IN nomine Domini &c. Vt ea que ſub tempore &c. Hinc eſt quod nos LVD. &c. Quod diſcretis uiris Henrico dicto *iungere*, *Menzkino* eius genero eorumque ueris heredibus & legitimis ciuibus de *Stendal*, fidelibus noſtris dilectis *curiam* cum tribus manſis in uilla *Gor*, quam cum dictis tribus manſis ab illis de *Ghor* per pecuniam propriam rationabiliter comparauerunt & emerunt, damus & *appropriamus* cum omni iure proprietate ſummo atque ymo cum omni *ſeruitio* quocunque nomine confecta cum omni precaria omnique *decima maiori* ac *minuta* ſine omni periculo ac impedimento perpetuis temporibus pacifice poſſidendam. Damus dictam curiam cum prenominatis tribus manſis ob animarum ſuarum ſalutem *eccleſiaſticis* & diuinis cultibus uolumus applicare. *Renunciamus* etiam pro nobis

nobis ac noſtris ſucceſſoribus in bonis ſupradictis omni iuri, actioni & impetitioni nobiſque nunc competentibus uel que nobis in eisdem competere poſſent aliqualiter in futurum. In cuius &c. *Teſtes* Altmannus de *Deygenberge*, Iohannes *Huſener*, camere noſtre magiſter milites Wolf. Io. plebanus in *Kungelsberg*, Nyc. Oldan ciuis in *Premzla*, Adam ciuis in *Poſwalc*, cum ceteris pluribus fide dignis. *Datum* Vrankenuurt, anno domini M CCC XXXVIII. in die beati Kyliani martiris.

*Teſtes.*

*Datum 1338.*

## NVM. LXI.

IN nomine domini &c. Vt ea que ſub tempore &c. Hinc eſt quod nos *Lud.* &c. Quod, diuine remunerationis intuitu, ac predeceſſorum noſtrorum animarum ob reſpectum deuotis in Chriſto perſonis nobis dilectis ſanctimonialibus clauſtri *Nyendorp*, bona infra ſcripta uidelicet *curiam* cum quatuor *manſis* in uilla *Bodingen* cum propria pecunia rationaliter comparauerunt & emerunt, damus & appropriamus cum omni iure *proprietate* ſummo atque *ymo* cum omni *ſeruitio* quocunque nomine cenſeatur, cum omni *precaria* omnique *decima maiori* ac *minuta* ſine omni periculo ac impedimento, ſicut in priori priuilegio *regiſtratum*. *Teſtes* eidem ſunt in predicto. Datum in *Suſin* in die Odalrici.

*Appropriatio curie cum quatuor manſis in uilla* Bodingen *ſanctimonialibus in* Nyendorp.

*Teſtes.*

## NVM. LXII.

NOuerint &c. Quod in *noſtri* ac *teſtium* infra ſcriptorum preſentia ſub anno domini M CCC XXXVIII. feria V. proxima poſt feſtum Natiuitatis Marie in ciuitate noſtra *Eterswald* honeſtus miles dominus Io. de *Buch*, *Capitaneus* noſter

*Computatio rationum Iohannis de* Buch *facta in* Oterswald *an. 1338.*

ſter dilectus, conſtitutus de omnibus expoſitis & perceptis per eundem ſpecialiter autem de *quadringentis* & *quadraginta duabus marcis brandinb. argenti & ponderis*, quas uti noſtre conſtat noticie percepit & de percepto *theoloneo in Snakenborc*, cuius ſumma ad *quadringentas* & XXV. marcas argenti parati ſe extendit, nobis iuxta legitime computationis debitum fecerat rationem. *Remanſimus* ſiquidem & preſentibus remanemus ſibi & ſuis ueris heredibus, ſi ſibi per nos ſatisfactum non fuerit, ultra omnia percepta & expoſita per totum noſtrum *dominium* a die, quo ipſum in noſtrum conſtituimus *capitaneum* in *mille* & *ducentis* & XXXIII. marcis argenti ſepe dicti & *ponderis* & ſpecialiter in LX. marcis argenti pretacti & CXL. *talentis* denariorum *Brand.* obligati. Summa tamen pecunie, pro qua ſibi noſtre *munitiones*, ſciente domino noſtro *Imperatore*, progenitore noſtro ſiſtunt obligate non diminuta. *Teſtes* huius prepoſitus *Bernowenſis* Yſoltfuder, Beringerus *Heylo*, *Huſener*, *Bombrecht*, Tylo *Rutenic*, Henricus *Sparro* milites, Io. *plebanus* in Kungeſeis, Haſſo de *Wedel*, Ty Brederlo, S. Wolf, *Ny Quitzowe*, Arn *Graber conſiliarii* & *officiarii* noſtri dilecti fideles. In cuius &c. Datum anno die loco prenarratis.

*442. marcis*

*pro Snakenb. teloneo 425. marcis.*

*Reſtante obligatione* principali *1233. marcar. & oppignorator. Caeſaris conſenſu.*

Teſtes.

*Conſiliarii & officicati poſt nobiles militis.*

## NVM. LXIII.

WIr LVDOWIC &c. Bekennen in diſem gegenwerdegen Briue, dat wi haben gnomen tu *geſinde* vnd in vnſe *beſchirmunge* di erbern lute di heyte von dem *Knyſebecke*, vnd wollen ſi *vordeydingen* wider alle di ſi vor unrechten wollen, ſonderlich wider vnſern *Omen*, *Herzogen* OTTEN *von Luneburg*, des ſolen ſi vns wider helpen mit allen

*Foedus cum* KNESEBEKIIS *aduerſus* Ottonem D. BRVNSVICENSEM.

len iren *Sloten* vnd *veſten*, die ſi haben wider alle di vns hindern wollen, ſunderlich alleyne wider den vorbenomden *Herzogen* von *Luneborg* vnſirm *Omen*. Vnd ſi ſcholen ouch tyn mit vns vur eyn hus, da ſcholen wi tu ſenden ten man mit *helmen* vnd XL. mit *gleiuen*, wes die vor dem huſe bedoruen an ſpiſe, dat ſcolen en di von *Knyſebecke* ſchapen, ſwes ſi den den werden neymen an *roue* oder an *digniſſe* dat ſcolen ſi vns halue abſtan an der koſt ſwat dar ober lopet, da ſtet in vor vnſe *hoptman*, her *Jan* von *Buch*, dat wi en dat gutlic willen gelden. Gene vns got *englucke* dat wi dat *hus* gewinnen, dat ſcoldin wi *halue* vnd Sie halue beſitzen, dat ſolde wi vn vnd ſi vns glicke *burcgude* dun als eyn herre ſinen *mannen* vnd eyn *man ſinen rechten herren*. Diſer dinge Tuge ſint her Jan von *Buch*, vnd Otte der *elder* herre tu *Ylburg*, der von *Yſeltfriden*, Jo. *Huſener* vnſe kammermeyſter, *Bonbrecht* ſchenke, Beringer Heyle *Ritter*. In cuius &c. *Datum* TEMPLIN anno domini M CCC XXXVIII. dom. die ante natiuitatem beate Marie uirginis.

*Cum lege & ratione militari.*

## NVM. LXIV.

WIr LVDOWIG &c. bekennen vnd betugen an diſem oppen brife vor alle den, di diſen brif ſeyhen ader horen, dat wi dat gut dar wi mit dem duchtegen riddere, her Erenbrechte von *Rincdorpe* vm krigenten dat ſint neygende halp ſtucke *geldes* in dem dorpe to *Getlinge*, andere bede dem vorgenanten *riddere* vnd ſinen rechten erfen, heiben gelaten vnd laten an diſem brife, alſo dat wi ader vnſe *erfen* vnd ouch vnſe *nachkomelinge* dat vorgeſproche gut von dem vorgenanten *riddere* ader von ſinen erfen mogen *loſen*

*Dimiſſio IX fruſtorum reddituum Ernberto de* Ryncdorp *in* Getlingen.

*Qui* eques, *riddere.*

*ſen* vor *fechtich* margk, alſo wenne wie on dat gelt geyſen, ſo ſal dat gut vnſe ſi, di ſeluen macht ſullen ouch vſe nackomelinge genclichen heiben. Datum *Witſtok* anno domini M CCC XXXVII. die Stephani prothomartiris.

*VVitſtok 1337.*

## NVM. LXV.

*Translatio ſacri collegii de* Boſter *ad ciuitatem* Sehuſen *1337.*

IN nomine domini amen. LVD. &c. Singulis & uniuerſis &c. Honorabilibus & *deodicatis* ſummo creatori continuatis uicibus obſeruantibus perſonis beneficio munimenti ſiue firmatis deſtitutis eccleſie cuius *dampna* grauiſſima poſſent incidere - - capitalemque egeſtatis inopie lapſum illabi, quod exinde *minorari* & *annullari* poſſet ſeruitus altiſſimi genitoris tenebitur ſollicitudo gubernantis principatum principis his de loco munito & tuto in quo ſaluis & conſeruatis rebus ipſorum altiſſimo famulari continue ualeant ſalubriter prouidere. Sane cum collegium & capitulum ſancti *Nycolai* in *Boſter* iam dudum anteactis temporibus a fundationis ſue hora in *campi planitie* in locoque non munito per bone recordationis fundatores ipſius, debitos pia deuotione motos fundatum ſit pariter & dotatum, eoque talia perpeſſum eſt *nocumenta* & *dampna* grauia, quod exinde uerebatur omnipotenti domino diuinum ad exhibendum obſequium, deperire. *Damus*, *donauimus*, dedimus & conceſſimus ex beniuolentia mentis noſtre dicti collegii & capituli, *prelatis* & *canonicis deuotis noſtris dilectis*, idipſum collegium & capitulum de dicto loco *Boſter* ad ciuitatem noſtram *Sehuſen*, ſine quolibet impedimento *tranſponendi* & *transferendi* liberam & plenariam facultatem. Volentes, ipſos prelatos, canonicos, uicarios & *prebendales* in ipſa ciuitate ſin-

te ſingulis & uniuerſis iuribus, commodis, honoribus, priuilegiis, immunitatibus, libertatibus, gratiis & conceſſionibus, quibus in prenominato loco *Boſter* prediti fuerant & priuilegiati ſibi tamen, quod prelati & canonici preſentes & etiam ſuccedentes prediti circa & prope eccleſiam *parochialem* corporalem *reſidentiam* faciant libere gaudere poſſint adque frui, dummodo tamen canonicorum *reſidentia* ſine leſione ciuium fuerit & ſine nocumento prehabite ciuitatis. Transferentes etiam in collegium & capitulum predicta, ut eo frequentiorem noſtri heredum & ſucceſſorum noſtrorum habeant memoriam ſalutarem prepoſituram & eccleſiam ciuitatis noſtre predicte, quas ipſis ex certa noſtra ſcientia *incorporauimus* cum uniuerſis ipſarum pertinentiis *corporamus & appropriamus*, dum primum per deceſſum uel reſignationem honeſti uiri *domini* C. de *Buch*, nunc prepoſituram & eccleſiam predictas poſſidentis uacauerit perpetuis temporibus poſſidenda. Pro qua quidem prepoſiture & eccleſie prehabitarum incorporatione & appropriatione & etiam collegii & capituli premiſſorum translatione & transpoſitione. *Reſeruamus* nobis heredibus & ſucceſſoribus noſtris *preſentationem* & *collationem* omnium *prelaturarum dignitatum* & *prebendarum* collegii & capituli ſepe habitorum ſine prelatorum & canonicorum *preſentium* & *ſuccedentium* contradictione. Sic quod nos heredes uel ſucceſſores noſtri habemus & habebunt ipſas prelaturas dignitates & prebendas debito *uacationis* tempore manu conferre & ad eas perpetuis temporibus dum uacauerint preſentare omnimodam & liberam facultatem. In cuius &c. *Teſtes* Buch, *Zippelingen*, H. *Aluensleben* milites Otto de *Yl-*

*Reſeruato principibus iure* CONFERENDI praelaturas, dignitates, praebendas.

*Teſtes.*

*Seebuſen 1337.*

*burg* prepoſitus de *Bernowe* &c. *Datum* in ciuitate predicta anno domini M CCC XXXVII. in die beati Gally.

## NVM. LXVI.

*Collatio VIII fruſtorum in uilla* Arnsberg *Ny. & Rulkino de* BYSMARCK, *ciuibus nobilibus in* Stendal. *Precaria.*

*Saluo iure reluendi.*

NOuerint &c. Quod nos LVD. &c. Tenebimur debemus & uolumus diſcretis uiris Nycolao & Rulekino fratribus dictis *Byſmark*, ciuitatis noſtre *Steindal* ciuibus fidelibus noſtris dilectis conferre in cenſu de *precaria* uille dicte *Arnsberg* octo fruſta cum dimidio annue penſionis, dum primum dictorum reddituum collatio ad nos per *magnifici principis* OTTONIS *ducis Brunſwicenſis ſororii noſtri kariſſimi* deceſſum deuoluta fuerit quiete & pacifice poſſidenda. Reſeruata tamen nobis heredibus & ſucceſſoribus noſtris dum uolumus uel uoluerint dictos redditus pro octuaginta marcis argenti minus duabis marcis *redimendi* plenaria facultate. In cuius &c.

## NVM. LXVII.

*Venia aetatis conceſſa an. 1339. impuberi, Ioan. de* Buch.

*uirtute* principis *propria*; *non aliena* imperatoris.

LVD &c. ſingulis & uniuerſis &c. Beniuolentia noſtra *principis* poterit ſi decreuerit prolem *impuberem* nondum *etatis debite* exiſtentem habilitare *defectumque etatis* ſue ſupplere & adeo habilem facere ac ſi ad annos ſue diſcretionis omnimode perueniſſet. Sane cum *Iohannes* filius nobilis uiri Iohannis de *Buch* capitanei noſtri *generalis* dilecti *impuber* & *minor annis* exiſtens ſibi cum inſtantia defectum etatis ſue per nos requiſierit *adimpleri*, ipſius requiſitionibus inſtantibus annuimus iuxta uota premiſſum defectum ſibi ex *mera beniuolentia auctoritate* & conſenſu *sereniſſimi domini domini* LVDOWICI *Romani Imperatoris patris noſtri kariſſimi* & etiam *uirtute propria* ſupplemus

plemus & habilitamus eundem ad omnes actus faciendos ac ſi maturo & *debito etatis ſpatio potiretur*. Ita quod ſit ſui iuris & quod neque ſub noſtra neque ſuorum agnatorum *tutela* ſupponatur *inuitus*. Volentes etiam quod milites & militares ceterique quicunque ab ipſo domino Iohanne de *Buch* predicto *infeodati* & *feoda* habentes, ſi eundem dominum Iohannem de *Buch* decedere, quod abſit contigerit, ſtatim *feoda ſua* ab ipſo *Iohanne* filio ſuo recipiant & teneant ſibique tamquam domino ſuo fideliter obediant & intendant. Debemus etiam ab ipſo *Iohanne* ſuisque fratribus, ſi quos habuerit, ſi dominus Iohannes ipſius progenitor, quod abſit deceſſerit, *munitiones*, *caſtra & bona quecunque* ſibi per nos & noſtro nomine obligata reemere dum uolumus pro ſumma & quantitate in literis ſuis contentis & ſecundum continentiam earundem. Si uero ipſe Iohannes fratribus non derelictis decederet, ex tunc a *filiabus* ipſius domini Iohannis caſtra munitiones & bona predicta *reemere* poterimus dum uoluerimus heredesque & ſucceſſores noſtri poterunt, dum uoluerint, pro quantitate in ipſarum literis contenta qualem etiam prerogatiuam cum fratribus ſi quos habuerint in proprietate predicti domini Iohannis contra *ſorores* erogamus, contradictione qualibet quieſcente. Contulimus etiam ſibi ſuisque ueris heredibus & preſentibus conferimus *mericam* dictam uulgariter *dy lutege heyde* cum ſingulis ſuis pertinentiis & diſtinctionibus, que de *foſſato* uſque ad *litus* aque dicte *Tanger* procedunt & a nemore *Tanger* usque ad *Albiam* diriguntur, quam etiam pro CCC. marcis argenti *Brandenb.* reemere poterimus ab ipſo uel ſuis heredibus quibuscunque per

*Effectus huius ueniae: in feudis, militia, rebusque aliis.*

modum ſuperius expreſſum heredesque & ſucceſſores noſtri poterunt, dum de ipſorum fuerit beneplacito uoluntatis. Reſeruamus tamen nobis nemus *Tanger ſclauicalemque uillam* dictam *Schelderp* cum ceteris bonis nunc in ipſa *merica* uacantibus & nobis pertinentibus & per deceſſum generoſi principis OTTONIS *ducis* BRVNSWICENSIS *auunculi noſtri kariſſimi* ad nos libere deuoluendis. Non debebit etiam nec poterit *deuolutio* predicta ſibi ſuisque heredibus natis uel naſcituris in bonis ipſius *merice* propriis uel *pheodalibus* ab ipſo procedentibus preiudicium uel nocumentum aliquod inducere uel inferre. Debebit etiam ſibi ſuisque heredibus edificia molendini, quod edificare intra muros ciuitatis *Wyttenberge* proponit *ſtructuramque* in caſtro ciuitatis ipſius euidenter factam exſolutionis & redemptionis tempore dum ipſam ciuitatem cum ſuis pertinentiis *reemere* uoluimus per *eſtimationem* proborum per nos utrobique aſſumendorum integraliter reſarcire. Debebit etiam dictus dominus *Iohannes* uel heredes ſui medietatem *theolonei* in *Snakenburg* tenere quousque ſumma mille marcarum argenti brandinb. in qua ſibi tenemur omnimode perſoluatur. Nolumus etiam deputationes, ſi que per nos fierent, uidelicet ſi alicui aliquam immediate partis nunc deputaremus quantitatem in ipſius parte quouis modo uel aliqualiter derogare. In cuius &c. *Teſtes* frater Henricus de *Zeyplingen*, Henricus *Ryſchach*, Beringerus Heylo, *Bombrecht* pincerna cum ceteris. *Datum Frankinuurt* anno domini MCCC XXXIX. feria IIII. ante diem Palmarum.

*Mortuo Brunſuic. D. aperta feuda March. Brand.*

*Reluitio:*

*VVyttenberg,*

*Snakenberg.*

*Teſtes.*

*Frankinfurt 1339.*

NVM.

# NVM. LXVIII.

LVDOWICVS &c. Honorabilibus uiris &c. prepoſito decano totique capitulo collegii in *Stendal* &c. Cum perſonis *eccleſiaſticis* pro ſalute fidelium altiſſimo iugiter miniſtrantibus defectum corporalem patientibus & maxime *collegiis nondum ſufficienter dotatis* teneatur ex debito ſollicitudo principis, ſub cuius *datione* ſiue *dominio* locata ſunt, decenter ut eo affectuoſius pro ſaluatione fundatorum benefacientium & fidelium deum dominum inuocare ualeant in neceſſariis condecentibus prouidere. Sane cum uos per *generoſum & magnificum principem* bone recordationis ALBERTVM *marchionem Brandenburgenſem* & per *nobilem uirum Henricum comitem de* GARDELEVE, minus ſufficienter dotati ſeu fundati ſitis ut uerius cognouimus, occaſione cuius chriſti poſſet ſeruitus ſi non caueretur ſubſidioſo remedio minorari uobis preſentibus & etiam ſuccedentibus ex beniuolentia mentis noſtre ſingularis defectum eundem ob perpetuam bone recordationis *Marchionum Brandenburgenſium predeceſſorum noſtrorum*, nec non heredum & ſucceſſorum noſtrorum memoriam gratioſe ſupplere uolentes, uobis & uniuerſis ueſtris ſucceſſoribus, animo deliberato, maturoque prehabito *conſilio damus*, *donamus*, *appropriauimus* & preſentibus *appropriamus* Eccleſias *parochiales* ciuitatum noſtrarum uidelicet *Prizwalc*, *Kyritz* & *Arnburg* cum ſingulis & uniuerſis ipſarum pertinentiis, iuribus, honoribus, libertatibus, uſufructibus & commodis quibuscunque ad ipſas ex debito uel ex conſwetudine pertinentibus ſine impedimento & impetitione qualibet tenendas, habendas & pacifice perpetue poſſidendas. Confirmamus etiam appro-

*Appropriatio eccleſiarum* Kyritz, Prizwalk *&* Arnburg, *facta Capitulo in* Stendal.

*Datio ſ. dominium.*

*Dos* ALBERTI M. Brand. *& Com. de* GARDELEVE

*Marchio* parochias *tribuit plures capitulo* Stendalienſi

approbamus & ratificamus, gratiam dationem & appropriationem rite uobis per predeceſſores noſtros *marchiones Brandenburgenſes* felicis memorie *Eccleſie parochiali ciuitatis noſtre Tangermunde* & altaris ſancti Martini in Eccleſia collegii ueſtri ſiti factam dummodo ipſa eccleſia una cum altari predicto ſub conditionibus Eccleſiarum ſuperius remaneat expreſſarum. Renunciantes pro nobis heredibus & ſucceſſoribus noſtris omni *actioni* & *iuri*, quod robis circa premiſſas *eccleſias* & ipſum *altare* cum ipſarum & ipſius pertinentiis, hactenus conpetebat id ipſum in uos & ſucceſſores ueſtros uniuerſos omnimode & libere transferendo. Tali tamen conditione interpoſita uel adiecta. Quod nos heredes & ſucceſſores noſtri habebimus & habebunt ſine omni ueſtra contradictione & oppoſitione ſingulas & uniuerſas *prelaturas dignitates & prebendas* dicti ueſtri collegii, qualitercunque nominatas decanatu uero ſub conditione prout ſequitur duntaxat excepto ſue uacationis tempore conferendi de manu perſonis ydoneis porrigendi perpetue plenariam & liberam facultatem. Annuimus etiam uobis ex beneficio fauoris ſingularis. Quod cum *decanatus* eccleſie ueſtre uacuerit, quod uniformiter uel *maior* & *ſanior* pars ex uobis ſub iuramento ſuper eo preſtito de perſona *diſcretiori & conpetentiori eccleſie intra quindene ſpatium* uidere ad noſtramque *preſentiam* deferre ualeatis. Ex tunc cognita ipſius diſcretione ad ipſam dignitatem decanatus cum ſollempnitatibus conſwetis & debitis ſi que adhibende ſunt perſonam ad nos per uos delatam tenemur & uolumus preſentare. Quod ſi infra dictam *quindenam* per uos non fieret, tunc ſine ueſtri contradictione uobis perſonam ydoneam

*Tangermunden.*

*Iure conferendi* praelaturas *ſaluo* marchionibus BRAND.

*Decanatu a maiori parte collato.*

*Praeſente marchione formula* iuriſiurandi.

am ad dictum *decanatum* cui obedientiam ut moris eſt facere debebitis, debebimus & poterimus pro noſtre uoluntatis beneplacito *preſentare*. Transferentes etiam omnia ſuperius expreſſa ad nos ſpectantia in noſtros heredes & ſucceſſores ad ipſos uolumus deriuari. In cuius &c. *Teſtes* frater Henricus *Zcypplingen*, *Beringerus Heylo*, *Bombrecht* pincerna cum ceteris. Datum *Frankinuurth* anno domini M CCC XXXVIII. in die conuerſionis ſancti Pauli.

*Iure deuolutionis ſaluo.*

*Teſtes.*

*Frankinu. 1338.*

## NVM. LXIX.

ANno domini M CCC XXXVII. in die beati Viti. LVD. &c. In reſtaurum & recompenſam octuaginta ſex fruſtorum nobis per ſtrenuum uirum dictum de *Kyrchowe* dilectum noſtrum fidelem ad partem caſtri *Bezenburg*, quondam ſui nobis datorum & preſentatorum ſibi ſtrenuoque militi domino Iohanni de *Buch* capitaneo noſtro dilecto ipſorumque heredibus legitimis contulimus & conferimus XVI. fruſta in precaria uille dicte Welle & in theoloneo noſtro Snakenburg ſeptuaginta fruſta annuorum reddituum, uaſallagium quoque ſtrenuorum uirorum Henrici militis dicti *Zillink* ſuper XXX. fruſtis & ſeruitio de *Redigdſtorp*, ſuper XXXII. fruſtis & *ſeruitio* quod ipſis in *recompenſam* ſimilis *uaſallagii* nobis ad dictam partem caſtri prenotati damus, concedimus & preſentibus deputamus. Nunciantes predictos de fidelitate nobis occaſione dictorum bonorum *feodalium* debita omnimode ſolutos ipſam in predictum Dytericum de *Kirchowe*, dominum Iohannem de *Buch*, ipſorumque heredes, ex mera noſtre mentis beniuolentia transferendo. In cuius &c. Teſtes *Buch*, *Guſſo*, *Haſſo*, Otto *Ylburg*, Her-

*Collatio XVI. fruſtorum in uilla* Welle *Dyterico de* Kerkow & *domino Io. de* Buch.

*Teſtes.*

Hermannus *Brantzo* cum ceteris. *Reemptio* que tacta fuiſſe debuiſſet non eſt tacta.

## NVM. LXX.

*Super III medio manſo in uilla* Odenthun *C. dicto* Flegel.

ANno domini MCCCXXXVII. in craſtino ſancti Viti. Contulimus & preſentibus conferimus *ſtrenuo* uiro Conrado dicto *Flegel* dilecto noſtro fideli tertium medium manſum in uilla *Odenthun* dicta cum ipſorum pertinentiis, ſic quod nobis de eisdem obſequi debebit, prout ceteri noſtri uaſalli & ſubditi bona ſua *deſeruire* conſweuerunr perpetue & pacifice poſſidenda. In cuius &c. *Teſtes Buch*, *Guſſo*, *Otto Ylburg* cum ceteris.

## NVM. LXXI.

*Collatio uille* Warburg - - - *dictu* Heken *fratribus ciuibus in Stendal.*

*Coniuncta manus.*

*Ciues nobiles in* Stendal.

*Feudale ſeruitium* 1) dextrarii. 2) curruum.

NOuerint &c. Quod nos LVD. &c. Contulimus & preſentibus conferimus inſolidum & ad *manum coniunctam* diſcretis uiris Gerekino, Iohanni Heynoni, Bertoldo & Eckehardo fratribus quondam Heynonis *Heken* nobis dilecti bone recordationis *filiis* ipſorumque ueris & legitimis heredibus ciuitatis *Stendal ciuibus* fidelibus noſtris dilectis *iuſti feodi* titulo uillam dictam WARBVRG, prope ciuitatem *Stendal* predictam ſitam cum omni iure commodo utilitate, libertate & gratia ad hanc ex debito uel ex iure pertinentibus cum *paſcuis*, *pratis*, *cenſu*, *agris*, *lignis*, *decima minuta*, *iure patronatus* eccleſie *ſuperiori* & *inferiori iudicio* cum *precaria* tam *denariorum* quam *frumenti* absque quolibet *dextrarii* & *curruum ſeruitio* cum uniuerſis ſuis diſtinctionibus & cum uniuerſis bonis *feodalibus* ſiue propriis que ad prenotatam uillam pertinent & debite pertinere conſweuerunt ab antiquo quiete pacifice & ſine

omni

omni inpedimento eo modo forma & conditione quibus prenotati ciues bona ſua *pheodalia* poſſidere ſunt ſoliti poſſidenda. In cuius TESTES Dux de *Tecka*, *Buch*, *Huſener*, *Bonbrecht*. DATVM Brandenb. anno domini M CCC XXX. nono in craſtino Margarete. *Teſtes: D. de Tek.* Brandeb. 1339.

## NVM. LXXII.

LVD, &c. Saluberrimum animarum remedium fore credimus deodicatis locis rerum ſubuentionibus utiliter intendere, ubi continua deuotius exhibentur & exhiberi poterint obſequia altiſſimo domino & omnium creatori. Sane cum nos iſta pia conſideratione moueamur & moti ſimus, ob dei laudem & glorioſe uirginis matris ſue honorem ob ſalutemque bone recordationis animarum predeceſſorum noſtrorum *marchionum Brandenb.* noſtri heredum & poſterorum noſtrorum ob perpetuamque memoriam ſtrenui uiri Alberti de *Molndorp* dilecti noſtri, per Beringerum de *Reydingsdorp* occiſum, appropriauimus & preſentibus appropriamus VII. fruſta annuorum redditiuum in cenſu manſorum uille dicte *tu dem ſchilde*, ſita altari in eccleſia uille *Lube*, per ſtrenuos uiros Beringerum & Gerkinum de *Reydigsdorp* nobis dilectos dotato & fundato ſibi quod in ea chriſti ſeruitus perpetuis exerceatur temporibus ob iugem memoriam ſtrenuorum uirorum *Gerkini* & *Beringeri* patrum dictorum de *Redigsdörp* dicti altaris fundatorum preſentium euidentia literarum. In cuius TESTES comes Guntherus de *Suuartzburg*, Io. de *Buch*, Io. *Huſener*, *Bombrecht* pincerna cum ceteris. Datum BERLIN anno domini M CCC XXXIX. feria II. poſt diem *Bonifacii* epiſcopi.

*Appropriatio VII. fruſtorum in cenſu manſorum uille* tu dem SCHILDE *an.* 1339.

*Moellendorf*

*Teſtes. Berlin.* 1339.

NVM.

## NVM. LXXIII.

*Super II. fruſtis in moneta Stendal.*

ANno domini MCCCXL. Contulimus & preſentibus conferimus diſcreto uiro *Lentzkino* Renchen ſuisque ueris & legitimis heredibus II. fruſta annue *decimationis* ſiue *penſionis* in moneta ciuitatis noſtre *Stendal*, perpetue quiete & pacifice poſſidenda. Approbamus etiam *collationem* per nos in eisdem redditibus ſibi tempore dum primum partes *marchie* uidelicet terre noſtre attingimus rite factam.

## NVM. LXXIV.

*Collatio uille* Magsdorp *conthorali Io. de* Buch *an. 1340.*

*in dotalitium.*

*cum uaſallatu, pheodis, militum, militarium.*

*Teſtes.*

NOuerint &c. Quod *nos* LVDOWICVS &c. Contulimus & preſentibus conferimus honeſte matrone *Mechtildi*, nobilis *uiri domini Iohan. de* BVCH *capitanei noſtri dilecti conthorali* legitime ueri & iuſti DOTALICII nomine uillam dictam *grozen Magsdorp* cum omni iure utilitate honore uſu commodo & gratia cum *iure patronatus* eccleſie & generaliter cum omnibus pertinentiis dicte uille ex debito uel ex iure pertinentiis *uaſallatu* & *pheodiis militum* & *militarium* duntaxat exceptis que predictus dominus *Io.* ipſe cum heredibus ſuis capacibus reſeruauit ſine inquietatione qualibet quoad uixerit pacifice poſſidenda. Confirmamus, ratificamus, approbamus & ratam habere & haberi uolumus, gratiam ſiue donationem prenominate *Mechthildi* in caſtro curia ſiue uilla dicta *Buch* ſub uniuerſis modis conditionibus & formis coram *generoſo principe* OTTONE *duci Brunſwicenſi* auunculo noſtro dilecto ſibi *factis uaſallatu* & *pheodiis* etiam exceptis ſine leſione qualibet etiam quoad uixerit obtinendam. In cuius &c. TESTES Guntherus de *Swarzburg*, Io. *Huſener*, Richardus de *Dame*, Beringerus *Helo*, Wil-

Wilhelmus *Bonbrecht* &c. Datum BERLIN anno domini MCCC quadrageſimo dominica, qua cantatur, circunderunt me.

Berlin 1340.

## NVM. LXXV.

LVDOWICVS &c. *Nobili uiro domino Io. de* BVCH ſincere ſibi dilecto, gratiam, ſ. & o. Ob fidei & puritatis in vobis compertam conſtantiam, vos heredesque veſtros cum caſtro & opido BVCH cum ipſorum debitis pertinentiis in noſtram recepimus& preſentibus recipimus *tuitionem* & *defenſionem* contra quoslibet illicitos veſtros *inuaſores* vobis inferre conantes violentiam ſeu iacturas. Volentes vos de predicta munitione ut premittitur pro *Iure veſtro* cuius plenam autoritatem & poſſe nobis reſeruamus & habere uolumus contra ipſos inuaſores quoslibet indebitos fideliter defenſare. Debebit etiam idipſum caſtrum cum opido vt preſcriptum eſt nobis & *officiatis noſtris* in ſingulis noſtris neceſſitatibus quomodocunque euenientibus contra quemlibet hominem perſonam & perſonas cuiuscunque ſtatus uel conditionis fuerit *patere promptius* & patere. In cuius &c. *Teſtes* comes de *Swarzburg*, Henricus de *Riſchach*, Beringerus *Hele* cum ceteris. *Datum* TEMPLIN anno domini MCCC XL. feria ſexta ante dominicam qua cantatur Letare.

*Super* tuitione *opidi & caſtri* BVCH 1340.

*Teſtes.*

Templin 1340.

## NVM. LXXVI.

WIr LVDOWICH &c. bekennen &c. Wer daz kein *Rober* oder ken ander man vnſern Bürgern von *Sehuſen* icht neme waz daz were vnd wer der were vnd iageten ſi nach vnd der *ſlugen* ſi der keynen oder teten in anders keynen ſchaden daran ſolden ſi ken vns nicht getan ha-

Sehuſenſibus *data facultas inuaſores trucidandi.*

*Sine mulcta*

*Confertur iudicium ſupremum de* ROYZE *in villa* VNGELINGEN.

## NVM. CLI.

DOminus contulit caſtrum *Petzendorf* - - dictis de *Schulenborg*, cuius tota forma ſi neceſſe fuerit inuenitur in alio quaterno. *Teſtes* Wolfſtein, Swyker, Huſener, Hele, Pincerna, Altman cum ceteris. Datum *Parleberg* anno M CCCXLV. die circumciſionis domini.

PEZENDORF *Schulenburgiis oppigneratum.*

## NVM. CLII.

DOminus contulit villam STERNEKOWE & quoſdam alios redditus, que forma tota ſi neceſſe fuerit, inuenietur in alio quaterno. *Teſtes* vt proxime ſupra. Datum loco anno vt proxime ſupra feria III. poſt circumciſ. domini.

STERNEKOWE.

NVM.

## NVM. CLIII.

PEZENDORFF 1340.

COllatio caſtri PETZENDORF - - dictis de *Schulenburg* per Ducem de *Brunſwig* facta, que forma tota inuenietur ſi neceſſe fuerit in alio quaterno. Datum anno domini MCCCXL. feria VI. poſt circumciſionem eiusdem.

## NVM. CLIV.

*Iudicium ſupremum uillae* Teutonicalis. CHVDEN 1345.

DOminus contulit Erneſto de *Grabowe* iudicium ſupremum *ville theutonicalis Chuden* & *ſeruitium curruum* ſuper tribus curiis cum V. *coſſatis*. *Teſtes* Wolfſtein, Swyker, Huſener, Hele, pincerna cum ceteris. Datum anno M CCC XLV.

## NVM. CLV.

*Byſmargiis conceſſi* chori.

DOminus contulit Nycolao *Byſmarg*, *IIII.* *choros* ſiliginis in ciuitate *Tangermund* ſitos, pro quibus idem Nycolaus domino marchioni in XX. marcis argenti ſatisfecit. Datum *Perleberg* anno M CCCXLV. ſabbato circumciſionis domini.

*Perleberg* 1345.

## NVM. CLVI.

*Non eſt recepta.*

DOminus contulit Alberto de *Alueslewen* caſtrum & ciuitatem *Calue*, cuius tota forma ſi neceſſe fuerit inuenietur in alio quaterno. Datum *Berlyn* anno M CCC XLV. feria III. die conuerſionis ſancti Pauli.

## NVM. CLVII.

*Non eſt recepta.*

DOminus contulit eidem villam *Weſchern*, cum redditibus eiusdem ville ad XII. fruſta eſtimatis. Teſtes vt ſupra. Datum vt ſupra.

NVM.

## NVM. CLVIII.

DOminus contulit Cönekino de *Woltz*, Thydekino & Henningo fratribus, eiusdem patruis, nec non *Cöpkino* & *Konekino*, dictis de *Zyrowe* villam dictam *Woltz*, ſub omnibus, quibus pretacti eandem villam a duce *Brunſwicenſi* tenuerunt, in antea, pro quo domino in XVI. marcis argenti eſt per eosdem ſatisfactum. *Teſtes* Buch, Swyker, Aluesleuen, Ger. Wolf cum ceteris. Actum *Stendal*. Datum vero Bezkowe, anno predicto feria VI. ante Inuocauit. *Villa* Wolz *conceſſa.*

## NVM. CLIX.

DOminus contulit Cönekino, Nycolao, Heinrico & Cönekino, dictis *Haken* precariam duorum manſorum in villa *Gor* & in villa *Byſſewolde* duo fruſta cum II. & dimid. annuorum reddituum &c. Pro quo domino marchioni in XXIII. marcis eſt ſatisfactum. Teſtes & datum vt ſupra. *Precariae in* Gor.

## NVM. CLX.

COllatio vnius fruſti in villa *Ermenſtorph* ſiti Friderico de *Rennebek*. In cuius &c. Teſtes & datum vt ſupra. *Ermenſtorff.*

## NVM. CLXI.

COllatio *precarie* villarum *Ryſtibbe* & *Schorne* annuis temporibus ad octo fruſta reddituum ſe extendentes & precariam dimid. manſi in curia ſua *Woldemade* ſiti &c. Pro qua collatione domino in XVI. marcis argenti eſt ſatisfactum. In cuius &c. Teſtes & datum vt ſupra. *Arnoldo dicto* Valenſcher *iuniori* Ryſtibbe, Schorne *uillae.*

NVM.

## NVM. CLXII.

*Otto* Inſel. *Gropeleuen*

DOminus contulit Ottoni *Inſel* vnum fruſtum cum quatuor *quartalibus fruſti* annuorum reddituum in *precaria* ville *Gropeleuen*. Pro quo domino marchioni in V. marcis argenti eſt ſatisfactum. Teſtes & datum vt ſupra.

## NVM. CLXIII.

*Gratia facta Thiloni de* RÖTZ *militi in uilla* Wittemor.

LVdowicus &c. Singulis &c. Veniens ad nos ſtrenuus miles *Thilo de* RÖTZ miles fidelis noſter dilectus, nobis vt ipſam villam *Wittemor* cum ſuis pertinentiis in antea a *capitulo eccleſie Hauilbergenſis* velud hactenus poſſedit, dignaremur poſſidere, ſtudioſius ſupplicauit. Ad cuius preces amicorum ſuorum fidelium nobis exhibitorum & inpoſterum exhibendorum conſideratione, noſtrum fauorem ſpecialem in hunc modum vt ſequitur adhibuimus, ſibi & ſuis veris & legittimis heredibus & preſentibus adhibemus, prenotatam *villam* cum ſingulis ſuis pertinentiis debitis ſub modis, iuribus conditionibus gratiis & honoribus quibus prenotate eccleſie capitulum a *magnificis principibus marchionibus Brandenburgenſibus bone recordationis* predeceſſoribus noſtris tenuit & poſſedit, velut ipſorum marchionum predictorum *priuilegiis & literis* ſibi ſuper eiusdem ville & pertinentiarum ſuarum iuribus datis probabiliter poterit edocere, deinceps ab eodem capitulo, eo iure & conditionibus vt premittitur quiete & pacifice poſſidenda. Volentes etiam prenotatum *Tylonem* & ſuos heredes circa premiſſe ville iura & pertinentias debitas, vt ſuperius exprimitur, gubernare, ſicuti vaſallos noſtros hereditarios, & tueri ſeu efficere fideliter gubernari.

nari. Actum *Perleberg*. Datum vero *Steindal* anno M CCC XLV. feria V. poſt Epiphaniam. *Actum* Perlebergae *Datum* Stendaliae 1345.

## NVM. CLXIV.

LVdowicus &c. Diſcretis viris villam *Kokede* immorantibus, preſentibus & futuris, fidelibus & dilectis, gratiam ſalutem & omne bonum. Vt pratum de nemore *Tanger* exſtirpatum & eradicatum per magnificum *principem* OTTONEM *ducem Brunſwicenſem* bone recordationis propter ville in bono ſtatu conſeruantiam appoſitum ab eodem *duce*, per vos *emptum*, comparatum ſub modis, iuribus diſtinctionibus ville veſtre legittime & probabiliter limitatum & diſtinctum a nobis in antea poſſitis quiete & pacifice poſſidere noſtrum fauorem ſingularem adhibuimus & preſentibus adhibemus, nunciantes vos de *XIIII. thalentis denariorum Brandenburgenſium*, nobis pro eo datis & perſolutis quibus preſentibus noſtrarum teſtimonio literarum. *Datum* anno M CCCXLV. feria II. ante Fabiani & Sebaſtiani. *Gratia uille* Kokede *facta* 1345.

## NVM. CLXV.

ITem conſimilem formam habet villa *Huſelii* ſuper prato ſuo, ſed dedit domino marchioni XVI. talenta. Huſelii.

## NVM. CLXVI.

ITem villa paterna *Swartzeloſe* habet eandem formam ſuper prato ſuo, & dedit domino marchioni XVI. talenta. Svvarzelohe.

## NVM. CLXVII.

ITem villa *Bellinghen* eandem formam habet, ſed dedit domino XVI. talenta. Bellinghen.

NVM.

## NVM. CLXVIII.

Supplingen

IT. villa *Supplinghen* habet eandem formam, & dedit domino VII. talentas, denariorum brandenburgenſium.

## NVM. CLXIX.

*Appropriatio quorundam* fruſtorum *clauſtro* Niendorph, *Ord. Ciſtert. dioec. Halberſtad.*

NOuerint &c. Quod nos &c. Ob ſalutem & perhennem memoriam animarum *magnificorum principum marchionum Brandenburg.* bone recordationis predeceſſorum noſtrorum, noſtri heredum ac ſucceſſorum noſtrorum appropriauimus & appropriare decreuimus. Religioſis & deodicatis perſonis, - - *abbatiſſe* - - *prioriſſe* deuotis nobis dilectis totique conuentui ſanctimonialium clauſtri *Niendorph cyſtertienſis Ordinis, Halberſtatenſis Dyoceſ.* in villa *Greuenitz* XVIII fruſta annuorum reddituum cum ſupremo & infimo iudicio, que poſt deceſſum honeſte & religioſe puelle dicte de *Oſterburg*, ad idem clauſtrum deuolui debebunt. In villa *Molnbeke* IIII. talenta cum III. fruſtis denariorum brandenburgenſium. In villa *Odingeſtorp* IIII. fruſta cum ſupremo iudicio cum ſolidis denariorum vrespenninghe dictorum. In molendino ante ciuitatem *Oſterburg* ſito vnum lapidem cere & I. modium papaueris. In precaria ville *Staz* IIII. talenta denariorum brandenb. cum IX. modiis ſiliginis tot modiis ordei & XVII. modiis auene, & in molendino *ville* eiusdem V. ſolidos denariorum brandenb. In molendino ville *Bornitz* IIII. ſolidos & in villa *Dalem* XXVIII. ſolidos denariorum ſeruitiales dictorum eidem clauſtro prenotatos redditus perpetuis temporibus ſine impedimento quolibet quiete & pacifice pertinendos. Renunciantes

Greueniz.

Molnbek.

Odingeſtorp.

Staz.

Dalem.

ciantes pro nobis heredibus & ſucceſſoribus noſtris omni iuri ac impetitioni que nobis in premiſſis conpetebant vel conpetere poſſent aliqualiter in futurum. Pro qua renunciatione & reddituum appropriatione nobis pretacti clauſtri prepoſitus *in C. & XV. marcis argenti Stendalenſis* integraliter ſatisfecit. In cuius &c. Teſtes vt ſupra. Datum *Stendal* anno predicto feria V. die Fabiani & Sebaſtiani martirum beatorum. Teſtes.

## NVM. CLXX.

*Collatio facta Henningho de Linsted.*

NOuerint &c. Quod nos LVDOWICVS &c. contulimus &c. ſtrenuo viro Henrico de *Linſtede* fideli noſtro dilecto, ſuiſque veris & legittimis heredibus II. & dimid. fruſtum annuorum reddituum in precaria ville *Vintzkowe* ſita, ſub modis, iuribus, comoditatibus, conditionibus & honoribus quibus a magnifico principe *Ottone duce Brunſwicenſe* beate memorie prenotatos redditus hactenus tenuit & poſſedit a nobis in antea perpetuis temporibus quiete & pacifice poſſidenda. Pro quorum reddituum collatione nobis pretactus Henricus in V. marcis argenti Stendalenſis ponderis integraliter ſatisfecit. In cuius &c. *Teſtes* vt ſupra. Datum *Stendal* vt ſupra.

*Vinzkowe.*

## NVM. CLXXI.

*Collatio facta dicto Haken.*

NOuerint &c. Quod nos LVDOWICVS &c. Contulimus &c. Strenuo viro Nicolao *Haken* fideli noſtro dilecto ſuiſque &c. pratum circa paternam villam *Swartzeloſen* ſitum a magnifico principe duce *Ottone brunſwicenſe* bone recordationis olim conparatum, ſub modis, iuribus & diſtinctionibus debitis & probabilibus quibus ab eodem duce hactenus id ipſum pratum tenuit &

*Schwarzeloſen.*

poſſedit a nobis inantea perpetuis temporibus ſine inquietatione qualibet quiete & pacifice poſſidendum. Pro qua collatione nobis prenotatus in tribus marcis argenti *brandenburgenſis* integraliter ſatisfecit. In cuius &c. Teſtes. *Datum* vt ſupra. Sabbato poſt octauas Epiphanie domini.

Teſtes.

## NVM. CLXXII.

*Collatio* appropriationis *facte* DISTORP *coenobio S. Aug.*

NOuerint &c. Quod nos LVD. &c. Ob remedium & *ſalutiferam memoriam magnificorum principum marchionum Brandenburgenſium* bone recordationis predeceſſorum noſtrorum animarum, *noſtre*, *heredum* & *ſucceſſorum* noſtrorum, appropriauimus & appropriare decreuimus regilioſis & deodicatis perſonis ſanctimonialibus clauſtri DISTORP ordinis ſancti *Auguſtini Verdenſis* dyoceſis. In ſuprema villa *Griben* tres colonos ſeruitium annuatim clauſtro prenotato facientes. In villa *Eichorſt* vnum colonum dictum Iohan Rademan *ſeruitium* eidem clauſtro temporibus annuis facientem. In villa *Wusbotel* ſeruitium & aduocatiam ſita, ſingulis annis, iuribus noſtris in premiſſis nobis conpetentibus omnimode excluſis ſine inquietatione qualibet perpetuis temporibus tenenda quiete & pacifice pertinenda. Renunciantes &c. que nobis in premiſſis eo modo vt ſuperius exprimitur, conpetebant, vel conpetere poſſent aliqualiter in futurum. Pro qua *appropriatione* nobis eiuſdem clauſtri prepoſitus in X marcis argenti integraliter ſatisfecit. In cuius &c. Teſtes. *Datum* vt ſupra.

*Verdenſis dioeceſeos. Griben. Eichorſt. Wusbutel.*

## NVM. CLXXIII.

NOuerint &c, quod nos LVD. &c. Contulimus & pre-

& preſentibus conferimus Helmoldo & Iohanni patruis dictis *Crateken* meritorum ſuorum fideli- um nobis exhibitorum & in poſterum exhiben- dorum conſideratione ipſorumque veris & le- gittimis heredibus. In villa *Sclauicali Bodenſtete* tres marcas *Saltzwedelenſium denariorum* annuo- rum reddituum, annuatim ſuper feſto beati Mi- chahelis deriuandas & vnam vaccam ad duas mar- cas eorundem denariorum conputatam cum *equo pheodali* & in *precaria* annuis temporibus VII. ſ. denariorum *brandenb.* II. modios ſiliginis & ordei & tot auene, cum ſeruitio *curruum* & aliis *ſer- uitiis* debitis & conſwetis prenotata quelibet cum omni iure ſingulis annis ad quinque fruſta dum- taxat ſe extendentia, iuribus noſtris aliis in pre- miſſis nobis de iure ſpectantibus excluſis, ſine in- quietatione qualibet a nobis perpetuis temporibus quiete & pacifice poſſidendos. In cuius &c. *Te- ſtes.* *Datum* vt ſupra.

*Collatio dictis* CRATEKEN *facta.*

*Bodenſtet uilla* Slauicalis.

*equus* pheodalis.

## NVM. CLXXIV.

NOuerint &c. quod nos LVD. &c. Ob ſalutem & iugem memoriam *animarum magnifico- rum principum marchionum Brandenburgenſium bo- ne recordationis* predeceſſorum noſtrorum, no- ſtre, heredum & ſucceſſorum noſtrorum *appro- priauimus* & appropriare decreuimus. Religio- ſis & deodicatis perſonis ABBATISSE, *prioriſſe to- tique conuentui ſanctimonialium* CLAVSTRI DAM- BECK deuotis nobis dilectis, ordinis ſancti Bene- dicti *Verdenſis dyoceſis* ſupremum iudicium ville *Vnuelde* cum vacca ſingulis annis ſuper feſto be- ate Walpurgis danda, duas marcas denariorum *Saltzwedelenſis* valoris, XXVII. pullos tot *caſeos* cum X. ſexagenis lini, ſeruitium curruum & ce-

*Appropriatio clauſtro* Dambeck *facta Verdenſis dioeceſeos.*

*Vnuelde.*

tera diſtincte ville pertinentia perpetuis temporibus pertinenda ſine inquietatione qualibet & tenenda. Renunciantes &c. que nobis in premiſſis conpetebant uel conpetere poſſent aliqualiter in futurum. Pro quorum appropriatione & partium predictarum renunciatione nobis *prepoſitus* clauſtri prenotati in VIII. marcis argenti brandenb. integraliter ſatisfecit. In cuius &c. *Teſtes*. Datum vt ſupra.

## NVM. CLXXV.

*Collatio facta dicto de* Berghe *ſuisque fratribus ciuibus in* Gardeleue. *manu coniuncta.* Esſtede.

NOuerint &c. quod nos &c. Contulimus &c. diſcretis viris Walthero *Nyendorph* & ſuis fratribus Bertoldo de *Berghe* ſuiſque fratribus ciuibus ciuitatis *Gardeleue* fidelibus noſtris dilectis *manu coniuncta* ipſorumque veris &c. In villa *Esſtede* ſupremum iudicium & infimum in campis & metis *ville* cum iure patronatus ville eiusdem, que hactenus a magnifico principe *Ottone duce Brunſwicenſi* nomine *pignoris* tenuerunt a nobis in antea iuſto *pheodi titulo* perpetuis temporibus ſine inquietatione qualibet quiete & pacifice poſſidenda. Pro qua quidem collatione nobis per prenotatos in XX. marcis argenti *brandenb.* integraliter eſt ſatisfactum. In cuius &c. Teſtes. Datum vt ſupra.

## NVM. CLXXVI.

*Collatio facta dictis* DVRINGHEN *Canweliz.*

NOuerint &c. quod nos Lud. &c. Contulimus &c. Strenuis viris Bertoldo & Criſtiano fratribus dictis DVRINGHEN ipſorumque veris & legittimis heredibus. In precaria ville *Canwelitz* in denariis & frumento annuis temporibus VII. fruſta annuorum redadituum facientia, ſic vt nobis heredibus & ſucceſſoribus noſtris de

eisdem

eiſdem redditibus vnus eorum vicibus oportunis quocunque tempore & quantumque ab ipſis requiſierimus & per *officiatos* noſtros noſtri nomine requiri procurabimus cum *dextrario vno* & *armis ſuis* debitis cúm galea decenter expeditus noſtris obſequiis fideliter ſine contradictione qualibet promptuenter & preſentibus conferimus ſine impedimento quolibet perpetuis temporibus quiete & pacifice poſſidenda. In cuius &c. *Teſtes.* Datum vt ſupra dominica poſt octauas Epiphanie.

*Ius* DEXTRARII *cum* ARMIS.

## NVM. CLXXVII.

NOuerint &c. quod nos LVD. &c. Ob ſalutem & perhennem memoriam *magnificorum principum marchionum Brandenburgenſium* bone recordationis predeceſſorum noſtrorum animarum noſtre heredum & ſucceſſorum noſtrorum appropriauimus. Religioſis & deodicatis perſonis - - abbatiſſe, prioriſſe totique conuentui ſanctimonialium clauſtri *Creueſe* deuotis nobis dilectis *Ordinis Benedicti Verdenſis* dyoceſis & etiam vt egeſtas & penuria earum quibus ipſas perplexas fore nouimus, & vt cultus diuinus augeatur, quodammodo reueletur, ex mera mentis noſtre liberalitate appropriare decreuimus. In villa *Gladegow* ſex fruſta cum omni iure cum ſex manſis & curiam in eadem villa ſitam cum agris aliis curie de iure pertinentibus de qua olim ſeruitium dextrarii proceſſit ſeruitio eodem nunc depoſito & incluſo cum *ſupremo* & *infimo iudicio* & *iure patronatus* ville eiusdem ſub modis, comodis, gratiis & honoribus, quibus Henricus & Arnoldus fratres dicti de *Gladegow* a magnifico principe duce *Ottone Brunſwicenſi* bone recordationis tenuerunt & poſſederunt. Appropriamus pretactis ſancti-

*Appropriatio quorundam bonorum clauſtro* CREVESE *facta Ord. Benedict.*

*Gladegow.*

ſanctimonialibus *iudicium ſupremum* & *infimum* ville *Heſewick* cum *III. fruſtis annuorum* redditu- *Heſewik.* um. In cenſu & *precaria* vnum talentum ville eiusdem & ius patronatus ville *Rademyn* eo iure *Rademin.* quo a predicto duce Brunſwicenſe tenuerunt & poſſederunt hactenus & ab eodem ſua pecunia conparauerant, eidem clauſtro prenotata, cum ſingulis ſuis pertinentiis noſtris iuribus in premiſſis nobis conpetentibus omnimode excluſis, perpetuis temporibus ſine inquietatione qualibet quiete & pacifice pertinenda. Renunciantes pro nobis heredibus & ſucceſſoribus noſtris omni iuri actioni ac impetitioni & ſingulariter dextrarii ſeruitio que nobis in quibuslibet ſuperius expreſſis hiis modis vt premittitur conpetebant vel conpetere poſſent aliqualiter in futurum. Pro quorum appropriatione & reddituum pretactorum renunciatione nobis honorabilis vir eiusdem clauſtri prepoſitus in *L. marcis argenti Brandenb.* integraliter ſatisfecit. In cuius &c. *Teſtes.* Datum vt ſupra.

## NVM. CLXXVIIII.

*Collatio facta Friderico de* Garthow 1345.

NOuerint vniuerſi. Quod nos LVD. &c. Contulimus & preſentibus conferimus. Strenuo viro Friderico de *Garthow* fideli noſtro dilecto ſuiſque veris & legittimis heredibus *XVIII. fruſta annuorum reddituum* ſita in precaria ville Schonenburg ducentarum marcarum gratia in quibus ſibi rite obligamur cum omni iure, vſu, fructu, comodo & honore dictis *XVIII. fruſtis* ex debito & ex iure pertinentibus perpetuis temporibus pacifice & quiete ſine impedimento quolibet poſſidenda. Reſeruantes nobis noſtris heredibus & ſucceſſoribus reemptionis predictorum red-

*XVIII. fruſtor. redituum.*

reddituum pro premiſſa pecunia plenariam dum voluerimus facultatem. In cuius &c. *Teſtes* Sweiker, Wolf, Stamer, Huſener, Heke, Altman, Satzer, Henricus magiſter coquine, Loterpek. Datum *Spandow* anno M CCC XLV. in die Georgii.

## NVM. CLXXIX.

NOuerint &c. quod nos LVD. &c. Contuliſmus &c. Strenuo viro Henrico *Top* fideli noſtro dilecto ſuiſque veris & legittimis heredibus, filii Henningi, qui quondam in *Sehuſen* interiit, in *emendam*, redditus annuos ſubnotatos videlicet in villa *Waldenrode* precariam duorum manſorum cum dimidio cum *ſupremo iudicio* manſorum predictorum, qui manſi cum iudicio ſupremo pro altero dimidio fruſto conputantur. In villa *Molnbeke* duo *fruſta* & vnum *equum pheodalem*, pro vno fruſto etiam conputatum, & in villa *Bueſche* precariam octo manſorum pro tribus *fruſtis* & octo *ſolidis* annue ſolutionis taxatam ſeu tantum ſoluentem vt premittitur cum omnibus iuribus, gratiis, comodis & honoribus, quibus idem redditus nobis pertinebat hactenus in antea perpetuis temporibus pacifice & quiete ſine inpedimento quolibet poſſidenda. In cuius &c. *Teſtes* Buch, Sweiker, magiſter coquine, Wolf. Datum *Spandow*, anno M CCC XLV. feria V. ante Walpurgis.

*Collatio facta dicto* Top. *In* emendam. *Waldenrode.* *Molnbek.* Equus feudalis.

## NVM. CLXXX.

NOuerint &c. quod nos LVD. &c. donauimus & appropriauimus prudentibus viris conſulibus ciuitatis *Oſterburg* preſentibus & futuris fidelibus noſtris dilectis & incorporare decreuimus locum ville *Tylhorn* cum ſupremo & *infimo iudicio*

*Appropriatio ville* Tylhorn *conſulibus* Oſterburg 1345.

*cio*, nec non cum pratis, paſcuis, lignis, agris, cultis & incultis & cum diſtinctionibus, ac cum ſingulis & vniuerſis pertinentiis eidem loco vel ville de iure vel ex debito pertinentibus, cum omni fructu perpetuis temporibus ſine inquietatione qualibet pacifice poſſidendum. In cuius &c. *Teſtes* Buch, Wolf, Stamer, Sweiker, Huſener, Hele magiſter coquine, Altman, milites, Loterpeck, Wolf. Datum *Spandow* anno M CCC XLV. feria II. poſt diem Palmarum.

## NVM. CLXXXI.

*Collatio* precariarum *villarum* Griben & Ierchel *Henrico de* Luderitz *facta* 1345. *Birchorſt.*

NOuerint &c. quod nos LVD. &c. contulimus & preſentibus conferimus. Strenuo viro Henrico de *Luderitz*, fideli noſtro dilecto ſuiſque veris & legittimis heredibus precarias villarum Griben & Ierchel cum cenſu lignorum ville Dencker adiacentium ad viginti fruſta annuorum reddituum ſingulis annis ſe extendentia, nec non prata ville *Birchorſt* ex nemore Tanger eradicata ſeu exſtirpata per magnificum principem *Ottonem ducem Brunſwicenſem bone recordationis* eidem ville probabiliter debitis diſtinctionibus appoſita ſub modis iuribus, conditionibus gratiis quibus prenotatos redditus cum pratis prenotatis a pretacto duce ſtrenuus miles Gero de *Byren* ſua pecunia conparauerat & vt hactenus ab ipſo tenuit ac poſſedit, a nobis in antea perpetuis temporibus quiete & pacifice poſſidendas. Pro quorum reddituum collatione nobis prenotatus Henricus in XXXV. marcis argenti *Stendalienſis* ponderis ſatisfecit. In cuius &c. *Teſtes* Buch, Swiker, Geb de Aluesleue, Wolf. Actum & datum *Stendal* anno M CCC XLV. feria V. die beatorum Fabiani & Sebaſtiani martirum.

*Byren.*

Teſtes. Stendaliae. 1345.

NVM.

## NVM. CLXXXII.

NOuerint &c. quod nos LVD. &c. Contulimus & preſentibus conferimus. Strenuo viro Iohanni de *Arnſtete* fideli noſtro dilecto ſuiſque veris & legittimis heredibus pratum circa villam *Demker* ſitum, ex nemore *Tanger* exſtirpatum ſeu eradicatum per magnificum principem *Ottonem ducem Brunſwicenſem bone recordationis* propter ville in bono ſtatu permanende conſeruationem appoſitum eidem ville debitiſque diſtinctionibus probabiliter diſtinctum & *limitatum* ſub modis, iuribus, diſtinctionibus & vſibus quibus id ipſum pratum ab eodem duce prenotatus Iohannes ſcientifice hactenus tenuit & poſſedit, a nobis in antea ſine inpedimento quolibet perpetuis temporibus poſſidendum tenendum pariter & habendum. Pro qua collatione nobis prenotatus Iohannes in XII. talentis denariorum integraliter ſatisfecit. In cuius &c. *Teſtes*. Datum vt ſupra.

*Collatio prati circa villam* Deniker *ſiti Ioh. de* Arnſtete *facta.*

## NVM. CLXXXIII.

NOuerint &c. quod nos Ludowicus &c. Contulimus &c. diſcreto viro Iohanni de *Stepelitz* filio bone recordationis Heinrici *Sculteti* de Stendal, ſuiſque &c. *iuſto pheodi* titulo XXIII. fruſta cum VII. ſolidis minus IIII. denariis denariorum brandenburgenſium annue penſionis in moneta ciuitatis noſtre *Kyritz* & in villa *Eychſtete* prope caſtrum Arnburg ſita XVII. fruſta denariorum brandenb. annuorum reddituum cum omni iure, liberalitate, honore, commodo & gratia ſicuti prenotatos redditus Heinricus Scultetus predictus rite per literarum ſuarum rationaliter datarum

*Collatio XXIII. fruſtorum in moneta* Kyritz *Io. de* Stepelitz *uilla Eychſtet.*

rum continentiam poſſedit & tenuit ſine inquietatione qualibet perpetue quiete & pacifice poſſidenda. In cuius &c. *Teſtes* Buch, Arnoldus de Iagow, Coneke & Th. fratres de Quitzowe cum ceteris. Datum *Premptslowe* anno MCCC XXXVII. in die innocentum. non eſt recepta.

*Prempts-lowe* 1337.

## NVM. CLXXXIV.

*De* KOKEDE *fruſta reditum* 1345.

DOminus contulit Heinrico de *Kokede* & ſuis veris & legittimis heredibus duo fruſta annuorum reddituum XVIII. denariorum in *precaria* & cenſu ville *Kokede* cum ſupremo iudicio pro quibus dedit VIII. marcas argenti. In cuius &c. *Teſtes* Buch, Swiker, Geb. Aluesleuen, Aduocatus in Stendal & Gerike Wolf. *Datum* Stendal anno MCCCXLV. feria II. ante Fabiani & Sebaſtiani.

## NVM. CLXXXV.

*Appropriatio* altari *in* Gardeleben *facta.*

NOuerint &c. Quod nos &c. Ob honorem & reuerentiam omnipotentis *Dei*, glorioſe virginis *Marie*, & omnium *ſanctorum*, nec non ob iugem & perhennem animarum *illuſtrium principum*, *marchionum Brandenburgenſium* predeceſſorum noſtrorum bone recordationis, noſtri heredum & ſucceſſorum noſtrorum, memoriam, appropriauimus & appropriare decreuimus per preſentes, *VIII. fruſta* reddituum annuorum ſita in villis ſubnotatis, videlicet *III. choros* ſiliginis in *Ketzik* ſupra *curias Kopponis de Holthuſen* & ſui confinis ſeu vicini, nec non in villa *Lindſted* duos *choros* minus tribus modiis, quorum medietas eſt triticum & alia pars *ſiligo*, qui wulgariter dicuntur *Wuzt*, ad altare beate virginis Marie & ſancte crucis, fundatum, locatum, & dedica-

*fruſtorum in uillis* Lindſted.

dicatum in eccleſia dicte virginis Marie ciuitatis noſtre *Gardeleben*, perpetuis temporibus pacifice & quiete ſine inquietatione qualibet pertinendos. Renunciantes renunciatione ſolempni omni iuri & actioni, quod vel que nobis, noſtris heredibus & ſucceſſoribus, in prenotatis VIII. fruſtis conpetunt, ſeu conpetere poterunt in futurum. Transferentes quoque *ius patronatus*, ſiue ius *preſentandi* dicti altaris in diſcretum virum *Beckynum Spelhouel*, in ſuos heredes, atque fratrem, dictum Heinricum, ſic quod ipſi vacationis tempore quando & quotienscunque neceſſarium fuerit, ſacerdotem vel perſonam ydoneam que in eodem anno quo ſibi permiſſum fuerit ad ipſum debebunt ſiue poterunt preſentare, quibus etiam ſuper cambio, ſiue permutatione duorum *chororum* ſiliginis ſitorum in *Eſtede* pro duobus talentis vel vno ſito in cenſu *porcorum*, quod vulgariter dicitur *Worczins*, & alio in duobus macellis *carnium* ibidem cum *plebano* predicte ciuitatis noſtre, ſi de ipſius plebani libero fuerit arbitrio, preſentibus damus plenam & omnimodam facultatem. In cuius &c. *Teſtes* Buch, Sweyker, Helb. Wolf & Loterpek. *Datum* Spandowe, anno XLV. in die beati Viti.

*Spelhouel.*

*Eſtede.*

*Worczins porcorum cenſus.*

## NVM. CLXXXVI.

IN nomine domini Amen. LVDOWICUS &c. Omnibus hoc ſcriptum cernentibus ſalutem &c. Fatemur quod diſcretis viris *Kalendarum fratribus* in Sehauſen preſentibus & futuris deuotis nobis dilectis, dedimus donatione libera & per preſentes ſolempniter donamus proprietatem plenam & omnimodam ſuper curia dicta *Ekbom* ſita in *Konigsmark*, & ſuper duobus manſis, dicte curie adia-

*Appropriatio facta fratribus KALENDARVM in Sehauſen.*

*Ekbom.*

*Koenigsmarck.*

adiacentibus, atque ſuper decima duorum manſorum, ita quod nichil iuris, nec ſeruitii, nec precarie, nobis, noſtris heredibus, vel ſucceſſoribus, in dicta curia, manſis & decima reſeruamus Immo eisdem curie, manſis & decime renunciauimus & renunciamus ſolempniter literas per preſentes. In cuius &c. *Teſtes* Buch, Sweyker, Helb, Wolf & Loterbek. *Datum* anno XLV. in die beatorum Viti & Modeſti.

## NVM. CLXXXVII.

*Collatio caſtri* Borchſtal *Nycolao* Biſmark

NOuerint &c. Quod nos LVDOWICVS &c. Contulimus & preſentibus conferimus, diſcreto viro Nycolao *Biſmark* ciuitatis noſtre Stendal *ciui* nobis ſincere dilecto, ſuiſque veris & legittimis heredibus, nec non *Ruloni*, *Iohanni* & *Chriſtano* ipſius *fratribus* Caſtrum dictum BORCHSTAL, cum omnibus ſuis pertinentiis, prouentibus & redditibus vndique ſitis etiam qualitercunque nominatis cum agris, cultis & incultis, queſitis & inquirendis, pratis, paſcuis, paludibus, nemoribus, lignis & rubetis, cum aquis & aquarum decurſibus, molendinis, nec non cum ſingulis & vniuerſis pertinentiis eidem caſtro ex debito, iure, ac antiqua conſwetudine pertinentibus, *iuſto pheodi tytulo*, perpetuis temporibus pacifice & quiete ſine inpedimento quolibet poſſidendum. Debebit quoque idem *caſtrum* nobis noſtris heredibus & ſucceſſoribus, quando vel quotienſcunque requiſierimus per nos, noſtroſque *Officiatos*, fore perpetue *patulum* & *apertum*, contra quemlibet hominem, cuiuſcunque conditionis fuerit ſiue ſtatus. Ipſe etiam Nycolaus, ſui heredes atque fratres prenotatum caſtrum, alicui exponere, *vendere*, mutuare, ſeu quouis modo alienare, niſi noſtro

*iure feudi*

*aperturae.*

*Prohibita alienatio.*

noſtro prehabito conſenſu nullatenus poterunt, nec debebunt. Addicientes etiam, ſi ipſum Nycolaum, heredes & fratres ſuos, occaſione, ratione vel nomine noſtri, quod abſit, dictum caſtrum contingeret amittere. Ex tunc ipſis ad ſolutionem ipſius, ſecundum eſtimationem ydoneorum, decentem & condignam, volumus obligari. In cuius &c. *Teſtes*, Swartzenburg, Buch, Sweyker, Helb B. magiſter coquine, milites, Wolf & Loterbek. *Actum* Stendal, Datum vero Spandowe, anno XLV. in die beatorum Viti & Modeſti.

## NVM.CLXXXVIII.

NOuerint &c. Quod nos LVDOWICVS &c. Diuine remunerationis intuitu, aucmentique cultus diuini, cui magis & magis deinceps inſiſtere nitimur, nec non *ob iugem animarum illuſtrium principum marchionum Brandenb. predeceſſorum* noſtrorum bone recordationis, noſtri, heredum & ſucceſſorum noſtrorum memoriam, appropriauimus & appropriare decreuimus per preſentes *ſex choros ſiliginis* annui *pactus* in villa ESTEDE, quorum duo ſunt ſiti in *curia* Heynonis dicti *Wegener*, duo in *curia* Henningi Moring & duo chori in *curia* Heynonis Reden ad *altare* beatorum apoſtolorum, *Symonis* & *Iude*, de nouo locandum, fundandum & dedicandum, in ecclefia glorioſe virginis Marie, ciuitatis noſtre *Gardeleben*, pacifice & quiete, perpetuis temporibus, ſine inpedimento quolibet pertinendos. Renunciantes & iam renunciatione ſollempni ſimpliciter omni iuri actioni & impetitioni, que nobis, heredibus ac ſucceſſoribus noſtris in dictis *VI. choris* conpetunt, ſeu aliqualiter conpetere poterunt

*Donatio* altari *facta in* Gardeleben.

*aliquot* chororum.

in

*Iure praeſentandi N. de* HOGEN *reſeruato.* in futurum. Transferentes *ius patronatus* ſiue *ius preſentandi altaris* predicti in diſcretos viros Bartoldum, Echardum & Heyſonem fratres de *Hogen*, ac in ipſorum heredes legittimos, ſic quod ipſi perſonam ydoneam & valentem ad idem altare ſue vacationis tempore quotienſcunque neceſſarium fuerit, poterunt preſentare. In cuius &c. TESTES, *Swartzburg*, *Buch*, *Swyker*, magiſter *coquine*, Gerike Wolf & Loderpek. *Actum alibi, quam datum.* Actum *Tangermund*, Datum vero *Spandowe*, anno XLV. in *craſtino* beatorum Viti & Modeſti.

## NVM. CLXXXIX.

Appropriatio *altari ſancti Nycolai in* Stendal *facta.* NOs LVDOWICVS &c. Ob honorem & reuerentiam creatoris humane conditionis & aſpectum cultus diuini, cuius ampliationi magis & magis intendere nitimur pro ſalute & perhenni memoria bone recordationis predeceſſorum, noſtri, heredum & ſucceſſorum noſtrorum *Marchionum Brandenburgenſium*, & etiam ob inſtantem requiſitionem diſcreti viri Nycolai *Byſmarck* ciuitatis noſtre *Steindal* ciuis, nobis dilecti ex mera noſtre mentis liberalitate preſentibus appropriauimus & appropriare decreuimus cum proprietate *decime* minute, cum *ſeruitio curruum*, cum omni iure & iuris integritate in *ſupremo* & *infimo octo manſos* cum dimidio, cum iugeribus, in *villa Byſwede*, in limitibus & diſtinctionibus eiusdem ſitos, altari & eccleſie ſancti Nycolai ciuitatis noſtre predicte, nec non cum ſingulis & vniuerſis ipſorum pertinentiis, iuribus & obuentionibus prenotatis, manſis, iugeribus, iuribus & iudiciis, ex iure vel ex debito, rite pertinentibus, perpetuis temporibus ſine inquietatione & inpedimento quolibet pertinendos. *manſorum in uilla ſ. pago* BYSWEDE, *in quas marchia diuiſa.* Renunciantes omni

mni iuri actioni ac impetitioni, que nobis here dibus & ſucceſſoribus noſtris in premiſſis conpetebant, conpetunt, aut conpetere poſſent aliqualiter in futurum. In cuius &c. *Teſtes* Mantiner, Haier, Swykerus, cum ceteris. Actum Inſpruk. Datum vero *Vrankinfurt*, anno MCCC XL. quarto, in craſtino aſſumptionis virginis Marie. Teſtes. *Actum* 1344.

## NVM. CXC.

NOuerint &c. Quod nos LVDOWICVS &c. Contulimus & preſentibus conferimus ſtrenuo viro Arnoldo dicto *Gröpke* ſuiſque veris & legittimis heredibus *equum pheodalem* ex curia ſculteti ville dicte Steinuelt, more ſolito *deſeruire* nobis debentem, *iudicium* eiusdem *curie* nec non alia iura nobis in ipſa *curia* quomodolibet conpetentia, ob id, vt nobis ſicuti ceteri *vaſalli* ſiue *ſubditi*, nobis obſequuntur, fideliter obſequatur perpetuis temporibus, ſine inquietatione qualibet poſſidendum, tenendum pariter & habendum. In cuius &c. *Teſtes* Mantiner, Swyker - Wolfſteiner, Helbe. *Datum* Vrankinfurt, anno XLV. dominica ante Marie Magdalene.

*Donatio equi pheodalis dicto* Gröpk *facta cum aliis iuribus uaſallorum*

Teſtes. Vrankfort 1345.

## NVM. CXCI.

NOuerint &c. Quod nos &c. *Intuitis* & conſideratis meritis & fidelibus obſequiis nobis per ſtrenuum virum Harneydum *Pozladekin* dictum exhibitis & adhuc exhibendis, fideliter, eidem ſuiſque veris & legittimis heredibus. Contulimus & preſentibus conferimus *IIII. marcas minus* vno *fertone* reddituum annuorum ſitas in cenſu manſorum aree *deſerte* dicte *Lokſted* prope *Soltwedel*, eo iure, vſu, commodo & honore, quibus

*Donatio* Pozladekin *facta.*

*IIII. marcas cum fertone. Lokſtede. Soltwedel.*

quibus nobis dicti redditus pertinebant hucuſque in antea perpetuis temporibus pacifice & quiete ſine inpedimento quolibet poſſidendas. In cuius &c. *Teſtes* Buch, Mantiner, Swyker, Wolfſteiner, Hele, magiſter coquine, *Gerike* Wolf & Loterpek cum ceteris. Datum *Berlyn* anno XLV. in craſtino aſſumptionis virginisglorioſe.

*Teſtes. Berlin. 1345.*

## NVM. CXCII.

*Collatio Scultetatus in Stendal.*

Dominus commiſit officium *Scultetatus in Steindal* Frankoni *Boedeker*, vſque ad reuocationem. Datum anno XLV. vigilia ſancti Nycolai.

## NVM. CXCIII.

*De diſcordia ciuium in* STENDAL

*1) Scabinorum.*
*2) Senatus.*
*3) tribunorum.*

*Iura conceſſa 1) a telonis immunitas.*

*2) iure Magdeburgico: non Saxonico.*
*3) lignandi.*

Wi *Ludowic* &c. Bekennen &c. vnd betügen oppenbare met deſſen brefe vnd dorch twe vnſer meynen *borgere*, to *Steindal*, den *Sceppen* vnd den *ratmannen*, vnd den *guldemeiſtern*, die nu ſint, vnd noch komende ſint, gegeuen deſen brief dar wy en inne ſtedigen alle ore vryheit alle ore recht alle ore *gude wonheit*, vnd begnaden ſie met deſen ſtücken, die hir na beſcreven ſton. To dem erſten male, alſe ore *breue* ſpreken, da die *olden Vorſten* met ore ſtad, mede beſettet hebben, So geue wy on, quid, ledig, vnd los alle *geleide* vnd *tölle*, alſo dat ſie to *Soltwedel*, to *Gardeleben*, to *Oſterburg*, *Tangermund*, *Schuſen*, *Werben*, *Hauilberg*, *Arneburg*, vnd in allen ſteden vnd in allen *veſten*, die in vnſern *richten* liggen ſollen ewiclich vnd nummermer, noch *leyde*, noch *tol* geuen, vnd willen dat ſie by *magdeb. rechte*, vnd by *magdeb. ordel* bliuen ſollen, vnd dar ſcollen ſie ore ſceppen by beholden. Vortmer in *water* vnd in *holten*, in *weyden*, in *velden*

*velden*, vnd in allen meynen dingen, ſcolen alle vnſe meyne borgere, ryke vnd arme, lyken deil hebben. Ok wil wy, dat alle Jar in dem rade to *Steindal* ſcolen weſen twe *bederue* man, vt der *gylde* der *wantſnyder*, twe *bederue* man vt der gylde der *wantmeker*, twe bederue man vt der gylde der *kremer*, eyn bederue man vt der gylde der *korſemeker*, eyn bederue man vt der gylde der *gerwer*, vnd der *Schumeker*, eyn bederue man vt der gylde der *knokenhoger*, eyn bederue man vt der gylde der *beker*, vnd twe bederue man vt den *meynen borgern*. Van deſſen *twelffen ſcolen* alle Jar *vier bliuen*, in dat ander iar vnd wy van dem *rade* got, den ſcal binnen twen jaren nicht weder kyſen, vnd ok ſcal in vnſer ſtad, nyemand mer denne eynen eyt ſwaren. Vortmer, wanne die *rad*, *böt* vnd *ſettinge* dun, maken vnd ſetten wil, in der ſtad, dat ſcal die *rat* dun, met rade, met volbord, vnd met willen der *gyldemeiſtere* die in dem jare ſwaren hebben, die ſcolen ſpreken, met oren *gyldenbrödern*, vnd met oren *kumpan*, konen ſie danne an beyden ſiten, nicht ouer eyn dragen, wat danne die ratman by oren eyden ſpreken, dat vnſerm *herren* vnd vnſer meynen ſtad vrömlike vnd nütte ſy, dat ſcal ſtan, vnd vorgang hebben, vnd alle böt, vnd ſettinghe, ſcal man in *burſpraken* vnd in *kerken* *kundegen*, dat ſik menlik dar an bewar. Vortmer der ſtad *kemerer*, die der ſtad gut op nemen, vnd vt geuen, ſcolen alle jar den *ratmannen* vnd *gyldenmeiſtern*, die in dem jare *ſworen* hebben, eyns to ſant Jacobs dage, vnd eyns to lichtmeſſe, rekenſcap dun, van der ſtad gude vnd rede geuen. Vortmer ſcal vnſe *vorbenömde borgere* nyemand hyndern in der *vluth* des *waters* der

4) *paſcui.*

5) *duodecim tribuum opificum* zunfften oder gylden.

6) *quarum conſenſu opus ſenatui.*

*Publicatio in* 1) Bauerſprachen 2) Kirchen.

7) *Camerarii urbis reddant rationes.*

8) *arcifinia ciuitatis.*

*vcht*, eyne *myl* weges benen der ſtad, vnd eyne myl weges beneden der ſtad vnd wez marke die vcht roret, die ſcal ſie füren vnd ſuueren, *twelf* füte breid in der grunt, vppen boden alſe verre ſyne marke koret, Swe ſik dar an vorſümet, de ſcal betern met teyn punden, der ſcole wy *vyf* punt hebben, die andern vyf punt, ſcolen vnſe vorbenömden *borgere* hebben vnd nemen, dar ſcolen ſe ore vcht, mede betern, vnd wo vele mollen ſie *buwem*, vp die vcht die ſcoln ſie alle vry hebben, met allem nut.

*9) opificum iura non miſcenda uel oneranda.*

Vortmer ſcal in vnſer vorbenömden ſtad nen *gylde* die andern, an orem rechte hindern, vnd nen gylde ſcal die andern breken, vnd ok ſcal man nene *gylde* hoger wynnen, wanne ore *breue ſpreken*, vnd vnſe vorbenömde borgere vnd die rat, ſcolen volle macht hebben, welken *ambacht* gylde vnd rechtikeyt bequeme is, dat ſie den gylde vnd rechtikeit geuen mögen.

*10) collectae ſoluantur fide iuris iurandi*

Vortmer wanne vnſe borgere ſcot nemen, ſo ſcal eyn islik menſche, die vnſe *burſcap* heft, vnd *ſcottis phlichtig is*, geuen, eynen *vorſcilling*, vnd ſcal ſin gut *verſcotten* alſo gut, als it is, vnd alſo lyf he id heft, vnd alle gut die man nicht *verſcottet*, dat ſcal der *ſtad* ſyn, alſo des die *ratman*, vnd *gyldemeiſter* ouer eyn dragen, vnd wo ok eyn islik menſche, ſin gut *verſcotet*, by ſime *eyde* da vor mag die rat der ſtad dat gut *beholden*, oft die rat, dat dun wil, vor ſo vele marke als he ſyn gut *verſcottet*, vnd ſcal eme ſyn gut, redelik betalen by dages lichte.

*11) ciuium emenda.*

*Vortmer* dye *gyft*, wenne eyn borger den andern *gift*, die ſcal man geuen vor dem rade, vp der *loeuen*, dat is *willekur*, vnſer meynen ſtad, vnd ſcal die ſcriuen in der *ſtad buk*, vnd war man dat *ſcriuet* vnd giuet, dar ſcal die meiſte deil des

des *rades* bye ſin, vnd die ſcrift ſcal die rad *beſlüten*, vnd die nut, die dar af komet na *magdeb. gutes gewonheid*, die ſcal man koren in der ſtad nut, vnd die renthe die die *ſcopen* phlagen te geuen, to dem *altar*, dat hern *Goedekins* van *Doberkowe* geweſen is, die ſcal vortmer die rad geuen, van der löuen. Ok ſcal man alle *virteinacht ding* hebben in der ſtad, vnd die *ſcoppen bank* de ſal met dem *richter* vnd met dem *rechten ſcoppen* talle, vul *na rechte* beſeten ſie, et en wer dat en dat not beneme. Vortmer ſcolen ok de *ſcoppen* by orem *kore* blyuen, vnd by *koren ſcoppen* die wy in vnſerm *richte* ſtediget hebben, dy ſcal nyemand af ſetten, die wyle ſie leben, de ſcolen blyuen by dem *ſcepen* dom, als ſe vns hebben geſworn, vnd de *Scopen* die noch to *koeren worden*, de wil wy ſtedigen met willen. *Vortmer* ſcal vnſere borgere nergen *beclagen* noch *laden*, vm *pennynge* oder *ſcult*, wan bynnen der *ſtad* vor oren belenden richter. Vortmer alle deſſe *vorbeſcreuen ſtücke* ſcolen andere *breue* de vnſe borgere hebben, de en bequeme ſint, nicht krenken. Ok ſcal dat *ſtücke* dat en de olden heren *beſigelt* hebben, wanne en des bedüchte, dat man ſe *vorunrechten* wolde, ſo ſolden ſe ſich an eynen andern *herren holden*, dot ſin, vnd af weſe, met deſem *breue*, vnd vnſe vorbenömden börgere ſcolen *ewelike* by vns vnd by vnſern eruen vnd by der *marke* blyuen vnd willn er gnediger herre weſen. Vortmer, wy ſik *legit* gegin den *rat*, vnd gegin de *ſwaren gyldemeiſtere* in allen ſtücken, die die ſtad van vnſirn gnaden, oder von orer meynen *wilkor* beſcreuen heft, de ſcal der ſtad *gylden*, oder *buten* der ſtad hynderde, oder hyndern wolde, vnſe vorbenömde börgere vmb

12) *iudicia ſingulis XV n. Etibus inſtituenda* Schepfenbanck.

13) *Scabini hereditarii*

14) *ciues non euocentur.*

15) *priuilegii forma.*

16) *ciuitas a marchia non auellenda.*

17) *negatum ſenatui obſequium luat iuxta ius Magdeb.*

de ſake, de geſcen is, in dem kryge, den wy vnd ſie hat hebben gegin oren *ratman*, den ſcoln ſe *anferdigen* an liue, vnd an gude bet an vns, alle deſſe ſtücke, to eyn tügnis, geue we deſſem brief vorſigelt met vnſerm *Inſigel*. Datum *Spandowe*, anno XLV. vigilia ſancti Nycolai, vt credo.

*Datum Spandouiae 1345.*

## NVM. CXCIV.

*Appropriatio VI. fruſtorum, altari in* SOLTWEDEL.

IN nomine domini, amen. Quod &c. Singulis &c. Quod ob honorem & reuerentiam omnipotentis *dei*, glorioſe *genitricis* ſue, virginis *Marie* & omnium *ſanctorum*, nec non ob iugem *magnificorum principum*, *marchionum Brandenburgenſium predeceſſorum noſtrorum* bone recordationis, noſtri, heredum & ſucceſſorum noſtrorum animarum memoriam, vt diuinus cultus, magis & magis deinceps augeatur, appropriamus & appropriare decreuimus, per preſentes *ſex fruſta* cum dimidio, reddituum annuorum, ſita in *villis* ſubnotatis, videlicet II. choros ſiliginis de quinque manſis in *Zyrowe*, in *Rytze* III. choros ſiliginis cum dimidia marca argenti de curia Andree, & vnam marcam argenti de IIII. manſis in *Putlentze*, ad altare apoſtolorum Symonis & Iude ſituatum, fundatum & locatum in eccleſia beate *Katherine*, ciuitatis noſtre noue *Soltwedel*, perpetuis temporibus, pacifice ſine inpedimento quolibet, pertinenda. Renunciantes &c. In cuius &c. *Teſtes* Lyndowe, Mantiner, Wolfſteiner, Huſener, Wydenberger, Haſſo ſenior de Wedel, Gerike Wolf, cum ceteris. Actum *Spandowe*, Datum vero Tangermunde anno XLV, feria VI poſt Lucie.

*In villis ſ. pagis 1) Zyrowe. 2) Rytze. 3) Putlentze*

Teſtes.

Actum 1345.

# LIB. II.
# CODEX LEGVM NORMANNICARVM,
## EX MEMBRANIS DESCRIPTVS ET ILLVSTRATVS NOTVLIS.

## *PRAEFATIO.*

## Hic incipit *ſomma* de LEGIBVS conſuetudinum NORMANNIE (1).

§. 1.

CVm ineffrenate (2) *cupiditatis* malicia humanum genus ardore ſuo inſaciabili teneat; uiuentium *diſcordias* generans ac *diſſenſus* a finibus hominum *pacem* & concordiam penitus proſcripſiſſet; ſi non eius acrior impetus, *legum* freno conſtrictis faucibus, iuris ſeueritas refrenaſſet. *Cupido habendi & regnandi cauſae LL.*

§. 2. Quam ob rem *rex pacificus*, iuſtus dominus & amator iuſticie, in terris principes *regnare* uoluit; ut iuris ſemittas, certis *legibus* limitantes contentiones ſingulas, quas inimica pacis diſcordia parturiuit, iudicii calculo diffinirent (3). *Quae ideo curae principibus.*

(1) *Hiſtoriam harum legum* dabimus in *praefatione* huius *uoluminis;* in qua libri eius ſolent recenſeri. Egimus quoque de illis in *diſſert.* nouiſſima: *de tempore pubertatis* & finiendae *tutelae cap. III. §. 8.* in margine.

(2) *Orthographiam*, quam in uenimus in *membranis* etiam retinuimus; uti *uerba* quoque barbara & *ſententias*, a cultu & humanitate alienas. Ne circulos *aeui*, parum litterati, turbaremus.

(3) Nihil ſani aut humani in his periodis. Sed tamen illae meliores; quam aeui huius Germanicae *leges*, exhibitae ab utroque

## CAP. I.
# De INSTITVTIONE LEGIS.

§. 1.

*Normanniae LL. conditae cum ordinum conſenſu.*

QVoniam ergo *leges* & inſtituta, que NORMANNORVM PRINCIPES non ſine magna *prouiſionis* induſtria *prelatorum*, *comitum* & *baronum* nec non & ceterorum virorum *prudentium* conſilio & *conſenſu* (4) ad ſalutem humanam federis ſtatuerunt, nundum certa ſibi adepta manſione per diuerſas diuerſorum *linguas* (5) uagancia, elapſa priſtinorum memoria, in ignorancie ergaſtulum recluſit obliuio tenebroſum.

*Priuato conſilio ſcriptae.*

§. 2. Ad commune commodum ſingulorum, aſpirante domino, &, ſi non omnia, tamen aliqua ab ignorancie tenebris aggrediar reuocare, ut in *ſcripturarum theſauro* meo *ſudore* depoſita futuris ac preſentibus ad *lites dirimendas* literarum officio (6) declarentur.

---

SPECVLA FORF., SVEV. O, & SAXONICO. Vnde certis eſſe licet; ultimarum ſcriptores non ſolum homines priuatos fuiſſe, ſed etiam ex infima faece plebis Vt mirer, his nugatoribus aurem praebuiſſe uiros doctos in iisque *Schilterum*. Sed cum illis defuerint melioris ſortis monumenta & teſtes, iuere cum illis, cum quibus potuerunt.

(4) Eſt hoc homini *Germano* omnino diſcendum & notandum: quod *legislatoria poteſtas* uti in Imperio non penes *imperatorem ſolum*; uerum etiam ordines in comitiis: ita in *prouinciis* quoque *principi* ſoli non licuit condere leges, niſi in conſeſſu conſenſuque *procerum prouincialium* (*der Landſtaende*). Vt adeo *prouinciales leges* nomen ſuſtinerent: *prouinciatium receſſuum*, in uernacula: *der Landtags Abſchiede*. Claſſes autem ordinum prouincialium *quatuor*: *der Praelaten*; *Herren*; *Ritterſchafften und Staedte*.

(5) Principes barbari adpellati a *populis*; non a *regionibus*. Quoniam ultimae ſaepius mutatae & relictae ſunt, in illis ueterum gentium migrationibus frequentiſſimis.

(6) Debemus igitur, ut medii aeui *codices legum* alios, iureconſultis priuatis, non *principibus* aut *rebus publicis*. Erat enim diffici-

§. 3.

§. 3. Si enim in humanis ſtudiis ex omni parte perfectum nihil ualeat inueniri: ab hoc opuſculum inſpicientibus ſit petitum, ut, quod in eo uiderint, corrigendum corrigentes, addentes diminuta; ſuperflua reſecantes; michi ſubſidium dignentur aliquod impertiri (7). *Expoſitae emendationi aliorum.*

## CAP. II.

## De diuiſione iuris.

IVs itaque quoddam eſt *naturale*, quoddam eſt *poſitiuum*. Ius quippe *naturale* eſt, quo deum proximos & parentes tenemur diligere; quo iure & aliis tenemur facere, quod nobis uolumus fieri & eisdem prohibemur inferre, quod nobis nolumus inferri. Ius autem *poſitiuum* eſt, quod ab hominibus poſitum ad ſalutem humanam federis obſeruetur, quod in diuerſis diuerſum inuenitur prouinciis, prout a diuerſis iuris conditoribus fuerit inſtitutum. Dicitur quandoque *ius* ipſa *res*, cuius poſſeſſio dignoſcitur ad aliquem pertinere ut *pariſinis* dicitur *Ius Regis francie*. Dicitur *ius* quandoque iniurie ſatisfactio irrogate. Secundum quod dicitur: *bonum* ius habuerit de eo qui eum *desrobauit* (8), cum propter hoc ſuſpenſus fuerit. Dicitur etiam ius quandoque *ſtipendium* meritorum: ſecundum quod dicitur,

*Diuiſio iuris in a) naturale. b) poſitiuum.*

*IVRIS diuerſi ſignificatur.*

le; cogere ordines prouinciales in eam harmoniam, ut uni codici conficiendo conſentirent. Multam igitur gratiam referamus ſcriptoribus priuatis, quod *inſtituta*, moribus probata, retulerint in ſcripturam. Aliter inde a ſeculo XVI. ubi *leges prouinciales* ſcriptae ac promulgatae publica principum ac ordinum auctoritate.

(7) Eſt tamen induſtria & conatus ſcriptoris probandus omnino. Quo cum nugae SPECVLATORIS utriusque non poſſunt conferri.

(8) Hodieque dicimus ſermone uulgi: *dem armen Sünder ſein Recht anthun*, ideſt, poenam ei & ſupplicium irrogare. Patitur poenam: *er leidet ſein recht.*

quod latro ſuſpenſus bene habuerit *ius ſuum*. *Ius* autem quandoque dicitur *uirtus*, tribuens unicuique quod ſuum eſt. Et hoc precipue attenditur in curia *laicali*, per quod debent contentiones ſingule terminari. Dicitur etiam ius *equitatis linea* litem dirimens querelarum; ſecundum quod *ius* dicitur feciſſe, qui *equitate* ſeruata litem terminauit. Dicuntur & *iura leges* & *conſuetudines* NORMANNIE, eo, quod querele per eas frequentius terminentur.

## CAP. III.
## De IVRISDICTIONE.

*Iurisdictio a) feudalis. b) commiſſaria.*

IVrisdictio autem eſt *dignitas* (9): quam eo habet quis, quod *tenendi ius* de querelis habeat poteſtatem. Quarum quedam eſt FEODALIS, quedam COMMISSARIA. *Feodalis*, autem eſt illa, quam habet quis ratione *feodi* ſui, unde ad ipſum pertinet: inſcribere de *querelis ex feodo* procreatis & etiam ſuper omnibus aliis querelis, que contra *reſidentes feodi* (10) procreantur. Exceptis ta-

(9) Moribus patriae, *iuris dicendi* & *iudicandi poteſtas* ſemper eſt cum *honore* & *dignitate* coniuncta. Hinc *integrae famae* uir dicitur: *Schopfenbar; Schopfenmaſſig*. Macula enim notatus non poteſt ſuſtinere ſpartam *iurisdictionis*. Inde omnia feuda iurisdictionis *nobilia* olim.

(10) Dicuntur *uaſalli* ideo *reſidentes*: quoniam nefas eſt, illos abeſſe de loco in feudum conuerſo, ſine *domini* conſenſu. Inde quoque ſynonyma: *reſidens* & *uaſallus*. Nam eſt ille inſtar hominis adſcriptitii glebae clientelari. Hodieque in multis Germaniae prouinciis non licet, *praedio* feudali utifruique uaſallo abſenti. Idem in hac ciuitate uolunt leges *ſalinariae*: ne *ſalinator uaſallus* urbe abeſſet; uerum lares & focos eidem perpetuo adfixos coleret aleretque. *Es darf keiner nicht pfannenvvercken; der nicht Feuer und Heerd, in einem eigenen ſchoßbaren Hauſe in der Stadt Halle Ringmauren gelegen, haelt*. Idem de *reſidentia canonicorum* eſt iudicium. Faciunt his legibus ac inſtitutis iniuriam: qui hoc tempore in uicimen

men illis, que ſpecialiter pertinent ad *ducatum* quod cum de *placito ſpade trattabitur* (11) plenius apparebit. *placitum* ſpadae.

## CAP. IV.
## De officio SENESCALI.

COmmiſſaria (12) uero *iurisdictio* eſt illa, que alicui *committitur* a principe uel a domino, ad quos dignoſcitur pertinere. Vt eſt illa, que committitur *balliuo* (13) uel *ſeneſcallo* ſeu *prepoſito* (14). Solus autem *princeps* plenam habet *iurisdictionem* (15) de querelis ad ipſum delatis omnibus *laicalem* (16) & de eis poteſt ius conquerentibus exhibere. Niſi ab eo *curia* (17) fuerit requiſita per talem, qui eam debeat *reportare* quod plenius cum de *curiis* tractabitur elucebit. *Iurisdictio* commiſſaria.

## CAP. V.
## De iuſticia & iure.

IVſticia uero *uirtus* eſt operantia iuris in homine a qua homo *iuſtus* dicitur. Dicitur quandoque *iuſticia* diſtinctio ex iure prorumpens, que habet fieri ſuper aliquem, ſecundum quod *Iuſtitiae* definitio & ſignificatus.

nia huius principatus agunt uaſalli, ne, bona pace ſoluere uiderentur *ſtipendium clientelare*.

(11) *Spada* idem, quam *ferrum*. Iura *ſpadae* & gladii iura ſynonyma. *Spada* hodieque in uernacula *ein Spahten*, *Spieſs*, cetera.

(12) Nam feudalis *dominii* ſpeciem habet. Eſt uero *commiſſaria* non *dominica*; ſed *adminiſtratoria*.

(13) *Balliuus*, praetor, iudex certi tractus, qui audit *Balley*.

(14) *Schalcus*, *ſchalck*, *ſchalch* in uernacula, idem quam curator, praefectus, uti rei *equeſtri*, *marſchalk*. Verum *ſeneſchalci* plerumque iidem, quam iudices *palatini*.

(15) *Supremam* dicimus nos, *die hoechſte Obrigkeit* vel etiam *die Landeshoheit*.

(16) Diſtinctam ab *eccleſiaſtica* & *clericali*.

(17) Vti in patria: ubi licuit olim a principis iudicio prouocare ad *prouincialia comitia*, *dem offentlichem Landtag*.

dicitur aliquos *iuſticiare* (18) homines ſuos. Et huiusmodi *iuſticia* fit per *captionem mobilium* uel *feodi* uel *corporis*. Iuſticia quandoque dicitur pene irrogatio promerite (19); ſecundum quod dicitur: uidi *iuſticiam domini regis* fieri cum uidi latronem ſuſpendi. Dicitur & iuſticia *balliuus* uel quilibet *ſubiuſticiarius* (20) alius, qui *ſubiuſticiandi* homines habeat poteſtatem. Secundum quod dicitur iuſticia domini regis tenet *aſſiſias*, in hac uilla principis. A modis omnibus frequenter utitur *curia laicalis*.

## CAP. VI.

## De iuſticiario & eius officio.

§. I.

IVSTITIARII

A Iuſticia uero *iuſticiarius* (21) nomen accepit eo quod *iuſticiandi* ſubditos habeat poteſtatem. Notandum ſiquidem eſt; quod *iuſticiariorum* quidam ſint ſuperiores, quidam inferiores.

a) SVPERIORES

§. 2. *Superiores* ſunt qui ab ipſo duce ſunt conſtituti ad gerendum curam terre ſue immediate ſub ipſo principe eis commiſſe curam & cuſtodiam gerentes ut magiſtri *ſcacarii* & *balliui* horum quidam ſunt *maiores*, quidam *minores*.

*maiores*

ſcacarius.

§. 3. *Maiores* autem dicuntur eo, quod maiorem habeant poteſtatem, ut *magiſtri ſcacarii* (22), qui poteſtatem habent corrigendi & emen-

(18) Id eſt, *iuſtitiam exercere*.

(19) In uernacula barbare: *iuſtificiren*, ultimum irrogare ſupplicium.

(20) In vernacula: *der Vnterrichter; Nachrichter*.

(21) Hodieque in uernacula adpellamus, *den Gerichtshalter*, iuſtitiarium, indeque *iuſtitiariatus*.

(22) *Scacarii* uerbum eſt admodum ſolenne *Normannis* ab iisque etiam *Anglis*. Eſſe ita dictos *iudices*, certiſſimum. Quo etymo, incertum. Si iidem quaſi *legati* principis ſiue *miſſi*: opinabile eſt, *ſcacarios* fuiſſe *die gedan-*

dandi quicquid minus iuſte factum fuerit per *balliuos*.

§. 4. *Balliui* autem dicuntur *minores iuſticiarii*, eo quod *minorem* habeant poteſtatem. Non enim extra *balliuias* eis commiſſas habent poteſtatem iuſticiandi (23). *minores*.

§. 5. *Inferiores* enim dicuntur omnes *ſubiuſticiarii* ſub *balliuo* conſtituti. Sic utique iuſticiarius dicitur *balliuus* patrie, qui inſtitutus a *principe* uel a *duce iuſticiandi* & ius faciendi ſubiecto ſibi populo obtinet poteſtatem. Qui ad conſeruationem *pacis*, terminationem querelarum extirpationem *latronum*, *homicidarum*, *incendariorum* & huiusmodi *maleficiorum*. b) *inferiores*.

§. 6. Eſt alius *prepoſitus*, ut iura ducis conſeruet & renouet iure mediante. Si quid de eis cognouerit, male fuiſſe alienatum (24). Ipſi inſuper leges & conſuetudines patrie tenetur fi- Prepoſitus *ducis*.

*ſandte* uel *die geſchickte*. Quoniam *mittere* idem, quam *ſchicken*. Vti enim *balliui* praetores aut iudices *ſingulares*, uni loco, pago, tractui dati, qui iudicare non poterant extra limites ſuae *balliuiae* ſiue praefecturae: ita *ſcacarii*, iudices *generales* per prouinciam & principatum uniuerſum neque circumſcriptum ullius loci limitibus. Quo enim *ſcacarii*, *die geſchickte* ſiue legati principales uenerant: ibi etiam ſedere potuerant pro tribunali. Et ita habuerant cum iudicibus ſingularibus *balliuis* concurrentem iurisdictionem. Vt adeo ſubditi uti poſſent uel ſuo *balliuo* ordinario uel *ſcacario* extraordinem. Sed unde quaeſo *balliuia*, *balliage*? In uernacula *beylage* idem, quam circumiacens aut circumſcripta & circumglobata regio, *vvas beyſammen lieget*.

(23) Eſt ergo hoc, quod dixi: *Balliuo* extra limites praefecturae non parebatur impune; ſed *ſcacario*, miſſo principali, undecunque ueniſſet, fuerat parendum, qua *iudici generali*, per prouinciam uniuerſam.

(24) *Scacarii* igitur ſeu *praepoſiti* ſiue praefecti ac iudices generales poterant *ſententias balliuorum* ſiue ordinariorum iudicum ſub examen mittere, corrigere, mutare, firmare & tollere.

deliter

deliter obſeruare & ſeruiens reddere ius populo ſibi ſubrogato. Hic autem premiſſa debent omnes *bailliui* in inſtitutione ſua iurare, quod ea fideliter obſeruabunt & *ſimiliter* omnes *ſubiuſticiarii*, quod ad *iuſticiationem* patrie fuerint inſtituti.

*Iuſtitiarius* §. 7. Ad *iuſticiarium* autem debent querimonie deferri. Ipſeque eas debet recipere & *plegios* capere de eis proſequendis & *dies* ad *placitandum* de eis aſſignare & de eis *curiam* tenere & quod iudicatum fuerit, facere obſeruari.

§. 8. Deficientes autem facere iuſticiari ea etiam, de quibus iudicium uel recordatio habet, fieri in *curia* debet *retrahere* uel *recitare treugam* dari facere, quod eſt aſſecuratio *pacis* obſeruande. *Nanta* (25) iniuſte capta facere liberari omnia autem eorum officia, ordine iuris ſeruato, debent exercere In *criminalibus* autem manifeſtis ſeu notoriis maleficiis nunciatos culpabiles, quos fama publica ſeu fide dignorum *teſtimonium* nunciat culpabiles, non expectato iuris ordine, debent *areſtari* & carceribus mancipari & exinde debent per iudicium tractari uim & uiolentiam facere amoueri. De quibus prout caſus ſe offerent plenius tractabitur in ſequendi.

*Subiuſtitiarii.* §. 9. *Subiuſticiarii* dicuntur, quod ſub eo ſunt inſtituti ad iuris officia exequenda. Quorum quidam *uicecomites* quidam *ſpade ſeruientes* quidam uero *bedelli* nuncupantur, quorum diuerſa ſunt officia, prout iuris exhibitio & pax proprie deſiderat obſeruanda.

(25) Pignora nunc *namta* iterumque *panda* dicuntur. Primum haud dubie a *nemen*, capere; ultimum a *pignerare*, *pfaenden*

CAP.

## CAP. VII.
# De officio VICECOMITIS.

§. 1.

OFficium autem *Vicecomitis* eſt; *placita* tenere *uias antiquas* & ſemittas & *limites* aperire. *Aquas* indebite transmotas ad curſum debitum inducere & de *malefactoribus* & *ſeditioſis* & multris & *defloratoribus* uirginum *uiolentis* & ceteris actibus *criminoſis* diligentes & ſecreto inquirere. Et quis ſuper hoc facto ſecreto ſcrutinio per ſacramentum plurimorum uirorum fide dignorum nec ſuſpectorum inuenerit culpabiles eos tamdiu *tenere* debet *carceri* mancipatos quousque ſe publice ſubiiciant *inquiſitioni* uel quousque per legem fuerint liberati & cetera iuris officioſa exercere uel adimplere. VICECOMITIS *munus.* *In criminalibus.*

§. 2. Huic ſubſunt SPADE SERVIENTES, qui uiſiores debent tenere & ſubmonitiones earum facere & precepta *aſſiſiarum* (26) & eorum que in iure decreta ſunt exequi & tenere & *namta* capta, ſeruato iuris ordine liberare & de una quaque *uiſioni* ſuſtentari XI. denarios habere & ſimiliter de una quaque *deliberatione mantorum.* Et ideo *ſpade ſeruientes* dicuntur, quod *malefactores* criminaliter inſequentes uel criminalibus maleficiis publice diffamatos uel profagos *ſpade, gladlo* ſiue armis debent uiriliter *iuſticiare* & ad hoc ſolebant principaliter inſtitui: ut pacifici & rigore iuſticie punirentur malefici per eos & iuris officia debent adimpleri quod clarius elucebit in ſequenti. *Ei ſubſunt* ſpade ſeruientes. *Etymon unde?*

§. 3 *Aquas* transmotas & curſus earum impeditos ad *curſum antiquum* reducere debent. Dum *Iura aquarum & fontium.*

(26) Poſſeſſionum. *Aſſiſia, beſiz; deſiſia, entſetzung.*

tamen

tamen earum *transmotio* alicui dampnum inferat. Si quis enim per terram ſuam aliquam *aquam* cuius ripa utraque in *feodo* ſuo fuerit conſtituta transuertere uoluerit; eam per *feodum* ſuum bene poterit transmouere. Dum tamen cum ex *feodo* ſuo exierit, eam in alueum introducat propter hoc tamen paſſo nemine detrimentum.

*Molendinorum.*

§. 4. Sciendum eſt: quod nullus *fluuium* aliquem in *ſtannis* uel *confosſis* ſuis detinere poteſt. niſi a *ſole occidente* usque ad *eandem orientem*. In *nouis* autem *ſtannis* ſeu *confosſis* uel excluſis non debet aliquis aquas detinere ſed fluxu continuo fluere debent ne *molendina* ſubpoſita uel homines in negociationibus ſuis ex eius detentione percipiant detrimentum, ut *tanatores* (27) *tinctores* & huiusmodi. Et ſi aquam detineant ad *ſtanna* uel *confoſſa* ſua adimplenda dampna, que *molendinarii* uel alii in curſu aque ſuppoſiti ex aque detentione eisdem reſtituere tenebuntur exinde *aqua* in curſu continuo permittatur.

Piſcaria.

Rotoria.

§. 5. *Piſcariam* autem uel *molendinam* nullus poteſt conſtituere, niſi ambe rippe fuerint ſiue in eius *feodo*, in quo habeat libertatem. *Rotoria* (28) autem in aquis defluentibus fieri non posſunt cum illis aquae frequentius corrumpantur, licet tamen de aquis per *foueas* factas in *feodis* ſuis

(27) *Tane* dicitur *color* ex fuſco & rubro mixtus. Inde *caſtaneum* dictum & *tannen* arbores. In uernacula forte his uicina: *tincher; tuncken; eintuncken*, licet aliquantum ſignificatus ſit mutatus.

(28) Haeret aqua gloſſatoribus, quid ſibi uox haec *rothoria*. Verum non difficile eſt hoc ad intelligendum ex more & lingua uernacula. Nam *cannabis* & *linum* fluuitatum, id eſt, in aqua ſeu fluuio maceratum hodieque dicimus; *roeſten, geroeſteter hanf oder flachs*. Inde *rothoria* eſt idem quam *eine roeſterey*. Id quod piſcibus admodum nocet. Adeo que etiam prohiberi debet ob cauſſam hanc.

poſſunt

poſſunt reducere que ad curſum defluentis non ualeant reuenire.

§. 6. BEDELLI (29) autem ſunt *ſeruientes minores*, qui namta (30) debent capere & officia *minus honeſta* exercere. *Minores ſubmonitiones* facere, de quibus quomodo in officiis procedere debeant prout caſus ſe offerant, plenius tractabitur in ſequenti. *Bedelli.* *Minores.*

## CAP. VIII.

## De iuſticia & *iuſticiatione* exercenda & quot & quibus modis debet exerceri?

§. 1.

IVſticiatio (31) eſt coartatio ſuper aliquem facta, ut *iuri* pareat ex *commiſſo*. Vnde patet, quod *iuſticiatio* non debet fieri, niſi *delictum* preceſſerit cuius ſatisfactio requiratur. *Iuſtitiatio.*

§. 2. Tria autem ſunt, propter que *iuſticiatio* eſt facienda. Videlicet *transgreſſio* termini prefixi contemtus *iuſticie*; irrogatio *iniurie*. *fit ob*

§. 3. Ex transgreſſione *termini* fit iuſticiatio cum alicui terminus aſſignatur & ad eum non accedit & ſimiliter de *terminis* fixis ad redditus reddendos. Si quis eos transgreſſus fuerit, redditus aſſignatos non reddens nec offerens *iuſticiandus* eſt, quousque ſatisfecerit competentes uel *plegios* (32) dederit ſuper hoc ſtandi iuri. Et *a) Transgreſſionem termini.*

(29) *Bedelli* haud dubie a *uocando* aut *citando* dicti, in uernacula *biethen, in das gericht gebothen.* Non igitur *bedelli* a pedibus; neque a rogando *bitten:* ſed potius ab *imperando* ſiue in ius uocando ad praetorem & , ni iuerit, conſtringendo compedibus.

(30) N*amta, nanta panda* idem, quam *pignora*, *die gepfaendet oder abgenommen.*

(31) In uernacula: *gerichtliche uerhafft*, *einziehung.*

(32) Id eſt cauerit praeſtiteritque *cautionem.* Nam *belegen* idem eſt, quam ſe obſtringere.

hu-

huiusmodi transgreſſiones *deffectus* (33) nuncupantur.

§. 4. Et huiusmodi *iuſticiatio* per captionem *nantorum* (34) uel alterius mobilis facienda eſt. ſi autem *mobile* in *feodo* non ualeat inueniri, per *feodum* facienda eſt iuſticiatio (35). Vnde ſciendum eſt, quod *tribus* modis poteſt fieri *iuſticiatio* uidelicet per *mobiles*, *feodum* & *corpus* (36). Et quibus caſibus fieri debet, patebit inferius.

IVSTITIATIO *in* *a*) *mobili* *b*) *feodo* *c*) *corpore*. b)Contemtu *iuſticia*, *qui quadruplex*.

§. 5. Nullus tamen extra *feodum* ſuum ſuam poteſt *iuſticiam* exercere. Sed ex *contemtu iuſticie* facienda eſt iuſticiatio. Cum aliquis *parere* iuri neglexerit & hoc fit *quadrupliciter*.

§. 6. Aut, quod per iudicium terminatum eſt, *infringendo*. Aut occupando *ſaiſinas* contra ipſum obtentatas & huiusmodi. Aut in eo, quod in iure per *manum* & in *manu principis* captum eſt, manum apponendo, vt in terris, que capte ſunt in *manu principis* per iudicium & huiusmodi. Aut iurisdictionem principis ad alium *deuoluendo*, ut querelas, que pertinent ad *curiam laicalem*, deducere uel transferre ad *curiam eccleſie* (37).

(33) Eſt hoc uerbum *Gallis* ſolenne in medio aeuo. Inde formulae; *ſoluere pro defectu numos*; id eſt *mulctam*.

(34) *Panda* idem, quam *pfand*; *namta*, idem, quam *captum*, *genommen*. Nam *pignora* ſolemus capere *ein pfand nehmen*.

(35) Nam in *pignoribus* capiendis is omnino requiritur ordo, ut incipiatur ab eo, quod *minus* & *facilius*.

(36) Olim enim rarior executio in *perſonam* aut corpus. Ex ratione patriae libertatis, cuius ſtudioſiſſimi fuere omnes gentes ſeptentrionales.

(37) Eſt enim *ſtatus publici* crimen, miſcere *iudicia* & limites turbare horum finium regundorum. Omni aeuo certe *clerici* id egerunt, ut, *iurisdictione*, quae olim illis nulla, in cauſis quibusdam indulta ſemel, deinceps illius limites ultra proferrent. Inde *imperii* & *ſacerdotii aeterna bella*, iurgia, aemulatio, ſtudia diuerſa. Quos crabrones irritare, hoc idem fuerat, quam turbare ſtatum reipublicae.

§. 7.

§. 7. In omnibus enim talibus caſibus *iuſticiandi* ſunt per *corpora* transgreſſores, eo quod contra *principis reuerentiam* hec aguntur.

§. 8. Aut ex eo quod uel *iudicium reſpuunt* expectare, propter quod per REM *querele* iuſticiandi ſunt & per *nanta*. Ex irrogatione uero *iniurie* quis *iuſticiandus* eſt, quando talem alicui iniuriam intulerit, ex qua *membrorum* ſequitur *dampnamentum* (38). Vt *mortem* uel *mehaignium* (39) uel enormem corporis *leſionem* & periculoſam de *morte* uel *mehaignio* & huiusmodi. Et in huiusmodi caſibus iuſticiatio per *corporis captionem* facienda eſt. *Iniuriae irrogationis.*

§. 9. Ex predictis autem patet, quod in ſimplicibus *querelis* de irrogatione *iniurie* & in querelis de *transgreſſione* terminorum facienda eſt: iuſticiatio per MOBILE (40) primo: Si autem per *mobile* iuri parere quis neglexerit, per *feodum* iuſticiandus eſt.

§. 10. Et notandum eſt, quod per *corpus* nemo iuſticiandus eſt, niſi in caſibus *criminoſis*, vel in quibus *placidum ſpade* fuerit (41). Vnde excel-

(38) Eſt enim terminatio *mentum* admodum familiaris barbaris populis, Inde *membramẽtitum* alia.

(39) Rectius, quam *Mahamio* uitium, defectus. Nam in uernacula dicimus ea, quae *laeſa* & mutilata *mangelhafft*. Inde formula: qui *mehamium* fecit, ideſt, corrupit, *durch einen zugefügten mangel oder ſchaden*. Hinc Italis *magagna*, *mangel* uitium.

(40) Sub hoc uerbo *mobile* non omnia bona *mobilia* intelligenda; uerum ea praecipue, quae nos dicimus *meubles, gerathe*.

(41) Repeti debent ea, quae dicta ſunt *n.* 36. Nam hodie *ſpadae* uel *gladii iura* ſeu *iurisdictio alta* aut merum imperium penes nobiles praediorum poſſeſſores (*ieder Landſaſß hat iezo faſt die hohe gorichte*). Sed olim non ſic. Nam *ſpadae* aut *gladii iura* neque penes principem ſolum: ſed de ultimo ſupplicio decernendum fuerat in plenis comitiis. Ne ſcilicet homini aut ciui uita eriperetur temere pollueretürque ſanguine humano reſpublica.

*LL. Normanniae* LVDOVICI PHILIPPI *regum. de non capiendo* NORMANNO *niſi ob* capitale *crimen.*

lentiſſimus *Francorum Rex* LVDOVICVS, poſt illuſtrem regem PHILIPPVM, (42) recordationis pie ſecundus, talefecit inſtitutum in NORMANNIA, quod omnes *bailliui* ſui iurarunt fideliter obſeruare. *Quod nullus de cetero in priſoniam mittatur uel captus teneatur, niſi pro cauſa, que pertineat ad* PLACITVM SPADE *uel pro re, que pertineat ad periculum membrorum ſuorum; & ſi pro alia cauſa aliquis fuerit captus, ſine aliqua exactione pecunie uel alicuius lucri recredatur per* PLEGIOS (43) *ſufficientes usque ad terminum competentem.*

*Non ob clamorem.*

§. 11. Item nullus occaſione *clamoris* illius, qui uulgaliter dicitur HARON, (44) de cetero puniatur, uel occaſione aliqua capiatur, niſi euidens fuerit cauſa & rationabilis, quare debuerit *clamari.*

*Sed tamen ob debitum* fiſcalinum.

§. 12. Preter hoc autem ſciendum eſt, quod pro *debito principis*, elapſo termino ſolutioni deputato, ſolet in debitores *iuſticiatio* fieri *corporis*, licet pro nullo alio debito debeat *corpus* hominis *iuſticiari.* Omnis enim in normannia iuſticiatio ad *ducem* pertinet perſonarum propter *fidelitatem*, quam ei tenentur ſinguli conſeruare.

§ 13. Ex quo etiam communiter uſitatum eſt

(42) Cum enim PHILIPPVS II. Galliae rex, Anglis eiectis, ſibi ad ſeruiſſet NORMANNIAE principatum armis an. 1189. hac lege eorundem ſibi ac poſteris ſuis conciliauit animos egregie. Cuius inſtituta ſecutus eſt Ludouicus IX. anno CIↃCCXLIII. forte eodem inſtaurato.

(43) *Plegii* iidem, quam *fideiuſſoret*, a *belegen* uel *pflegen.*

(44) *Haro* uel *haron* nomen ſuum haud dubie habet a *ſono*, quo populum commouebant homines rerum nouarum ſtudioſi. Inclamarunt enim ſtentores: *hier, har, hieher*, cetera. Solent Franci & Sueui hac uoce *boues* urgere ad trahendum currum, inclamando ſaepius: *har, har.* In cauſis ultimi ſupplicii, quod cum tremore fit tale incantamentum, a *zittern* dicitur *ein zettergeſchrey.* Quod, poena capitis, prohibitum, pace imperata, in actu ultimi ſupplicii irrogandi ne quis reum uel eximat ui uel irruat in carnificem.

in NORMANNIA, quod nullus poteſt ab aliquo homagium habere ſalua *fidelitate ducis Normannie*: quod etiam eſt in receptione homagii exprimendum (45). Vnde, nec aliquis in *normannia* hominis ſui corpus poteſt nec debet *priſonie* (46) *mancipare*, niſi coram eo de *latrocinio* fuerit conſequutus, uel in preſenti deprehenſus, uel eius *ſeruiens* fuerit: ut *prepoſitus*, uel *molendinarius* uel quocunque modo rerum ſuarum *receptorius*, quos *arreſtare* (47) poteſt, quouſque *compotum* debitum & *plegios* ſufficientes habuerit de iisdem (48). *Et in famulos ac miniſtros.*

§. 14 Ad *boſci* (49) etiam *forisfactum* (50) *garannie* (51) uel aquarum defenſarum uel *couſtume* decente uel *bladorum* (52) ſeu pratornm uel *Et in ſpoliatores deprehenſos.*

(45) Olim enim requiri poterat: utrum ſubditi nobilium *Dominis* ſuis addicti eſſent magis, quam *principi*. Vt ſeruire tenerantur etiam aduerſus hunc pro ſalute primi. An uero in diſcriminibus *nobilis domini* cum *principe* adeſſe deberent ultimo aduerſus primum. Quod hac lege nunc eſt deciſum in principis gratiam. In *Germaniae principibus* hoc nondum eſt confectum. Plures exiſtimant, uinculum ac nexum ſubditi erga ſuum principem & dominum territorii arctiorem eſſe, quam erga imperatorem, cui pareatur tantummodo, principe intermedio.

(46) *Priſonia* cuſtodia *a prehendendo* capiendo.

(47) Igitur a iurisdictione in *familiares* & *famulos* ad peregrinos nulla conſecutio. Dicimus nos iudicinm circumſeptum: *die zaungerichte; der hofzvvang*. Ceterum *areſtare* non minus germanicum. Faſcia enim *reſtis, eine reiſſe Flachs*, id eſt, lini aut canabis faſciculus colligatur.

(48) Vsque dum habuerit *plegium*, cautionem aut *plegios* fideiuſſores.

(49) *Boſcum* ſylua, in uernacula *Buſch*.

(50) *Forisfactum* eſt praeter ius & fas factum. Vnde *forisfactum eine befremdete that* id eſt iniuria damnum *unthat*.

(51) *Garannia* idem quam *guarandia, gevvehrung*, uallum *ein vvehr*. Ne aqua erumpat.

(52) *Blada* idem quam patens & planus campus, ager. In Germanico: *blatt land*.

aliorum huiuſmodi *foriſfactorum* poſſunt homines a dominis *feodorum* arreſtari, in quibus hec facta fuerint *foriſfacta*. Dum tamen ad preſens foriſfactum fuerint deprehenſi & tantum detineri quam *nanta* uel *uadia* (53) uel *plegios* habuerint de dampno illato reſtaurendo & emenda (54) ubi debet extorqueri.

*Alii peregrini reddendi.* §. 15. Si autem aliquo caſu alio pro facto criminoſo aliquis capiatur *iuſticiario* reddi debet *indilate* (55). Si autem *dominus homini ſuo* fecerit *iniuriam* ratione *feodi* ad *ducem* pertinet *curia* (56) de eodem, niſi dominus aliquis interpoſitus (57) eam requiſierit, qui iuriſdictionem habeat *feodalem*.

## CAP. IX.

## De liberatione *nantorum* & tempore *bannouii*.

§. 1.

*De pignoribus & pignoratione.* CVm *nantorum liberatio* per *iuſticiarium* habeat fieri & ad *iuſtitiationem* maxime pertineat: de *nantorum liberatione* conſequenter agendum eſt.

*Vt liberari debeant?* §. 2. Notandum ergo eſt, quod ſi quis hominis ſui *nanta* teneat, que non uelit liberare, per

(53) *Vadium* fidoiuſſio, cautio. *uadere vvaden* pro alterius debito aux lioqne eſſe.

(54) *Mulcta* iudici ſoluitur; *emenda* parti laeſae ad reſarciendum damnum illatum. Haud dubie uox barbaro latina; quaſi dixeris *redimere damnum*, id eſt, ſolueudo extinguere.

(55) Sine *dilatione* aut mora. Neque enim locus commiſſus delicti ſufficit.

(56) *Curia* hic idem quam *forum*, *iudicium*. Inde curia imperialis idem, quam *tribunal imperiale*. Id eſt *comitia*.

(57) Nam dantur *ſubdomini*, qui iudices habent non principem; ſed *dominum feudi* primum. Idque in ſubfeudis. Neque enim tum iudicare licet per ſaltum.

ducem

ducem uel eius *iuſticiarium* liberari debent in hac forma.

§. 3. Ita uidelicet, quod *iuſticiarius* ad *domum hominis* ſui *nanta* detinentem debet accedere & ei ex parte ducis precipere; ut *nanta* per *plegios deliberet* (57) & recredat. *Si quis capta pignora recuſet reddere?*

§. 4. Quod ſi dominus facere noluerit, iuſticiarius *plegios* (58) accipiat & *nanta* penitus extramittat (59).

§. 5. Vtrique parti diem ad prima *placita* uel *asſiſias asſignando* (60), niſi dominus aliquam cauſam propoſuerit, qua *nanta* non debeat relaxare, ſuper quo iudicium paratus ſit ſuſtinere.

§. 6. Et tunc ſuper hoc acceptis *plegiis*, de iudicio ſuſtinendo, dies debet, ut dictum eſt, *asſignari*. Si autem dominus uoluerit liberare; *plegios* capiat & recredat.

§. 7. Si quis conquerens dicat, alium *nanta* ſua cepiſſe in alieno (61) *feodo*; in quo nec poteſt nec debet capere. Cum nihil in eo teneatur de eodem & alius hoc deneget; ſe aſſerens, ubi poteſt & debet *nanta* cepiſſe requiſita, *plegios* debet iuſticiarius recipere de querente & *nanta* liberare & utrique diem *placitandi* aſſignare.

§. 8. Ipſis autem in iure conſtitutis ad diem & audita, prout decet, querimonia & negato ab aduerſario ſe ea tali loco cepiſſe; licet aſſerat ſe ea tali loco cepiſſe, in quo ea capere poteſt & debet. Si, quod negatur, non offerat *desraiſnare* (62),

(*) *Panta* ſiue *nanta* pignora. *Deliberare*, *loſen* redimere. *Recredere* idem, quam reddere.

(58) Fideiuſſores.

(59) Recipiat.

(60) Id eſt uocando in *ius* aut adſignando poſſeſſionem.

(61) Nefas enim eſt, *pignorare aliquem* (*iemand pfanden*) in territorio alieno. Quoniam ſpecies eſt iurisdictionis priuatae, indulgendae nemini, niſi in ſuo.

*re* (62) *emendabit* (63). Si uero *desraiſnare* obtulerit, inſpectio loci aſſignetur, in quo non potuit capere nec debuit hec predicta.

§. 9. Attendendum ſiquidem eſt; ſi *querulus teſtem* non habuit ſuccumbet de querimonia prenotata.

§. 10. Ad *inſpectionem* debet querulus demonſtrare locum, in quo dicit ſua *nanta* capta fuiſſe. Facta autem iam inſpectione & partibus ad *curiam* iam reuerſis (64) ſi *querulatus* reſpondeat, ſe loco cepiſſe *nanta* demonſtrato, aſſerens, ſe ibi ea poſſe capere & debere in ſuo *feodo*. Alter deneget *terram ſuam* eſſe & ipſum nullum habere *dominium* in eadem cum de ipſo nullo modo teneatur & aſſerat; ſe eius *ſaiſinam* habere, cum in ea aduerſarius *nanta* cepiſſe ſua fateatur. Ille enim habet terre *ſaiſinam*, qui eam per ſe uel ſuos *posſidet, metit, laborat*, vel *fructus* percipit aut *prouentus*, unde remanebit in *ſaiſina* & alius in *emenda*, qui *nanta* cepit iniuſte. Niſi per *breue* noue *deſſaiſinationis* (65) uel legem apparentem *ſaiſinam* uel ius ſuum probare obtulerit.

*Quid ſi litigent an pignoratio ſit facta in terra propria, an aliena?*

*Iudica poſſeſſionis. Effectus* desraiſinae *ocularis inſpectionis.*

§. 11. Si uero negauerit ſe *nanta* cepiſſe in locis demonſtratis & *desraiſnare* obtulerit: *desraiſina* eſt recipienda (66). Quem ſi adimpleuerit & nanta reſtituentur, de quibus *plegios* habebit

(62) *Desraiſnare* idem, quam *inſpectione oculari* uti: Forte a Germanico *reiſen*, ſe in locum contro uerſum conferre. Nam *raiſa* ſiue *reiſa* medio aeuo iter.

(63) Soluet *emendam*, ſi detrectet inſpectionem ocularem. Id eſt, laeſae parti faciat ſatis.

(64) Iudici enim debent *reuiſores* referre de eo, quod uiderunt & annotarunt.

(65) *Deſſaiſinatio* eſt deiectio de poſſeſſione. *Wann er des gehabten beſitzes wieder entſezet.* Igitur in hac cauſa *ſummaria* reſpici debent actus nouiſſimi.

(66) Ad locum litigioſum inſtituendum *iter, raiſa*. Siue, quod idem *deſraiſina* eſt ſuſcipienda *inſpectione oculari*.

ante-

antequam *recredantur*, faciendi quod iuſtum fuerit. Nec enim ei oportebit monſtrare, ubi cepit, cum eius aduerſarius ſuccubuerit in querela, ſuper qua eundem accuſabat.

§. 12. Notandum eſt autem; quod *ſeruiens*, qui ad hoc officium acceſſerit *XI. denarios* de querulo accipiet pro *deliberatione*.

§. 13. Si autem plura *nanta* uel in pluribus locis per unum aduerſarium detente fuerint, per unam tantum liberationem debent omnia liberari. cum ſint per unum querulum requiſita. De una enim querimonia inter unum *querulum* & *querelatum* unum ventilata, ſuper nantorum liberatione, una erit liberatio *ſeruientis*. Quot autem fuerint *queruli* vel *querimonie* vel *querelati* tot erunt liberationes ſeruientis. *Honorarium ſoluendum inſpectoribus.*

§. 14. Sciendum eſt etiam, quod ſi quis nanta in feodo ſuo cepit, ea tali loco debet detinere, ad quem *iuſticiatus* (67) poſſit ſufficienter accedere ad *nanta* de uictualibus prouidenda & redire ſemel in die in locum, in quo nanta capta fuiſſe, perhibentur.

§. 15. In locis etiam magis *extraneis* (68) non debent queri *nantorum* detentores nec *nanta*, que ceperunt detineri; & ſi *nantorum detentorem* inuenerit *ſeruiens* in dictis locis & vicinioribus vel eius *attornatum* prepoſitum vel *ſeneſcallum*; forma *nanta* liberet ſupra dicta. *Pignora non detinenda in locis remotis.*

§. 16. Si uero nec eos nec *nanta* inuenerit

(67) *Iuſtitiatus die geſamte* gerichte, *vvelche zum augenſchein gehoehren.*

(68) Poſſet enim pignorans abducere res *pignoratas* in locum admodum remotum; ut laeſo eſſet *desraiſina* (*die reiſe*) iter ad inſpectionem ocularem eo difficilior. Vt adeo deterreatur multitudine impenſarum.

per ſe uel per alium firmiter *inſticiet* detentorem, quousque *nanta* fuerint liberata.

*Inueſtigatio domus per* lançem & ciceum. §. 17. Si uero non inuenerit ad *habitatorem domus*, in qua *nanta* detinentur, accedat, faciens illud idem, quorum ſi nullum inuenerit acceptis *plegiis nanta* deliberet.

*Alimenta pro* animalibus pignoratis. §. 18. Notandum eſt itaque, quod *nantorum* detentores ea de *victualibus* (69) non tenentur procurare, de locis tamen detentioni competentibus tenentur eisdem prouidere ne per *inopportunitatem* locrum uel *maleficiorum* detinenti non recipiant detrimentum.

§. 19. Si uero detentores *nantorum* negauerint, ſe ea habere uel tenere, acceptis *plegiis*, de *inquiſitione* ſuper hoc ſuſtinenda, uel facienda, uterque ad *placita* adiornetur uel ad *aſſiſias* (70).

*Recuſans* pignora *reddere*. §. 20. Si *conuictus* per inquiſitionem fuerit, qui *nanta* cepit ſupradicta, & ea reſtituat & grauiter propter hoc *puniatur*. Licet enim hoc *furtum* non dicatur: *furti* tamen *ſaporem* videtur retinere.

§. 21. Si autem inquiſitio ipſum *nanta* non cepiſſe declarauerit: *querulus* graui *emenda* pro falſitate *clamoris* (71) condempnetur. Si tamen inquiſicio in non ſcire redigatur, *querulus* tanquam *furtum nanta* ſua poterit *reclamare*, ſi ipſa non ualeat inuenire & ſi inuenire poterit, tan-

(69) Intelligit in criminalibus pignoratis *das futtergeld*. Quod illi, qui in bona cauſa, omnino licet repetere.

(70) Igitur *pignorum liberatio* uel *plegiis* aut datis fideiuſſoribus fieri poteſt uel illa differri ac deduci in iudicium.

(71) *Clamor* idem, quam *actio* in iudicio inſtituta. *Querulus* eſt *actor*. *Querulatus* eſt reus. Hinc hodieque in quibusdam tribunalibus receptum uſu; ut in remedio *querelae* uel *nullitatis* formula ſit haec: *querulanten eines; querulaten andern theils*.

quam res ſuas, *adiratas* (72) ipſa poterit *recla-* Adirata,
*mare* & per uicinii teſtimonium ſua eſſe pro- *verirrat.*
bare.

§. 22. Cum quidam & ſiquidem ſubdantur domino *mediate*; quidam uero immediate; dominus in terris, que de eo tenentur, ſemper poteſt *nanta* pro iure ſuo capere eorum, qui eam tenent & cum ea *replegiauerint* (73), iuri parere in *curia* ſua, prout ius dictauerit, tenebuntur tam mediate ſubditi quam immediate.

§. 23. Nullus autem *nanta* eorum, qui nichil tenent de *feodo* ſuo nec ei *ſubduntur* in aliquo, capere poteſt uel tenere, niſi ea inuenerit ad preſens *forisfactum* in feodo ſuo (74). Vt addam *pui-* *Reſtitutio*
*ficationem* (75) *pratorum*, *herbagiorum* & alio- SPOLII *co-*
rum fructuum uel *coſtume* (76) uel *pagii* (77) uel *ſtume*;
*colinii* (78) uel aliorum huiusmodi, que debent *pagii*, *colinii.*
*emendari* uel perſolui, prout requirunt uſus temporum & *conſuetudines* villarum, mercatorum, nundinarum & *paſſagiorum*.

---

(72) *Adirata* res quaenam ſit, diſputatur. Mea opinione idem eſt, quam res per ignota loca *errans*, *ſachen, die ſich verirret und verlohren haben.* Vt aliis coniecturis, ex Latio petitis opus non ſit.

(73) *Plegium* fideiuſſio: *plegiare* fideiubere; *replegiare*, fideiubendo reuocare, id eſt, liberare per *plegium*.

(74) Deprehenderit in delicto idque in loco, ſuae iurisdictioni ſubiecto. Ius enim *euocandi* aut in loco *alieno* pignorandi indulgetur nemini.

(75) Scriptura codicis clara eſt; ſed verbi etymon me latet.

(76) *Coſtuma*, *couſtumes* eſt conſuetudo, *uſus*. Inde *uſu* receptus *cenſus* dicitur *coſtume* & *coſtumarii* iidem, qui cenſitae. Dubito, num a *conſuetudine* repetendum etymon; an uero a uoce *Koſt*, *Koſtarii*, quaſi illi, qui, cenſus loco, praeberent ad uictum neceſſaria.

(77) *Pagium* idem, quam praeſtatio *nummaria*, *geldzinſen*. *Paiare* enim *paier* idem, quam ſoluere. Vel a *pagis* repetat quis. Quaſi hi cenſus illorum, qui agunt ruri.

(78) *Colonorum*, operae tribu-

§. 24. Si autem querulus propter liberationem *nantorum* ſuorum ad terminum defuerit aſsignatum, captori debent *nanta* reſtitui eorumdem. Si uero captorum defuerit querulus; *nanta* ſua in pace retinebit & ſine aſſignatione diei recedet: ſuper hoc contra *captorem* etiam non poſtea hoc uſurus.

§. 25. Agere tantum poterit contra ipſum, ut dampna eidem, que ex captione *nantorum* ſuſtinuit refundantur.

*Terrae a) defenſiuae*

§. 26. Quodam enim tempore terre ſunt *defenſiue*, quodam *communes*. *Defenſiue* (79) ſunt, omnes terre culte, quarum fructus per *beſtiarum* acceſſum lederentur & de facili perirent. Terre uero *uacue* a medio *marcio* usque ad *feſtum* ſancte *crucis* in *ſeptembri* defenduntur. Alio vero tem-

*b) communes* *Tempus* bannouii

pore ſunt *communes*, niſi *clauſe* fuerint vel ex antiquitate *defenſiue* (80) ut haie & huiusmodi. Tempus autem, quo terre ſunt *communes*, tempus *bannouii* uulgaliter nuncupatur (81). Quo tempore animalia *ſine paſtore* depaſcunt *herbas* per cam-

*Animalia nullum habentes* bannouium. *Caprae.* *Porci*

pos communes decurrunt. Quedam tamen ſunt *animalia* que nullum habent *bannouium*; ſed omni tempore debent *cuſtodiri* & ad dampna illorum detineri. Vt *capre*, que corrodunt germina uinearum, productiones arborum. Et *porci*, qui

ta angariae. Alibi pro *colinio* legitur *colonaticum*.

(79) Quaſi cincta ſepimento *gehegt Feld*: cui opponitur campus patens, *das offen*, *eroefnet*.

(80) Nemini enim eſt integrum, ſibi tribuere & adſerere, quod omnibus eſt commune. *Die gemeine anger*.

(81) *Bannouium* a banno, Igitur ſignificatus, primo intuitu, aduerſa, eſſe uidetur: ut *bannouium* idem ſit, quam *banno prohibitum*. Verum uox contracta a *bannfrey*; quaſi *liberum* banno, id eſt, ſine banno. Igitur terra, quae nullum habet *bannouium*, *die keine bannfreyheit hat*.

ſata & prata ſuffodiunt & omnino omnia animalia *fraiteria* (82) & *maleficioſa*, que ſemper debent cuſtodiri & dampna, que faciunt reſtitui. *Fraiteria.*

§. 27. Nullus in tempore *bannouiis* (83) terram ſuam poteſt *defendere*, niſi *clauſa* fuerit, exceptis illis defenſis *boſcorum* (84) que ex uſu *conſueto* habent *ſeparatam* defenſionem. A terris eciam, in quibus *ſeges* eſt apparens, que per *aueria* (85) poſſet peiorari, amouendum eſt *bannouium* nec in eis debet haberi.

## CAP. X.

## De iudiciis & qui poſſunt eſſe IVDICES & per quos BARONES habeant *iudicari.*

§. 1.

IVdicium autem eſt ex propoſitis in iure ab aduerſis partibus & reſponſis *ſententia* a iudiciariis promulgata. Iudicium *ſententia.*

§. 2. *Iudiciarii* ſunt *diſcrete* perſone & *autentice* (86), qui *iudicium* proferunt in *curia* de auditis. Vt *archiepiſcopi* (87) *epiſcopi* & eccleſiarum cathedralium *canonici* & alie perſone, in ec- Iudiciarii *i. e. iudices.*

(82) *Fraiteria*, nociua *animalia*, herbas & agros uaſtantia & uertentia. *Fraiſch* in uernacula *pein*, damnum. Vel a deuorando *fresſigte thiere.*

(83) Quamdiu durat libertas, agendi greges per campos *die zeit der bannfreyheit*: non debent illi ſepiri aut claudi.

(84) Nam de *ſyluis* ſeu *boſcis* iudicia alia. In illas enim agere non licet pecudes eo tempore, quo primum caeſae arbores ſolent ſuccreſcere.

(85) Animalia dicuntur *aueria*, quae agunt in campis. *Die auf der vveyde oder maſt gehen.* Et diſtinguuntur ab aliis, qui iuga tolerant & labores. Forte *haberuihe*; *maſtuihe.*

(86) Viri *plenae fidei*, *ehrliche biderleute.*

(87) Imo *clerici* in iudiciis tenuerunt *primas*: quoniam illi ſoli fere *litterati* & iura docti.

*PERSONAE habiles ad rem iudiciariam*
*a) eccleſiaſticae.*
*b) ciuiles*
*c) militares*

cleſiis dignitatem obtinentes, *abbates* & *conuentuales*, *priores* & *rectores* eccleſiarum, quos *fama* diſcretionis ac *honeſtatis* fide dignos efficit ac commendat.

§ 3. BALLIVVS (88) ſiquidem atque *milites* omnes ac *ſeruientes ſpade* 89) principales & *ſeneſcalli* baronum, quos honeſtas & diſcrettio fecerit fide dignos.

§. 4. Nullus ſiquidem predictorum a *iudiciis* eſt repellendus, niſi *querela* (90) ſua fuerit propria, uel partem habuerit in eadem, uel eam duxerit in *curia*, uel fuerit de ea attornatus, uel conſilium aut *teſtimonium* tulerit de eadem.

IVSTITIARIVS *idem*, *quam* ſyndicus *in iudiçum collegio.*

§ 5. *Iuſticiarius* (91) uero eis uerba, de quibus iudicium faciendum eſt, in *audientia* partium debet retrahere per uerba eadem; quae ab aduerſis partibus fuerint propoſita & reſponſa, nihil addito, uel ſubtracto, uel immutato, per quod *queſtionis* & *reſponſionis* in iudicio uentilate ſententiam ualeat immutare. Si uero aliqua pars *iuſticiarium* dixerit iudicii materias non bene *retractaſſe* per recordationem *curie* ſunt uerba huiusmodi contentionis *retrahenda* (92

*Fidei praeſumtio cedit ueritati.*

(88) Nam hi ex ordine ciuili eoque honeſtiori.

(89) Quoniam olim nulla ex hoc munere macula. Poſtea uero *ſpadae ſeruientes*, *die blutgerichts-bediente* ad tribunalia non admiſſa.

(90) Ne iudex eſſet in propria cauſa auctorque in rem ſuam.

(91) Hodieque *iudicium* conſtituunt *ſcabini adſeſſores*. Sed *iuſtitiarius* eſt inſtar *ſyndici*, qui dirigit proceſſum &, ſi quando in iure haerent, illud eis ſuggerit. Ipſe enim ſuffragio deſtituitur. In illis tamen tribunalibus, ubi omnes adſeſſores iura docti, ſparta *ſyndici*, ſiue iuſtitiari, expirauit.

(92) Syndici olim fuerat, dicta factaque litteris adnotare, *er muſte das protocoll halten*, quod hodie eſt *ſecretarii*. Licet igitur iſti protocollo multa plenaque fides; cedere tamen haec debet ueritati.

§. 6.

§ 6. Si uero recordatores ad *querele* deductionem preſentes affuerint & uerba de quibus debet fieri iudicium audierint diligenter, non eſt opus ut amplius *retrahantur*; ſed proferant *iudicium indilate*. Iniuncto tamen prius eis *balliuo* ſuper fidem & *ſacramentum*, quam tenentur PRINCIPI NORMANNIE obſeruare: quod iuſtum proferent iudicium de *auditu*, prout eis *mentis intencio* indicabit; (93) lege tamen patrie conſeruata.

*Plus* iudicibus *credendum, quam* iuſtitiario.

*Dummodo illi iurent.*

§. 7. Quod itaque communi *aſſenſu* iudicauerint, teneatur: Si uero *diſcordes* fuerint, quod a pluribus & *diſcretioribus* (94) iudicatum fuerit, obſeruetur: Si uero diſcretiores uel *maiores* (95) *pauciores* fuerint, ad alias *aſſiſias* (96) iudicium prorogetur uel ad *ſcacarium* (97) ſi neceſſe fuerit. Vt multorum ſententiis declaretur.

*Si* ſuffragia *diuerſa.*

*Dilatio in conuentum* ſequentem.

*Scacarius dictator.*

§. 8. Exceptis tamen, illis caſibus in quibus mora generans periculum, *querele* ad alium rem deuoluit. Quod patet in contencionibus de *preſentacione* eccleſiarum. Si enim huiusmodi contentio ultra *ſex menſes* durauerit (98): *dioeceſanus*

*Niſi* mora *neceat; et ius* deuolutionis *cunctante* eccleſia.

Si igitur partes aut adſeſſores illud uocauerint in dubium: res mittenda ſub examen, neque credendum uni *ſyndico* aut *ſecretario* plus, quam multis collegis. Quod tamen fides *iuſtitiarii* uel ſecretarii iurata, *er iſt zu haltung des protocolls vereydet*: hinc eius in hoc negotio maior fides, quam unius ex collegio.

(93) Eſt igitur in iudicando conſulenda *ratio*; uerum haec *legi* cedit *poſitiuae* in ſtatu ciuili.

(94) Sunt haec ſemina diſcordiarum; ſi ſtari debet ſuffragio ſaniori. Quisque ſibi ſapere uidetur neque ullus dixerit ſuffragium ſuum inſanum Igitur tum uel *pluribus* & *maiori* parti eſt locus faciendus uel *ſeniorum* numeris.

(95) Seniores.

(96) Id eſt *ſeſſiones* & conuentus ſequentes. *Aſſiſia* ergo eſt *poſſeſſio* atque etiam *conſenſus*.

(97) *Scacarii* etymon ſupra oſtenſum. Quodſi igitur *iudices ordinarii* conuenire inuicem nequeant: tum *iudici palatino*, ſiue *miſſo* principis, cauſa demandanda extra ordinem.

(98) Eſt hoc *ius deuolutionis*. Vbi ſi inferior uel negligens fuerit uel ſibi non conſtiterit in decer-

eam

eam conferet *epiſcopo* cui ſue placuerit uoluntati, propter quod *iuſticiarii* ſollers diſcretio, quod a pluribus & *diſcretioribus* non ſuſpectis fuerit iudicatum, debet facere obſeruari.

IVDICES *ex ſcientia & conſcientia.*

§. 9. In *iudiciis* autem nullus aliquid debet proferre contra *conſciencie* ſue puritatem. Amore ſiquidem, fauore uel odio nullus ab eo deflectatur. Quod ei proprie ductu intencionis ius eſſe uidetur, ne *perfidie macula* ex hoc ipſum reprobum efficiat & *infamem* (99).

IGNORANTIAM *eorum ſyndicus emendet.*

§. 10. Si uero *iuſticiarius* iudicantes in iudicio faciendo, *ignorantia* (100) aut *malicia* errare perceperit, licet omnes (101) conſenſerint, in eodem illud debet ad alias *aſſiſias* (102) prorogare, in quibus *ſanioris* & *diſcretioris* conſilii ſentencia eſt uidenda.

*Suſpecti.*

§. 11. Licet autem in *iudiciis* amore *fauore* uel *odio* ſuſpectorum audiatur ſententla; contra tamen *non-ſuſpectorum* ſentenciam pondus fidei debet & reportare.

§. 12. Si autem *iuſticiarius* iudicium prorogare

nendo: cauſa deuoluitur ad ſuperiorem. In Germaniae epiſcopatibus ſolet dubitari ideo, ad quem ius dandi epiſcopum deuoluatur, capitulo cunctante. Statem egomet pro imperatore. Quoniam *primo* ille confert *principatum die weltlichkeit.* Deinde olim etiam ſpartam ſacram epiſcopis contulit idem.

(99) Patrio certe iure nullum delictum fere grauius, quam, in *ſententia ferenda*, iudicio uti odio aut amore corrupto infectoque.

(100) Oportuerat hoc olim euenire ſaepius. Nam iudices iura non in ſcholis docti fuerant: ſed uſu illa cognouerant. Quapropter omnino poterat *ſyndicus* aut *iuſtitiarius* aurem iudicis ſaepius uellicare. Idem hodie fit: *academicis rectoribus res iudiciaria demandatur*, qui a iuris diſciplina omnino alieni.

(101) Eſt enim ſententia contra ius in theſi, quod dicitur, lata, caſſa & nulla ipſo facto.

(102) Seſſionem ſequentem.

uolue-

uoluerit, in quo omnes concordant in *curia aſſiſtentes*, efficacem debet rationem proponere, per quam eorum ſaiſina debeat infirmari.

§. 13. BARONES autem per *pares* (103) ſuos debent iudicari: alii uero omnes per eos, qui non poſſunt a iudiciis amoueri. BARONVM *iudices* pares curiae.

## CAP. XI.

# De *conſuetudinibus* LEGIBVS & uſubus ad DVCEM pertinentibus.

§. 1.

COnſuetudines uero ſunt *mores*, ab antiquitate habiti, a *principibus approbati* (104) & a *populo* conſeruati, quid cuius ſit, uel ad quem pertineat, limittantes. *Conſuetudinum definitio.*

§. 2. Hec poſſeſſiones appropriant & iura introducunt, ipſis caſu mutatis, iura mutantur & uariatis, uariantur & innouatis, innouantur. *Effectus.*

§. 3. Conſuetudinum quedam ſunt *ſpeciales* quedam *communes*. *Speciales* autem ſunt, que iura *unius perſone* vel tanquam unius perſone *propria* introducunt: ut principis, *uille* & *ciuitatis*. *Communes* autem dicuntur conſuetudines, que *iura communia* introducunt. Inter quas primo a- *Diuiſio in a) ſpeciales* *b) Communes.*

(103) Forte hoc uniuerſim uerum fuerat de omnibus *landſaſſii* nobilibus; praeſertim in cauſa clientelari.

(104) Iure Romano ad *conſuetudinem* ſatisfuerat principis *tacita* uoluntas conſenſusque: uerum ille in noſtris principatibus non ſufficit, ubi legislatoria poteſtas non *principis* ſolius, ſed *ordinum* ſimul in comitiis. Igitur eſt opus utriusque uoluntate in legibus & ſilentio utriusque in conſuetudiue. Alterutrum ſatis non eſt.

gen-

gendum eſt de *ſpecialibus conſuetudinibus* & primo de illis, que uidentur ad *principem* pertinere.

## CAP. XII.

# De dignitate PRINCIPIS.

### §. I.

*Galliae Rex* NORMANNIAE DVX.

DVx autem NORMANNIE ſiue *princeps* (105) dicitur, qui totius ducatus obtinet *principatum*: quam *dominus rex* FRANCIE ſibi dignitatem retinet. Cum ceteris *honeribus*(106), ad quos prouectus eſt, ipſum domino promouente, ex quo ad ipſum pertinet & patrie pacem conſeruare & iuſticie *uirga* populum corrigere & equitatis *linea* contentiones ſingulas terminare.

*eius officium.*

*Cuius eſt* malis *irrogare poenas.*

§. 2. Vnde debet per *iuſticiarios* ſibi ſubditos, ut regimine iuſticie & pacis tranquillitate populus ſibi gaudeat ſubrogatus, *latrones, robatores, incendiarios, homicidas, uirginum* iniurioſos *deflo-ratores* & *raptores* mulierum & *mehaignatores* (107) & ceteros publice *ſeditioſos* & alios *publice*

(105) *Ducis* uox ſignificatus *multiplicis*. Francorum in prouinciis *praeſides*: Germanorum, domini regionum ac *principes*. Sed etiam ultimus ſignificatus aliquo tempore in Gallia. Nam *Merouingis* degenerantibus ſibi omnem poteſtatem in prouinciis adrogarunt *praeſides* ſeu duces. Quos tolerauit *Pipinus*; ſed deſtruxit in ordinemque redegit Carolus M. Quid autem de Normannia. Hanc inuaſerunt populi ſeptentrionales ſibique adſeruerunt, a regno Galliae auulſam. Sed PHILIPPVS II. Galliae rex anno CIↃCLXXXIX. Normanniam recuperauit, pulſis & eiectis Anglis: qui poſt iuri, quod habuerant, miſere nuntium.

(109) Neque enim e re ſua crediderunt Galliae reges, *Normanniae ducem* nominare peculiarem. Fuerat magis conſultum, Normanniam Galliae innectere iure poſtlimii. Sed tamen relictis populo priſtinis legibus ac inſtitutis.

(107) Dictum de uerbi *etymo* n. 39. Sed requirit illud indagationem curatiorem. Interim *mehaignatores* iidem, quam *uaſtatores verheerer*.

*inſa-*

*infamie* ſubiacentes, unde uite uel membrorum reportare debeant *dampnamentum*, querere, capere ac firmis *carceribus* detinere; donec ſuorum perceperint *ſtipendia* delictorum (108).

## CAP. XIII.

## De LIGANTIA uerſus *ducem* (1) & fide inter *dominos* & *homines* (2) obſeruanda.

NORMANNIAE feuda ligia *aduerſus* mortales; *non* ſpectra *aut* daemonem.

LIganciam (3) autem ſiue legalitatem de omnibus *hominibus* tocius prouincie debet habere (4). Ex quo ei tenentur contra omnes homines, qui mori poſſunt & uiuere (5) *proprii corporis* prebere *conſilii* & *auxilii* iuuamentum. Et ei ſe in omnibus *innocuos* exhibere, nec ei aduerſantium partem in aliquo confouere. Ipſe nemeciam eosdem tenetur *protegere* ac defenſare eos-

(108) Ibi in uernacula dicimus pro punire *ihm ſeinen lohn geben; ablohnen.*

(1) De nexu erga principem; officiis ſubditorum & clientum.

(2) Vtrumque nomen hic accipiendum in ſignificatu non vulgari; ſed *beneficiario* & feudali. Quo *homo* dicitur uaſallus: dominus idem, quam *ſenior; ſeigneur* ſui clientis.

(3) Eſt barbara uox *liga, ligantia, ligium*, pro *nexu*, vinculo, obligatione, foedere.

(4) Ducis ſeu principis Normanniae uerbum eſt hic omnino ſupplendum.

(5) Habet haec formula multum momenti. Nam uaſallus tenetur domino ſeruire aduerſus *hoſtem* quemcunque. Verum in aliquibus prouinciis exceptae fuerunt perſonae 1) *imperatoris* 2) *papae*, cetera. Quae feuda tum dicta *non-ligia*, id eſt, *non obligatoria* aduerſus quemcunque. Vt igitur omnis dubitatio tolleretur, eſt hic clare definitum: neminem excipiendum, qui mori poſſit. Eſt enim & *papa* in *mortalium* numeris. Sed quid de *cacodaemone*, *ſpectris*, ſi principis palatium illis eſt infectum, ut adeo *uigiliae* requirantur a uaſallis? Diſſipabit has *umbras* rectior de *ſpiritibus* doctrina: ut adeo opus non ſit ferro.

que ſecundum *iura* conſuetudines *&* *leges* patrie pertractare (6).

## CAP. XIV.

# De FIDELITATE principi debita.

§. I.

Normanniae *fides iurata.*

FIdelitatem autem tenentur omnes *reſidentes* (7) in prouincia duci facere & ſeruare. Vnde tenentur ei ſe *innocuos* & *fideles* in omnibus exhibere, nec aliquod contra ipſum incommodum procurare, nec eius inimicis manifeſtis prebere contra ipſum conſilium uel iuuamen.

*Crimen* laeſae maieſtatis.

§. 2. Et qui ex hoc inuenti fuerint ex cauſa manifeſta notabiles *traditores* (8) principis reputabuntur & omnes eorum *poſſeſſiones* perpetue principi remanebunt, ſi ſuper hoc conuicti fuerint dampnati.

§ 3. Omnes enim in *normannia* tenentur principi fidelitatem obſeruare. Vnde nullus *homagium* ac *fidelitatem* alicuius poteſt recipere, niſi *principis ſalua fidelitate.* Quod etiam eſt in receptione eorum ſpecialiter exprimendum (9).

*Ordinum feuda* non ligia.

§. 4. Inter dominos autem & alios homines fides taliter debet obſeruari: quod neuter in perſonam alterius *corporalem uiolenciam* ſeu percuſſi-

(6) Inde formula: *getreuer herr, getreuer knecht.* In *beneficiatis* feudis illius abuſus.

(7) Incolae omnes. Ne quidem exceptis *clericis* etiam *regularibus.* Qui tamen alii iurare nolunt, quam *epiſcopo* aut *prouinciali antiſtiti.*

(8) Idem, quam *proditor.* Nam *proditor* a prodendo, qui propalat ſilenda; ſed *traditor* a tradendo eum, quem debuerat tueri. Primum ergo *animi;* vltimum *corporis.* Sed uſuaeui huius utrumque idem.

(9) Omnia itaque feuda *ligia*: idque *re* & *uerbis* ac formulis. Sed ordinum Normanniae feuda *nonligia* pari modo; quod in omni nexu excipi debeat fides & ſeruitia principi exhibenda & praeſtanda.

onis

onis innectionem cum uiolentia debet irrogare (10). Si quis enim eorum de hoc fuerit accuſatus in curia & conuictus; *feodum* omnino tenetur amittere. De quo fidem tenebatur obſeruare. *Imo ſine uiolentia.*

§. 5. Si autem in *homine* hoc idem fuerit manifeſtum; & *terra* & *iure* illius priuabitur, que *domino* remanebit: & hoc ſane intelligendum eſt, ſi ſuper hoc in curia conuicti fuerint euidenter, prout *uſus normannie* hoc requirit. *Etiam in ſubuaſallis.*

## CAP. XV.

## De MONETAGIO normannie & qui debent ſoluere.

§. 1.

MOnetagium autem eſt quoddam auxilium *pecuniale* in *tercio* anno *duci normannie* perſoluendum: ne ſpecies *monetarum*, in normannia *diſcurrentium*, in alias faciat permutari (11). MONETAGII *definitio.*

(10) Igitur *belli* iura ſeruitiaque *militaria* praeſtanda ſoli principi Normanniae; non uero *ordinibus*; qui belli iure deſtituti.

(11) Valde ambigo; hanc ueram eſſe huius tributi cauſam; licet *monetagii* nomen haud dubie a *moneta*. Nam illud uerum eſt; licuiſſe olim principibus, *nouas* ſubinde *monetas* cudere; priſtinis interdictis. Vnde hodieque formula: *moneta noua*. Licet hodie moneta non amittat pretium propter aetatem ac uetuſtatem. Deinde etiam hoc eſt certum; ex *nouellis monetis* principi ueniſſe lucrum, maius longe, quam hodie eſſe ſolet *der ſchlaege ſchaz*. Porro illud etiam dederim: *in hoc tributo triennali*, principi indulto, addidiſſe ordines inſtar legis & conditionis, ne monetas, ita porro mutaret. Verum illud hic requiritur: *utrum huius tributi triennalis uera haec cauſa*? Quod nolim credere. Potius dicendum hoc: *Olim neminem tributa ſoluiſſe; ſed uixiſſe principem ex fructibus domanialium praediorum*. Demum, creſcente aularum luxu, ſubditos hunc cenſum ſoluiſſe, in comitiis ei indultum; inſtar acceſſorii ad reditus principi adaugendos.

Vnde ſciendum eſt, quod *duo* anni remanent *liberi* & in *tercio* (12) anno *uniuerſaliter ab omnibus* perſoluetur; qui *mobile* habent, vel *reſidenciam* in terris, in quibus *monetagium* ſolet reddi.

*Perſonae* IMMVNES *religioſi clerici. milites.*

§. 2. Ex hoc tamen exemti ſunt omnes *religioſi* & *clerici* infra ſacros ordines iam promoti & *ſeruientes* eccleſiarum, *feodati* & *beneficiati* & omnes *milites* (13) & omnes *ex milite* de uxore propria procreati.

*mulieres.*

§. 3. *Mulieres uidue*, que ſine ſuſtentatore non habent XXti ſolidos annui redditus uel XLta ſolidorum ualorem de *mobili*, exceptis *corporis* indumentis & *ſuperlectilibus* domus ſue a ſolutione monetagii libere remanent & immunes.

*Poſſeſſores* aedium liberarum. Franchiſia.

§. 4. Multi autem ab hoc *auxilio* ſunt *exemti* per *domorum* uel locorum *immunitatem*. Quidam uero per *Franchiſiam* (14) a principe collatam & ab antiquitate conſeruatam Quidam uero ex *dono ducis normannie carte* munime conuallato. De qnibus ſi conſtiterit, eos hanc *quittan-*

(12) *Ternarius* numerus eſt *tributarius*. Iurisdictionis indicium tertia redituum pars, *tertia fera* in ſyluis; *tertius nummus* in ſportulis.

(13) Quare igitur *milites* liberi? Repono, hos in perpetuis armis tum fuiſſe (*der bereitſchafft*) adeoque duplici onere non adficiendos Vno, *pecuniae*; altero, *ſeruitii perſonalis*. *Wer mit dem blut dienet; ſolle nicht mit dem gut dienen.* Et ex hac cauſa immunes etiam *clerici*: ne his, quod muneris cauſa, datum una manu; altera iterum eripiatur. Quid autem hodie *noſtri uaſalli*? Neutro obſtricti. Nam *ſeruitia militaria*, quae eorundem fuerant, milites praeſtant mercenarii (*die angevvorbene Soldaten*). Et *tributa* ſoluere, hoc putant eſſe plebis. Pudeat illos inertiae & ſorditiei. Cum miles mercenarius eos ſubleuet in *ſeruitiis*: ratio, & leges exigunt, ut pro his illis ſoluant modicam *ſtipendii* partem. Loco militarium ſeruitiorum: nummos *militares* ſiue *equeſtres*, *die roſsdienſtgelder*.

(14) Vti in uernacula: *freyheit*; *ſattelfrey*; *ſchaz oder ſteuer frey*, cetera.

*ciam* (15) per cartas longo tempore habuiſſe, ſi cas aliquo *infortunio* amiſerint, vel *confregerint*, propter hoc tamen non debent ſue *libertatis* beneficio ſpoliari.

§. 5. Omnes etiam illi, qui habent in *membro lorice* (16) *prepoſitum* (17) uel *fornarinm* (18) uel *molendinarium* (19). Dum tamen *furnum* uel *molendinum baronum* habeant uel habent de ipſis *quittantiam*. Et in *baroniis* ſingulis *ſeptem* (20) *ſeruientium* habent barones de *monetagio* libertatem. Praepoſitus *in membro* loricae.

§. 6. Omnes uero *coniugate* cum nichil *diuiſum* poſſint vel debeant poſſidere, per ſuos *maritos*, ab hac conſuetudine liberantur (21). Cum enim *uir* & *mulier duo ſint in carne una* & una debeat eſſe eorum *poſſeſſio*, que ſoli uiro appropriatur, per unum *monetagium* liberantur. Vxor.

§. 7. Vnde notandum eſt, quod *mulieres* ſine *conſenſu uirorum* ſuorum contractum, de *poſſeſſione* aliqua alienanda, nullum poſſunt facere; quin *uiri* eorum non ualeant *reuocare* (22). VXORI *nefas*, alienare *ſua*, *inſcio marito*

(15) Si *tributa* aerario ſeu reipublicae ſoluuntur, non eſt in principis arbitratu, alicui indulgere immunitatem. Ad quam indulgendam conſentire debent ordines prouinciae; quorum intereſt. Sed hic agitur de *acceſſoriis*, *domanii*: quae onera, quam diu uiuit princeps, poteſt remittere Nam ſucceſſor in *principatum* non tenetur hoc indultu, quia eſt *ſingularis*.

(16) *Membrum loricae*, idem, quam *pars feudi militaris* uti uolunt, *octaua*. Eſt igitur legis ſenſus hic; *non teneri de monetagio* baronum *iudices*, *adminiſtros*, *molitores*. Quia iuribus utantur ſui principalis, domini, baronis.

(17) Idem forte, quam *iudex*.

(18) *Fornarius* ſiue *furnarius* quaſi cuſtos *furni*; idem forte, quam *uillicus*.

(19) Molendarius idem, quam *molitor* aut *molendini* praefectus.

(20) Ne plures fruerentur immunitate. Eſt autem *baronia* fundus liber inſtructus regalium minorum uſu.

(21) Hinc *bonorum* inter *coniuges communio*.

(22) Eſt hoc *Saxonicum ius*.

LOCA *immunia.* *Caſtellania* S. IACOBI. *Vallis* MORETONII

§. 8. Sciendum autem eſt, quod ſunt quedam loca in *Normannia*, que nunquam fuerunt huic auxilio ſubrogata, ut CASTELLARIA ſcilicet IACOBI & VALLIS & MORETONII & ſi qua ſunt huiusmodi: qui nunquam *monetagium* perſoluerunt.

*Quae* MOBILIVM meubles?

§. 9. Omnes autem alii, preter exceptos, qui *reſidenciam* habent in *normannia focalem* (23) debent *monetagium* perſoluere. Dum tamen habeant *mobile*, quod ad hoc ſufficere ualeat competenter. Ad hoc autem pro *mobili* (24) corporis proprii *indumenta*, domus, *ſupellectilia*, *lecti*, *ornamenta*, non debent reputari uel numerari & propter hoc ſolet *focagium* (25) nuncupari, quod illi illud principaliter perſoluebant, qui *focalem reſidenciam* obtinebant.

*Quid ſeruis & ancillis?* *mulieribus innuptis?*

§. 10. Alii autem, qui talem non habent *reſidenciam*, ut *ſeruientes* & *ancille*, qui X. ſolidos habent aut de *mobili* valorem ſoluere tenebuntur. Et eciam *mulieres*, que nunquam ſubdite fuerunt *iugo maritali*, ſi *focalem* habeant *reſidenciam*, ſimili modo monetagium perſoluent.

*Ius* MONETANDI *penes* PRINCIPEM.

§. 11. Et ſciendum eſt, quod omnis *iurisdictio monete in* NORMANNIA ad ducem dignoſcitur pertinere (26).

---

Cum enim apud Romanos, poſt dotem, paraphernalia quaeque uxoris ſolius in utendo fruendo & adminiſtrando; Germanorum inſtituta uolunt, ut omnia uxoris cedant uſufructui mariti. Niſi uxor ſibi proſpexit pactis, per quae bona ei licet retinere. Quae uulgo dicuntur: *ſpielgelder*, quaſi bona *muliebria frauengelder*.

(23) Formula Germanica: *der feuer und heerd haelt*.

(24) *Mobile* hic dicitur ſignificatu barbaro, *meubles*, *geraethe*. De illis rebus, quod in uſufructu non ſint, ſolui non debet tributum.

(25) A *foco focagium*, *der ſeinen heerd haelt*. Non enim ſatis eſt, eſſe incolam, agentem in *foco* alterius.

(26) Eſt enim hoc problema iuris. Nam *ducibus clientelaribus*, *den lehenherzogen* non licet

CAP.

## CAP. XVI.

# De MENSVRIS & PONDERIBVS.

§. 1.

DE *menſuris* autem & *ponderibus* ad principem in *normannia* omnis iurisdictio pertinet & incumbit. Ipſe enim poteſt *mutare* ea (27) & *meliorare* & ubicunque ea inuenerit minus *iuſta* vel *falſa*, ea debet arreſtare & cum probatum fuerit ipſa eſſe falſa, ea debet confringere &, ſecundum facti merita, EMENDAM ab eorum abuſoribus extorquere. *De* MENSVRIS *&* PONDERIBVS *ad ducem normanniae ius ſtatuendi pertinet.*

§. 2. Et hoc intelligendum eſt, tam de menſuris *potus*, quam *bladorum* (28) & *eciam pannorum* & libris *ponderum*. *Genera in* potu; bladis.

§. 3. Sciendum eſt, autem; quod *barones* in ſu- BARONVM.

---

alias cudere monetas. Partim *domini* ergo; partim *ordinum*, quibuscum conuenire eum oportet in *lege monetaria.* Sigillatim rex Galliae aegre tulit quondam, ſi *dux uaſallus* aureas praeſertim cuderet monetas. Et in Germania fuerat hoc inter ordinum prouincialium grauamina: *quod princeps ſignaret monetas pretio maiori, quam iuſtum & uſu probatum.* Quod ſi enim ordines prouinciales non mouere querelas; tum, quod lubuit, licuit. Inde tales nummi audiunt *landmünze*, moneta prouincialis, quae non reſpondeat *imperialibus* monetis *den reichsmünzen.*

(27) Etiam in *ponderibus, menſuris* ac *ulnis* adaugendis uel minuendis ordinum fuerat opus conſenſu. Vti de *monetis* diximus, ratione utrique rei communi. Cauſa facilis ad intelligendum. Quoniam ita princeps ſubditorum bona in ſua habet poteſtate: ut illa uel augeat uel deminuat.

(28) *Bladum* idem, quam *eſculentum.* Alibi *triticum*; *fruges* omnis generis. Etymon eſt ambiguum ſatis. Vel quod generetur *bladum auf dem blatten land* uel quod fruges excutiantur *plumbo* (*bley*) *ferro, ligno.* Quaſi dixeris *excuſſa, ausgebleihet, ausgedroſchen.* Inde *plazzen* idem, quam erumpere; *placentum*, *ein plaz.* Alii proferunt alia: quorum nihil mihi ad palatum.

*iura in ponderibus.* is *uillis* menſuras *potus* & *bladorum* poſſunt capere & *emendare.* Si falſa inuenerint antequam iuſticiarius principis manum apposuerit (29) in eisdem.

VLNAE. §. 4. De *ulna* autem & *libra* ponderis ad ducem pertinet tam correctio, quam *emenda* (30), ſi inuente fuerint falſe euidenter & abuſores earum debent pro *falſariis* haberi & qui de *latrocinii* macula penam tenentur ſuper hoc reportare (31).

MENSVRAE, *qui uarient loco & tempore.* §. 5. In *menſuris* autem potus princeps uel eius *balliui* ſecundum *curſum* temporis in *habundancia* uel *caritate potus* cuiuscunque generis, prout uiderint *conuenienter* expedire (32) aſſignare poſſunt *precium* & *taxare.*

TABERNARIORVM *iura.* §. 6. Ita quod nec *tabernarii* ſuper hoc ledan*hic*tur nec eciam emtores ex onere precii communiter agrauentur.

*Inueſtigatio annalis* §. 7. Et cum ſuper hoc editum exierit: quicunque illud *infra annum* infregerit, principi de-

(29) Iurisdictione concurrente. Ne, ſi unus rem negligat, alter nequeat agere.

(30) *Emendam* olim dictam *mulctam*, ſcriptum eſt ſaepius. Inde emendare idem, quam punire.

(31) Eſt enim atrox crimen cum reipublicae cauſa; cum principis, cuius nomine his *modus* ſolet ſtatui.

(32) Illud ſcimus, quod pondera & menſurae *uarient tempore* ac *loco*, diuerſis: ſed cauſae neque dum proditae aliis, quare hoc fiat. Sententiam *meam* dixi alibi. Nam olim *permutationis* contractus erat maxime in uſu. Igitur *abundantia* rerum *maiores* fecit menſuras: *penuria* autem *minores.* Hodieque intelliges idem: quod in locis fertilibus & foecundis menſurae *maiores*, ſed in ſterilibus *minores* ſint. Verum ex quo deſiimus contrahere *permutando*, cum non deſint nummi ad emendum: non opus fuerat porro menſurarum mutatione. Vt in rerum *caritate* illae deminuerentur; in temporum foecunditate adaugerentur: quod nummi omnia poſſent aequare.

bet *emendare* & ſuper hoc de *triennio* in *trienni-um* (33) *inquiſitio* in quibuſdam tamen partibus *normannie* ſingulis *annis* (34) ſuper hoc ſolet inquiri & emendari. *aut triennalis.*

§. 8. Multi *eciam barones* & *prelati* & alii in *normannia* ſuper hoc *emendas* in *feodis* ſuis uendicant & ab antiquitate ſemper habuerunt de *hominibus* ſuis. Quam libertatem a temporibus regum *anglie* habuerunt, qui hanc *conſuetudinem* in *normannia* introduxerunt & huiusmodi exactionis emenda *tabernagium* (35) nuncupatur. Que ad refrenationem cupiditatis *tabernariorum*, ne exceſſu uenditionis earum, populus grauaretur, fuit a *principibus* inſtituta. *Iura* TABERNAGII *quorundam ordinum ex* ANGLIAE, *RR. priuilegiis.*

## CAP. XVII.

## De VIRISCIS & his, qui ſpecialiter ad *ducem* pertinent.

SPecialiter autem ad DVCEM pertinet *curia* de eis querelis & rebus, in quibus eius *ius* ſpecialiter conſiſtit, ut de *uiriſcis* (36). PRAECIPVA *iura ducis Normanniae.*

(33) Niſi cauſa & caſus eſſent ſingulares.

(34) Idque cum ratione, quod annorum alii foecundiores ſteriliores ſint.

(35) Alia exempla habent *tabenagium*; ſed male. Clarum enim eſt, agi hic de *tabernis*, in quibus *potus* & *bladum* exponitur uenum. Eſt autem *tabernagium* idem, quod in uernacula dicimus: *tabernen-recht.* Id eſt ius, non ſolum inſtituendi & aperiendi tabernas: ſed etiam *tabernarios* & *caupones*, ſi falſam menſuram habuerint, puniendi. Imo ſtatuendi illis *modum* & *pretium*.

3(6) Res ipſa docet, loqui legem de *inuentione rerum perditarum*, caſu, aut ui, praeſertim in mari. Sed unde *uiriſci* tum etymon? Si ſcriptura ſana eſt, quia perpetua etiam deinceps, *uiriſcum* dicitur forte a *vverfen*, quia hoc uerbum technicum eſt, in iure maritimo, ſi naues, euitandi *naufragii* ergo, exonerandæ. Iactus ille dicitur *vvurf*; *gevvorfen gut*; *vvurfgeld*; *vverfrecht*; *vverfthum*. Igitur *uiriſcum*, quaſi *vvirfiſcum*. Quia indoles Latii non fert neque vv

VIRISCVM *res perditae.* §. 2. In cuiuscunque enim terra *uiriſcum* fuerit applicatum (37) *dominus feodi*, cum ad eius noticiam peruenerit, illud in *littore* uel iuxta, prout commodius viderit faciendum, ſaluo debet facere *cuſtodiri*.

*Inuentum cuſtodiatur.* §. 3. Nec illud debet minuere uel *diuoluere* (38) uel *reuerſare* (39) *dimouere*, *aperire* uel *explicare*, niſi prius (40) a *iuſticiario* uideatur. Illud autem, viſum & diligenter *annotatum*, debet tradi *domino feodi* cuſtodiendum, uel probis *uiris* per bonam ſecuritatem de eis acceptam, prout *iuſticiario* placuerit usque ad *diem* & *annuum* (41). Si talis res fuerit, que ſine ſui detrimento tanto tempore ualeat *cuſtodiri*. *niſi res perierit ſeruando.* Vt *pannum*, *pelles*, *cera*, *aurum*, *argentum* & ſimilia. Si autem diuturna rerum cuſtodia in ea detrimentum uideatur parturire, retentis de eis certis *ſignis intrinſecis* & *extrinſecis*, per uiſionem *iuſticiarii* & pro-

literam neque poſitionem *rſ*. An uero *vverſen* idem quam *uerirren*, ut *uiriſcum* idem ſit, quam *uerirret*, *uerlohren* gut; illud mihi repetitum uidetur longius iuſto. Anglis naufragio ita eiectum dicitur *Wrekum*, & ideo exul *Wrak*, *Vråk*, emiſſus *uertrekt*. Et fieri omnino potuit *vvrekum*, in *ueriſcum* & *uiriſcum* degenerauiſſe.

(37) Applicatum idem, quam quod *appulit*, *angelandet*, *ange vvorfen*.

(38) Mouere de loco.

(39) *Renuerſer*; uertere uel explorare uertendo.

(40) Ad euitandam fraudem, furtum, dolum.

(41) *Anni & diei ſpatium* indulgent etiam iura SVECICA. Verum intra hoc tempus hoc tantum dare ſolent incolis, foederatis, amicis, ut eiecta repetant: non autem peregrinis. Nam iuris maritimi axioma eſt hoc: *ut naufragio eiecta ſtatim inter res nullius, cedantque tunc maris aut littoris domino*. Inſtar aliorum, quae domino carent. Vt adeo reſtitutio ſit humanitatis, honeſtatis, uirtutis; non uero iuris neceſſarii & ſtricti. Quamuis alii haec iura *uiriſci* ſpoliis accenſeant, neque locum faciant his offuciis. Vtramque ſcenam inſtruxit LOCCENIVS *in iure maritimo lib. I. c. 7. §. 10.* Vt taceam *Marquardum*, *Stypmannum*, uulgares auctores alios, bo-

borum uirorum, uendatur & eius pretium *cuſto-diatur* ut res ipſa. Si dicti temporis interuallo aliquis euaſus (42) de illo *nauffragio*, dictum *uiriſcum* uel partem eius eſſe ſuum, per fide dignorum teſtimonium & per *ſigna* cognita (43) probauerit illud, debet habere. *quae uendi debet. aut dominus ſi uindicet perdita.*

§. 4. Anno autem & die elapſis, poſt *uiriſci* applicationem, *domino feodi* in pace remanebit nec alicui illud exigenti (44) eſt poſtea ſuper hoc reſpondendum. *Poſt* annum *tamen &* diem *praeſcribitur.*

§. 5. Ex eo tamen DVX NORMANNIE quedam habet, que ad ipſum pertinent ſpecialiter ex *antiquisſima ducatus dignitate* (45) in cuiuscunque terra fuerit *applicatum*, videlicet *aurum*, *argentum*, tam in *uaſis maſſa*, quam in *moneta*, *francos*, *ſtrautas*, *lanes*, *ebur*, *roballum* (46) *lapides pretioſos*, inſuper *eſcallatam* (47) uarmigriſum (48) & *pelles* SEBELINAS (49) que ad aliquem uſum hominis *Iura* PRAECIPVI *alia* DVCIS *Norm. aurum, argentum, Res pretii ſingularis aliae.*

(42) Ex infortunio ereptus.

(43) Praeſertim cum *mercatores* ſuis gaudeant inſignibus ad merces notandas & diſtinguendas.

(44) Poſt anni igitur ſpatium res eſt *praeſcripta* & *uſucapta*. Niſi tamen *dominum* ſciuerit earundem ſitque ita in mala fide. De ultimo tamen dubitandum. Nam reipublicae eſt, *dominis rerum* ſtatuere modum.

(45) Quia haec inter praecipua iuris referenda. Intuitu ſubditorum & dynaſtarum.

(46) Scriptura luculenta eſt. Sed tamen innuitur *corallium*, *corallen*.

(47) Vaſa ita dicta eſſe, quaſi *ſchalen*, credideris.

(48) A *uario* colore *uermiculatae pelles*; noſtris inde *hermelin*. Nam fuerant hae nonniſi *principum* tegumenta, inſtar *indumenti purpurei*, quod nonniſi *reges* decet. Inde barbari *reges* in occidente & ſeptentrione *pelliti* dicti; uti *orientales purpurati*. Eſt igitur *uermiculatum pallium*, *ein hermelinenmantel* habitus uere regius: quo hodieque uti ſolent Europae reges non ad frigus depellendum; ſed ad regalem ornatum.

(49) *Zobelfutter*. Hodie in Ruſſia ille habitus rege non indignus & *pelles hermelinae* relictae mulieribus.

non

*In iuque zobel.* Robe *noua.* non fuerint deputata & *robe noue* (50), que nunquam fuerint indute, uel in quibus *fibula* nundum ſit appoſita, dum tamen de pannis pretioſis facte fuerint.

TROSSELLI. §. 6. Et omnes *troſſellos* (51) integrorum pannorum ligatos & omnes *pannos* integros *ſericatos* & omnem *piſcem* ad *uaballum*, (52) qui ad terram per ſe uenerit, uel ad terram captus fuerit.

§. 7. Illud etiam *uiriſcum* (53) dicitur, quod ad *terram mare proiicit* & *expellit*.

*Reliqua omnia priuatorum.* §. 8. Cetera autem ſingula *dominis* remanebunt, in quorum *feodis* fuerint *applicata*. (54) Omnes uero querele, que, *uiriſci* occaſione exorte, ſunt in *ducis curia* terminande.

## CAP. XIIX.

# De, THESAVRO inuento.

§. I.

*Ius* THESAVRI *inuenti ducis* NORMANNIAE. DVcis eciam adherens dignitati eſt, habere THESAVRVM inuentum, in cuiuscunque terra (55) inuentus fuerit uel effoſſus: & ſi *celatus* fuerit uel *negatus*, legitime de eo per homines fide dignos poteſt inquirere ueritatem.

*Poena in* celantes. §. 2. Nec ſuper hoc per *querulatum* poterit aliquis ab exhibendo remoueri *iuramento*, niſi ſigna *odii* ſeu *inimicitie* apparentis inter ipſos de-

(50) *Reba*, ueſtis, uti in uernacula *rock*.

(51) *Troſſeln* idem, quam *torquere* & ligare collo. Inde *troſſellus faſciculus*. In uernacula dicimus: *einen ballen tuch*.

(52) Inde *Walfiſch*.

(53) Id eſt mari eiectum, de quo *num. 34*.

54) Nam ſunt haec iura *praedio nobili* ſiue feudali acceſſoria. Si exceperis res pretii maioris; modo recenſitas.

(55) Eſt haud dubie hoc idem, quod iure Germanico obtinet: *omnia ſubterranea cedere principi*.

mon-

monſtrauerit euidenter. Et ſi quis *ſuſpectus* fuerit de eis qui ad iuramentum fuerint uocati ratione debita, qua ad illud admitti non debeat, repellatur ab illa.

§. 3. Et hoc modo de omni iure ſuo & de omni eo, quod ſuum eſſe proprium certa praeſumtione uel communi fame teſtimonio, cognouerit, per *milites* ſeu alios uiros *legales* ac fide *dignos* dux habet contra optinentes *inquiſitionem*, dum tamen *inſtrumenta* uel *praeſcriptio* non obſiſtant, defferantque ad alium huiusmodi dignitatem. *Probatio theſauri,*

## CAP. XIX.

## De reb us VANIIS.

### §. I.

DE rebus autem VANIIS (56) notandum eſt, quod DVX eas habere debeat per *dominicium* ſuum & eciam alibi ubicunque per *normanniam* ſi per iuſticiarium ſuum primo fuerint *arreſtata*. *De iure circa adeſpota D. Normarniae.*

§. 2. VANIA ſunt *res uel animalia, que nullius proprietati attributa* ſine *poſſeſſoris reclamatione* ſunt inuenta. Que usque ad *diem* & *annum* ſeruanda ſunt. Quod de eis modo, quo dictum eſt de *uiriſcis*, ea eſſe ſua probantibus reſtitutio eſt facienda. VANIA *quid?* *Qui reſtituenda?*

§. 3. Si autem *domini feodorum*, in quibus hec inuenta fuiſſe conſtiterit: ipſa prius aſſumſerint per ſe uel per *attornatum*, dum tamen plenam & liberam *feodorum* habeant *iurisdictionem* eis ea *Qui cedant* domino feudi, *uti* uiriſca?

(56) Sunt *res* adeſpotae etiam *animalia*, domino carentia, errantia & uagantia huc illuc. Vnde *uania* etymon ſuum? *Vagari* in uernacula eſt *vvandern* & *uanen*, uſu antiquato, eſt idem, quam mouere ſe huc & illuc. Dicimus etiam unde, *van vvannen*.

modo

modo, quo dictum eſt, de *uiriſcis* ſunt reddenda.

*Quid ſi res praeſcripta uel uſucapta?*

§. 4. Niſi ſpecialis *conſuetudo preſcriptionis* debite inde optinentis huiusmodi rerum dignitatem ad *ducem* uel alium proprie fecerit pertinere.

*Ius* CONSVETVDINARIVM. *1) commune 2) ſpeciale.*

*§. 5. Conſuetudines* enim ſpeciales ſunt, que ſecundum diuerſas patrias & ciuitates multociens variantur. Conſuetudines *communes normannie* relegant & reſtringunt, quod plenius in ſequentibus apparebit.

VANIA *ultra VII dies non retinenda.*

§. 6. De rebus autem VANIIS attendendum: quod, ſi quis detinuerit ultra *ſeptem dies*, qui *dignitatem* non habuerit, eas detinenti, *emendabit principi* uel *domino* ſuo *eumdem* ſuper hoc accuſanti.

§. 7. Si quis bouem uel *aſinum* uel aliquam *rem* ſuam *adirauerit* (57) que ab aliquo *uania fuerit* inuenta, ſi detentor eam ſuam eſſe aſſerit uel *emptam* uel *donatam*, *garantum* ſuum debet adducere ad diem, qui eum deliberet de predictis.

*Probatio per* teſtes.

§. 8. Cum autem querulus *teſtes* optulerit ad probandum rem contencionis *ſuam* eſſe & accuſatus uel eius *garantus* (58) proponat e contrario illud idem ipſe in cuius poſſeſſione res contencionis fuerit *arreſtata* uel eius *garantus* teſtimonio *uicinorum* fide dignorum ipſam, ſi uoluerint ſuam eſſe, probabunt. Dum tamen *annus* elapſus non fuerit *detentionis* prenotate.

*Praeſcriptio annalis.*

(57) *Adirare* idem, quam *uerirren*. Hinc *errare* Latinum.

(58) *Quarantus*, a *quarando*, *der gevvehrsmann*, *uenditor*.

CAP.

## CAP. XX.
# De CATALLIS uſurarum.

§. 1.

VSurariorum autem *catalla* (59) duci normannie *conſuetudine priſtina* conceduntur, ut huius occaſione ambicioſa *uſurariorum* malicia in poſteris refrenetur. *Catallae in uſuris.*

§. 2. Tribus autem modis *uſura* committitur. Vna ſcilicet modo cum ultra *taxatum* precium alicuius rei pro conceſſo ſolucionis *temporis ſpacio mutuatorum* tradenti ſe obligat aliquid redditurum uerbi gratia, *Petrus equi ſui precium taxauit thome* ualore X. *librarum* & in hoc conuenerunt. Et quod *thomas* non habet pecuniam, terminus ſolutionis XL. dierum aſſignatur. Ita tamen quod XII. libre pro equo ad terminum perſoluentur. In hoc per XL. *ſolidos* uſura committitur. *Tria genera.* (I) *Si pretio minori uenditum.*

§. 3 In *pecunia* autem preſtita ſimiliter intelgendum eſt. Quicquid enim ultra preſtitum eſt ex pacto *commodatori* (60) ſoluitur. In *uenditione* equi predicta & ſimilibus eſt pecunia in facta taxatione precii terminata & eſt quaſi praeſtita cum de ea XL dierum datur terminus per pactum XL ſolidorum preter ſortem ad terminum reddendorum. *Si additum honorarium.*

§. 4. Secundus modus eſt cum res *unius ſpeciei commodatur* pro re alterius ſpeciei maioris precii ad terminum perſoluenda in eadem quantitate (II) *mutuando rem maioris pretii.*

(59) *Catallae*, *catalla* ſenſu eodem dicuntur *pecuniae capital*, mulctae causâ ſoluendae. Imo de *catallis uſurarum* eſt hic idem, quam de *mutuo uſurario*.

(60) *Commodare* hic idem, quam *mutuo dare* & *commodator* idem, quam creditor. *Commodatarius* idem, quam *debitor*. Vti in uernacula uerbum *leihen* eſt commune & *mutuo* & *commodato*.

ter

terminatum, ut *ordeum* preſtare pro *frumento* & *cereuiſiam* pro *uino*.

(III) *mortuo uadio.*

§. 5. Tercius autem modus eſt de *mortuo uadio*. Mortuum autem *uadium* (61) dicitur, cum fructus rei *inuadiate* (62), quos percipit commodator eam *quitans* in nichilo (63). Velut ſi quis terram ſuam in *uadium* pro XX. libris tradiderit. Quod de eius prouentibus percipit *commodator ultra dictam pecuniam*, que integre reddenda eſt, pro *uſura* reputatur.

Praeſcriptio *uſurarum* annua.

§. 6. Nullius autem uſurarii *catalla* (64) ſunt *forisfacta*, niſi illorum, qui infra *diem* & *annum*, quo obierunt uſure modorum uſi fuerint predictorum. Nullus enim uſurarius reputatur, qui ceſſans ab uſuris *diem* & *annum* poſt ultimas uſuras continuauerit in ceſſando.

*Lis de foro inter* principem & epiſcopos.

§. 7. De dictis *forisfacturis catllorum* inter *principem* & *eccleſiam*, ſi forte exorta fuerit contencio: utrum factum preceſſerit, quo *forisfacta catella* (65) debeant iudicari. In *principis* curia per inquiſitionem legitimam uocato *dioeceſano epiſcopo* uel eius uices gerente debet terminari ad primam *aſſiſiam* (66). Nec *iuſticiarius* hoc facere ſcire tenetur niſi presbytero parochie illius in qua talis caſus emerſerit.

(61) *Vadium* eſt pignus & *uadium mortuum* eſt contractus *antichreticus* ſeu res alteri pignorata, ut ea utatur fruaturque loco uſurarum.

(62) *Oppignorata*, pignoris loco tradita.

(63) Id eſt *compenſans* fructus eum *uſuris*. Licet fructus longe uincant uſuras.

(64) *Catella forisfacta* idem, quam *mutuum amiſſum* per mulctam aut crimen. *Der um das capital geſtrafft vvird.*

(65) Dictam ſtatim *catallam* (*das capital*) *forisfactam*, poena amiſſam.

(66) In primo *conſeſſu*. *Aſſiſia* enim eſt *ſeſſio*; *in dem erſten ſiztag* uel *gerichtstag*.

§. 8.

§. 8. Si autem actum *foriſfacture* in *nonſcire* (67) redactum fuerit, epiſcopus de *catallis mortuorum* ordinet, cum ad ipſum pertineat generaliter ordinare, niſi *uſurarum ſpiritualium* huiusmodi fuerint caſus declarati: tunc iure ſuo communi *prelatus* debet *ſpoliari*. *Specialia enim iura*, niſi clare fuerint manifeſta, *non poſſunt communibus derogare*. *Iura epiſcopi in catallis.*

§. 9. Et ne malicia *ſeruientium* (68), qui ad iura *ducis* obſeruanda ſunt inſtituti, ardore cupiditatis infectorum, legitimos in uſurarios conuerteret; *excellentiſſimus rex* LVDOVICVS, de quo *ſuperius* (69) fecimus mentionem, tale edidit inſtitutum. Videlicet, ut, ſi de aliquo decedente eius *iuſticiario*, ipſum eſſe *uſurarium*, fuerit nunciatum, ſine dilatione inquirere debet per uiros fide dignos, qui ſcire ſuper hoc credantur *veritatem*, utrum res ſe habeat ut refertur. Si uero ipſum inuenerit de uſuris *innocentem* res eius deliberet & dimittat. Si autem per *inquiſicionem* eum eſſe uſurarium eius *bona* detineat uniuerſa. Si tamen *epiſcopus* uel eius *uicarii* ſe oppoſuerint; *inquiſicionem* de eius uſuris teneat ſeruato iure infra *primam aſſiſiam* (70) ad hoc *epiſcopo* uel eius uices gerente legitime euocato & quod per inquiſicionem inuentum fuerit, obſeruetur. LVDOVICI *R. reſcriptum de lite inter* DVCEM & EPISCOPVM.

(67) In *nonſcire* redactum, datum obliuioni.

(68) Adminiſtri dicuntur *ſeruientes*. Vti in uernacula *bediente*, *diener*.

(69) De quo etiam nos egimus ibi plenius.

(70) In conſilium adhibito epiſcopo in prima *aſſiſia* ſiue *conſeſſu* primo coram tribunali.

## CAP. XXI.

# De CATHALLIS de ſeſe homicidarum & eorum qui EXCOMMVNICATI ſeu DESPERATI moriuntur.

§. 1.

CATALLA *αὐτοχείρων*, excommunicatorum & deſperatorum *principi normanniae cedunt non* eccleſiae. *interdum aliis, ſi probauerint.* DESPERATI *qui?* *Occiſus infortunio.*

DE *catallis* eorum, qui de ſe ſunt *homicide*, & eorum, qui *excommunicati* uel *deſperati* moriuntur; Sciendum eſt *eciam*, quod *princeps normannie* ea debet habere nec *eccleſia* in eis aliquid poterit *reclamare*, cum *animabus* eorum nullum ualeat ſubſidium impertiri (71).

§. 2. Hoc tamen ſane attendendum eſt, quod ſi quis huiusmodi *catalla* ex antiqua *conſuetudiue* uel *preſcriptione* uel per *inſtrumenta* habere conſueuerit, eorum perceptione non debet ſpoliari.

§. 3. *Deſperati* autem moriuntur, qui per *octo dies* uel amplius graui egretudine & periculoſa oppreſſi *communionem* & *confeſſionem* ſibi oblatam (72) recuſant ac differunt & in hoc moriuntur. *Terris* tamen propter hoc heredes non priuantur: ſed eorum *catalla* (73) debent principi remanere.

§. 4. Si quis autem aliquo *infortunio* ſubmerſus fuerit uel *combuſtus* uel *robatoribus* oppreſſus uel *confractus* in fouea uel ex rupe precipitatus: dum tamen ſe interficere non intendat; a fidelium

(71) Tartaro enim dati, non purgatorio, unde poſſint, per preces & miſſas, erogari. Quam formulam ſequitur ſuperſtitio & religionis nimietas.

(72) Solus ergo neglectus non reddit hominem *deſperationis* crimine infectum. In uernacula: *der verzvveifelt.* Qui deſperat de uenia & indulgentia Dei & Seruatoris.

(73) Igitur fundo non deſtituitur aut mulctatur, ſed nummis & mobilibus rebus.

mu-

communione non eſt remouendus. Nec eius *catalla* debent in manibus principis detineri.

§. 5. Nullus tamen *amens* uel *peſte frenetica* impeditus a communione eccleſie remouendus eſt. Dum tamen quando erat compos ſue mentis ſe *catholicum* exhibebat. Nec de talibus fit *foriſfactum catallorum* (74), ſi aliquo *infortunio* fuerint interempti primo pertinet ad *dyoceſanum ordinare* de illis, cum intentionem amiſerint ordinandi. *Quid de* MENTE CAPTIS.

## CAP. XXII.

## De reuocatione VENDITIONIS *negate* per fraudem.

§. 1.

IN terris autem *uenditis* uel *inuadiatis* ſi emptores *uadium* uel *uenditionem* negauerint, pecuniam ſeu rem traditam pro *emtione* uel *uadio*, cum conuicti fuerint, ſuper hoc per leges ad hoc deputatas uel *confeſſi* in iure poſt negationem factam amittere penitus tenebuntur & *precium uadii* (75) uel *emtionis* principi remanebit. *Poena* DISSIMVLATI CONTRACTVS.

§. 2. Vt ſi *petrus terram* ſuam *thome* pro C. ſolidis tradiderit in *uadium* petro autem requirente & dictam pecuniam offerente, *thomas* uadium negauerit; *terram ſuam* eſſe aſſerens ſi dictus thomas ſuper hoc conuictus fuerit & principi *obligationis pecunia remanebit* & terra reddetur exigenti. *Si* uenditionem *negет aut* pignus, *unde alteri damnum*.

§. 3. De *emptoribus* autem ſciendum eſt, quod *Amittit*

(74) Crimen amittendae pecuniae. Vti deſcribit mulctam.

(75) Poena eſt admodum acerba. Sed tamen ſtatuta ideo; ne quis alium falleret faceretque fidem homini obaerato; negando eius bona uel obaerata uel pignore aut hypotheca adfecta eſſe.

pretium *merito*, *quia* diſſimulauit.

ſi *thomas* a *petro hereditatem* aliquam emerit & illam emptionem aliquis requirat de genere *uenditoris*, ſi eam *thomas* negauerit & ſuper hoc conuictus fuerit & pecunia emtionis principi remanebit & *terra* reddetur *exigenti*. Dignum eſt enim: *fraudem in ſui auctorem retorqueri*.

## CAP. XXIII.
# De FORISFACTVRIS.

§. I.

*Poena criminibus ſtatuta triplex.*

AD ducem eciam pertinent omnes FORISFACTVRE (76) mobiles. MOBILES autem *forisfacture* ſunt *catalla* eorum ſeu *mobilia*, qui per iudicium dampnati ſunt. Tripliciter autem in NORMANNIA dampnantur homines, prout uite merita hoc requirunt.

I. *corpore.*

§. 2. Aut per *corporis* deſtructionem: ut de *ſuſpenſis*, *incenſis*, *ſuffocatis*, *cecatis*, *mancatis*, *expedicatis* & ſimilibus. Eſt apparens uelut per *forsbanizationem* ut patet de *fugitiuis*, qui aliquo crimine accuſati; tamdiu ad *pacem ducis* uocati fugiunt; quod per iudicium *forsbanizantur*, de quibus inferius in ſequentis tractabitur.

II. *forisbanizatione.*

III. exilio

§. 3. Vel etiam per patrie *abiurationem* (77): ut de aliquo crimine *fugitiui* uel *uinculis mancipati* uel *carceribus* detruſi. Si forte ad *eccleſiam* confugerint uel *crucem* amplexauerint, ſi patriam *abiurauerint*, que poſſident, *forisfecerint* uniuerſa.

*In ultimo* SVPPLICIO

§. 4. De *deſtructione* corporis ſciendum eſt, quod nullus *ſine iudicio* dampnandus eſt, niſi ad

(76) *Forisfactura* eſt crimen, quaſi commiſſum *foris*, extra *legum limites* ac *formam*; forte a uernala *uerſehen*.

(77) Hinc formula *urphedae*, *abſchvveren*, abiurare,

preſens

preſens, *foriſfactum homicidii, latrocinii* uel alterius criminis, preſentibus talibus fide dignis, quorum teſtimonio ſit credendum: ſi *captus* fuerit uel *detentus*. In tali enim caſu opera ſua iudicium ſuum proferunt contra ipſum euidenter.

*qui proceſſus?*

§. 5. *Criminalem* autem dicimus actionem de qua conuictus aliquis in *membris* uel *corpore* condemnatur. Si quis autem crimen, quo ſecutus eſt, *confeſſus* fuerit in publico, ſui iudicium protulit *damnamenti*. Diffugiens autem huiusmodi criminoſus ad *tres* primas *aſſiſias* (78) contumax debet uocari.

*Criminalis actio.*

§.6. Eſt autem *aſſiſia* (79) *militum* (80) & uirorum certo loco & certo termino XL. dierum ſpacium continente, per quos de *auditis in curia* iudicium & iuſticia debet exhiberi. Ad *quartam* autem reum, citatis eius criminibus & ſubterfugus facto ab his l. iudicio debet *forsbanizari* publice ſub hac forma:

*Aſſiſiae ſiue conſeſſus* IVDICVM *criminalium.*

*Nos forbanizamus petrum propter mortem luce, quem occidit, ex pot ſtate ducis; ita quod, ſi quis eum poſt elapſum huius* aſſiſie *inuenerit, ipſum uiuum uel mortuum reddat iuſticiario uel ſi eum capere non poterit, clamorem patrie qui dicitur* haron *clamoſis uocibus debet excitare.*

FORSBANIZATIONIS *formula.*

§. 7. Durante tamen *aſſiſia* ſe poteſt reddere *iuſticiario* ſine *foriſbanizationis* periculo inſecu-

*Tempus declinandi*

(78) *Trina* citatio recepta patrii iuris perpetuo uſu.

(79) *Adſiſia*, idem, quam conſeſſus, *beyſitz*. Sed cum in criminalibus, ubi de uita & fama agitur, maior cautio neceſſaria, inde conſeſſus huius tanta ſolennitas.

(80) *Milites* hic ſunt *landſaſſii* ſiue incolae nobiles, ruri agentes & poſſeſſores praediorum, ob quae locus eis in comitiis. Etiam in Germania olim capitis nemo uel accuſari uel damnari potuit; niſi in conuentu comitiali *auf allgemeinen landtag*. Vti hodieque, ſi cauſa *nobilis* agatur in Polonia, eodem iure uiuitur.

forisbanni- tus. Poſt eam uero *fugitiuus* ſibi caueat uel ſationem. *dampnatus*. Si quis autem poſtea eum uiderit uel conſenſerit uel receptauerit, niſi *iuſticiario* reddiderit uel poſt ipſum *clamorem* non leuauerit, ſi hoc confeſſus fuerit uel per inquiſitionem conuictus fuerit ad *uoluntatem ducis* per *catalla* (81) punietur.

*Poena indulgentiae in* proſcriptis.

*Deſraisnare.*

§. 8. Si uero inquiſitio ſuper hoc facta in *non ſcire* redacta fuerit, ipſe ſuper hoc *desrainabit* (82) aut, ut dictum eſt, punietur. DIFFVGIENS autem ad *eccleſiam* uel ad loca ſacra per *octo dies* poteſt in eccleſia morari: *nono* autem die ab eo eſt inquirendum: utrum ſe exponere uoluerit *iuſticie laicali* uel tenere eccleſie. Quotienscunque enim uoluerit, ſe iuſticiario poteſt reddere laicali: ſi autem uoluerit ſe tenere eccleſie, patriam FORSIVRABIT in hac forma, preſentibus *militibus* & *uiris aliis* fide dignis, qui ſuper hoc, ſi opus fuerit, ualeant *recordare* (83).

*Aſyla in templo.*

Forisiurationis *formula.*

§. 9. *Hoc audiant omnes aſſiſtentes, quod tu in normanniam non intrabis nec alicui malum uel detrimentum propter hanc perſonam per te uel per alium duci terre facies uel habitatoribus eiusdem nec facere procurabis: ſi deus & ſacroſancta te adiuuent.*

*In* EXILIVM *ubi diſcedendum.*

§. 10. Hec uerba iurans *de ſe* debet exprimere &, hoc facto, ab eo audiatur, per quas partes *normannie* exire elegerit, & eidem ſecundum iuſticie quantitatem terminus competens aſſignetur *exeundi*. Nec exiens ultra *unius noctis* ſpacium in *una uilla* poterit immorari, niſi graui & euidente infirmitate teneatur. Nec ad loca reuerti iam transacta, ſed per uiam ab eodem expreſſam

(81) Amiſſione rerum mobilium.
(82) De hoc uerbo ſuperius.
(83) Reminiſci & ideo teſtimonium dicere.

debet

debet metas exire normannie. Poſtea uero de eo, ut *forsbanizato*, *deuictando* uel *capiendo* agendum eſt in omnibus.

## CAP. XXIV.

# De FVGITIVIS ad ECCLESIAM & liberatione CRVCE ſignatorum.

§. I.

Ecclesia autem illis, qui *homicidium*, *latrocinium* uel aliud *crimen*, quibus in *membris* debeant condampnari, fecerint, in eadem nec poteſt nec debet aliquod ſubſidium impertiri. *Excluduntur eccleſiae ASYLO homicidae.*

§. 2. Si autem *fugitiuus* uel *cruce* ſignatus in eccleſiam fugerit; de *tribus* quod uoluerit habebit copiam eligendi. Aut *forsiurabit* patriam aut ſe reddet domini regis *priſonie*, qui exinde de membris eius faciet, prout uiderit faciendum de iure. Aut ſe exponet *domini epiſcopi priſonie*, quem ante patriam *forsiurauerit* debet tenere perpetuo *carceri* mancipatum cum *cibi penuria* & *ueſtitus*. *In aſylo ex tribus eligat. 1) exilium. 2) carcerem ducis. 3) carcerem epiſcopi perpetuum.*

§. 3. Omnes autem *cruce ſignati* debent reddi eccleſie requirenti, exceptis illis, qui in *eccleſia criminaliter* commiſerint uel qui alia uice per eandem *crucem* fuerint liberati.

§. 4. Cum autem ordinario redditi fuerint ſi *fama publica* uel plurimorum fide dignorum teſtimonio fuerint reprobati, tales ſine more diſpendio tenetur ordinarius ad uotum *peregrinationis* ſue transmittere exequendum *plegiosque* (84) bonos capere ſub poena certa LX librarum uel ampliori; prout uiderint facultates eorum uel amicorum ſuorum ſufficere requirentium. CRVCE *ſignati reddendae eccleſiae.*

(84) Pignora aut fideiuſſores. De plegiis ſupra

*Generalis* PASSAGII *cauſa liberandus.* §. 5. Si uero liberatus *boni teſtimonii* fuerit & fama publica commendatus & obiecti innocens, communis comprobatus; ordinarius eum debet usque ad *generale paſſagium* liberare: *a*ccepto de eo bonis *plegiis* ſub pena pecuniaria prenotata.

*Vindicta carceris differenda.* §. 6. Liberatus inſuper nullum aduerſariorum occaſione factorum precedentium *querelare* poterit, per quos captus fuerit uel detentus, quousque eius *peregrinatio* fuerit adimpleta.

*Et ulterior accuſatio ideo.* §. 7. De ipſo ſimiliter liberato *ordinarius* uerſus aduerſarios tamen non debet audire, quousque eius *peregrinatio* fuerit adimpleta. Cum ad hoc redditus ſit ordinario, ut *peregrinationem* ſuam exequatur. Alioquin enim eum *iuſticiarius* capere poterit & usque ad *generale paſſagium* detinere & omnes illos ſimiliter, qui per ordinarium ad exequendum *uotum ſuum* transmiſſi fuerint & *uoto* non *expleto* in patriam redierint.

*Proſcriptorum bona* fiſco *adduntur.* *Excluſis poſteris.* §. 8. *Terras* autem *dampnatorum* & *prouentus* earum per unum annum *princeps* habebit *normannorum.* Elapſo anno dominis ſunt reddende, qui immediatum de eis habebant *homagium.* Ex *ſanguine* autem damnato filii *procreati* ad *nullam hereditatem* anteceſſorum iure *hereditario* poterunt accedere. Sed, quod ante factum, in quo crimen dampnamenti eſt commiſſum, habuerant, non tenentur propter hoc amittere.

Praeſentia *tamen, non futura.* Feuda & eſcaeta. §. 9. Damnati itaque, ſi que *propria* poſſident tempore commiſſionis, terminum ſolummodo & que poſtea adepti ſunt *forisfaciunt*; Cetera autem *feoda* uel *eſcaete*, que ad eos iure hereditario deberent deuenire ipſo dampnato cum prole ſua. In hoc excitatis quaſi non fuiſſent ad alium *propinquiorem* de genere parentium deuenient. Nullus enim *ex ſanguine* dampnato procreatus ad aliquam

liquam ſucceſſionem *hereditariam* poterit deueni-re. Nullus autem de linea conſanguinitatis dampnatorum aliquid de *feodis dampnatorum* poterit de cetero poſſidere, que poſſidebant *die* & *anno*, quibus crimen obiecti criminis commiſerunt.

§. 10. Et ſi *princeps normannie* aliquem *parentum* uel *conſanguineorum talem* poſſeſſionem iuuenerit obtinentem eam *ſibi* finaliter *retinebit*: niſi *dominus feodi* eam prior *reclamauerit*, ad quem de iure debeat pertinere. *Priuantur conſanguinei.*

§. 11. Et ſi forte tenens obiecerit, quod eam tempore commiſſi criminis non habebat, inquiſitio ſine dilationum ſuſpendio ſuper hoc debet exhiberi. Et quod per eam recognitum fuerit, debet obſeruari. Et ſi alicui de *pentella* aliquid, quod per hereditatem deueniret, ipſum poterit obtinere. *Niſi bona ante crimen quaeſita.*

§. 12. *Edes* uero *forsbanizatorum* & *forisfactorum* debent in *teſtimonium dampnationis* eorum *cremari*: ut *memoria* eorum *futuris* & exemplum pariat & horrorem. Si autem domus eorum tali loco fuerint conſtitute, quod non ſine dampno alterius *incendi* ualeant & cremari; *tegimen* earum ſaltem & *marcementa* debent euelli & tali loco *cremari*, quod aliis propter hoc nullum inferatur incommodum. *AEDES proſcriptorum 1) comburendae, 2) aut pars incendenda. 3) aut deſtruenda.*

§. 12. Si uero *manſiones* non habeant, per *nundinas* & *mercatus* & *eccleſias* propinquas in *audiencia parochie* debet publice eorum *dampnatio promulgari*. Et ſi neceſſe fuerit, per inquiſitionem ſuper hoc ueritas declaretur. *NOMINA proſcriptorum propalanda.*

## CAP. XXV.

# De EXERCITV *Principis* ſiue IVRE FEVDALI NORMANNIAE.

§. I.

Militaria ſeruitia *praſtantur ob 1)* feuda 2) uillas. *In gratiam* 1) principatus 2) principis. *Quo in nexu* 1) *uaſalli* 2) *uillares.* *Num etiam* 1) *comites?* 2) *barones?* Subuaſalli *ſeruiunt* ſubdominis?

EXERCITVS autem *ſeruicium* eſt principi cum *armis* faciendum, prout in *feodis* uel *uillis* (1) fuerit inſtitutum.

§. 2. Et hoc *ſeruicium* per XL. dies ad *ſubſidium terre* uel ad *principis neceſſitatem*, cum in aliquam *proficiſcitur expeditionem*, debent facere.

§ 3. Et tenentur illi, qui tenent *feoda* uel in *uillis reſident*, ad hoc *ſeruicium* deputata. Omnia enim *feoda lorice* (2) ad *ſeruicium ducatus inſtituta* hoc debent ſeruicium adimplere.

§. 4. COMITATVS & *baronie* ſimiliter & omnes *uille communiam* habentes.

§. 5. *Feoda* autem *lorice* in *comitatibus* & *baroniis*, que ad *ſeruicium ducatus* non fuerint *inſtituta* (3), non debent *ſeruicium exercitus*, niſi dominis, quibus ſupponuntur.

(1) Seruitia *militaria*, reipublicae & principis cauſa praeſtanda ab omnibus ſubditis, in uernacula dicimus, *den landesſchuz*. *Vaſallorum* autem officium militare eſt *mercenarium*: igitur illi tenentur omni cauſa caſuque, quotiescunque exegerit *dominus*, inſtar *militum*, qui aluntur ſtipendiis: contra reliqui *ciues* ac *ſubditi* tum demum tenentur, ſi *reipublicae* aliqua pericula imminent. Atque de *ultimis* loquuntur in patrio iure *decreta comitialia*; non de *primis*. Vt adeo in errore ſint manifeſto; qui haec talia, ut ſolent iuris interpretes, confundunt inuicem & commiſceut.

(2) Id eſt, uere *militaria*.

(3) Sed potius a *proceribus* ac *dynaſtis* reipublicae inſtituta, ut his ceu ſubdominis ſeruiant. Qui tamen, quoties *ſalus reipublicae* exigit, etiam tenentur huic *in dem landesſchutz*.

§. 6.

§. 6. Excepto tamen *retrobaniuo* (4) principis, ad quod omnes, qui ad arma ſunt conuenientes, ſine *excuſatione* aliqua tenentur proficiſci. *Niſi in retrobanniuo.*

§. 7. *Retrobaniuium* dici ſolet, quando *princeps normannie*, ad *impetum hoſtium* repellendum, (5) in expeditionem aliquam profectus, per *norman-niam baniri* (6) faciebat. Quod omnes ad ſucceſſionem ipſius ſe accingerent, qui *apti* ſunt ad arma gerenda & ad hoſtes repellendos, in quocunque *armorum genere* (7) inuenientur. RETROBANIVVM *definitur.*

§. 8. Completis autem in *ſeruicio principis* uel diebus (8), ſi neceſſitas principis requiſierit, ad *dictum principis*, prout ratio requiſierit, in ſuo ſeruicio remanebunt. *Si requiſierit princeps.*

§. 9. Ad exercitum autem principis nullus, qui hoc debeat ſeruicium, aliquo modo ſe poteſt *excuſare*, niſi per manifeſtum proprii corporis impedimentum. *Vbi uacationem nemo habet.*

§. 10. Et tunc *talem* tenetur mittere, qui pro ipſo ſeruicium faciat (9), quod debeat. *Si nequeat ſeruiat per* ſubſtitutum.

§. 11. *Exercitus* autem quandoque dicitur *auxilium*. Illud *pecuniale* (10), quod concedit princeps *normannie* facto *exercitus* per XL. dies *ſerui-* *Quandoque* pecuniale ſeruitium

(4) *Retrobanniuium*, ob particulam *retro*, idem, quam *die gegenvvehre*; *der allgemeine landesſchuz*: in publica neceſſitate.

(5) Habes igitur *retrobaniuii* uerum etymon, *gegenvvehre*.

(6) *Bannire* idem, quam *militiam imperare*.

(7) Nam alias *feudalis militia* eſt tantummodo *equeſtris*, ad pompam & neceſſitatem, *zu ſchimpf und ernſt*: prouincialis autem, *der landesſchuz*, etiam *pedeſtris*.

(8) Nam *neceſſitas* hic in oculis habenda: quae parum curat tempora.

(9) Per *ſubſtitutum* ſeruire tum licet: ſed nonniſi eum, qui, domini iudicio, eſt habilis & idoneus ſatis ad merendnm.

(10) Quoties enim non eſt e re, *militibus* uti; ſed *nummis*: toties hos quoque *dominus* poteſt imperare. *Daß an ſtatt der vvürcklichen ROSDIENSTEN, daß ROSDIENSTGELD zubezahlen.*

die rosdienſtgelder. *cio baronibus* & *militibus*, de illis, qui de eis tenent *feodum laicale* vel de *ſuis tenentibus*.

Vbi autem plus iuſto non requirendum a SVBVASALLIS. §. 12. In feodo *loricali* nec maius auxilium de ſuis *tenentibus* poſſunt extorquere (11), quam eis conceſſum fuerit a *principe normannorum*.

*Immunitas probanda.* §. 13. De *feodis* autem ad *ducatum pertinentibus*, ſi quis *negauerit* terram aliquam in *feodum* (12) de eis inquiri debet per *principem* uel *balliuos* ſuos huius rei *ueritas* euidenter. Et ſine dilationum exceptione.

*Cui non locus.* §. 14. Quum enim horum *feodorum* ad *ducem* pertineat ſeruicium in *feodi* reſecatione & ad *feodum* non debens ſeruicium reducta ei poteſt ingerere detrimentum.

*Etiamſi feudum deminutum.* §. 15. Si quid enim de *feodo loricali diuiſum* fuerit; *tenens* illud tenetur ſeruicium principi facere, ſecundum *feodi* illius poſſeſſi *quantitatem*. Et hoc intelligendum eſt tam de *feodis principis*, quam de *feodis baronum*, que pertinent ad ducatum.

*Baroniae* 1) oblatae 2) beneficiatae. §. 16. Notandum eciam eſt, quod *barones* habeant quedam *feoda* ad *ſeruicium ducis* inſtituta. *Attributa* enim fuerunt, antequam (13) baronie

(11) Eſt hoc admodum ſolenne: *quod ſubdomini*, intuitu imperatorum ſeruitiorum, plus iuſto exigunt, quam ſit opus primo domino. Igitur tum quod ſupereſt, ſuae vendicant crumenae. Quod etiam in ordine equeſtri, quem immediatum dicimus, ſolet acriter puniri.

(12) Hoc ergo obtinet in *feudis propriis*. In feudis impropriis autem poena ſolet decerni extra ordinem. Vti in *emtitiis, oblatis*. Nam ibi iuris axioma ualet; *cauſa dati non ſecuta*; & *beneficia ab ingrato poſſe reuocari*. Quae omnia locum non inueniunt in feudis impropriis.

(13) Euenit enim; ut principes ſua *feuda domanialia* aliis quandoque conferant putentque ſatis eis eſſe, ſi eorum poſſeſſores maneant *ſubuaſalli*. Quo caſu longe arctior eis nexus cum principe, quam illis, qui ſua allodia uertunt in *feuda*, ubi uaſalli illis primum tenentur & tum demum principi.

do-

donarentur & hi cum *baronibus* debent ſeruicium adimplere. Niſi ſeruicium illud, qui non facit, redimit ad *principis uoluntatem*.

§. 17. *Barones* autem de aliis *feodis*, que non ſunt ad *ſeruicium ducatus* (14) inſtituta, non debent habere, niſi auxilium *conceſſum a principe*, ut dictum eſt. Si forte habuerint *feoda* taliter inſtituta, quod *unum* uel *duo* uel *tria* uel *quatuor* eorum uel *plura*, pro eis debeant facere *ſeruicium unius* militis apud *ducem*; quodlibet eorum, ſecundum quantitatem ſui de illo ſeruicio faciet & perſoluet prout barones *mili em* collocabunt. *In* OBLATIS nexus *minor*.

§. 18. Nihilominus tamen ad ſeruicium domini ſui *releuium* & auxllia eorum tenebitur unumquodque. Licet enim huiusmodi *feoda* ad *ſeruicium ducis*, tanquam unum habeantur, plura tamen ſunt, prout ad *homagium* domini (15) ſui reducuntur & eorum *quodlibet* ad hoc *unius feodi* retinet dignitatem. *Tenentur tamen de* RELEVIO *de uno feudo plures.*

§ 19. Ex predictis patet, quod non ex merito ANGLORVM temporibus ſolet in NORMANNIA uſitari; quod omnes *feodum lorice* poſſidentes *equos* & *arma* habere (16) tenentur & cum ad etatem *XX* ANGLIAE *R. inſtituta quod omnis uaſallus*

(14) Verum a dynaſtis conſtituta in ſuis praediis cum nexu illis tantum modo clientelari.

(15) *Subdomini* ſui, ut loqui liceat ore Longobardico, feudis proprio.

(16) Licet enim non ſemper tempora ſint belli: eſt tamen opus, ut *uaſalli* ſemper inſtructi ſint adparatu militari ad expeditionem, ſi opus, prompte faciendam. Aliud eſt *militare*: aliud *inſtrui* militari *adparatu*. Vitimum dicimus: die *bereitſchaffi*. Ineptiunt igitur Germaniae uaſalli nobiles; cum exiſtimant, tempore pacis, illos agere *inermes*, ſine equo ac ferro; usque dum bellum ſuboriatur. Eſſet enim hoc nimis ſero ſapere; & demum incendii tempore fodere puteos ad habendum aquam. Quod uero haec otia data *equitibus* Germanis in prouinciali nobilitate: hoc militi mercenario debent. Ad hunc igitur alendum, ut etiam illi contribuant; quaeſo quid poteſt eſſe aequius?

& *u*-

*ſit in* militari *adparatu.*

& *unius* anni deueniſſent, tenebantur in *militibus* (17) promoueri; ut prompti & apparati ad mandatum principis uel *dominorum* ſuorum inuenirentur.

## CAP. XXVI.

## De SVSSESSIONIBVS & ESCAETIS & qui hereditare debeant, praeſertim etiam de SVCCESSIONE FEVDALI.

§. 1.

*A* CONSVETVDINE *ſingulari ducis ad* COMMVNEM *pergitur.*

DIcto itaque de *conſuetudinibus* ad *ducem* in parte uel in toto pertinentibus; de COMMVNIBVS agendum eſt. Et primo de SVCCESSIONIBVS.

SVCCESSIO *triplex.* (I) *hereditaria.* (II) *gratioſa.*

§ 2. Notandum eſt ergo, quod *ſucceſſio* quedam eſt hereditaria quedam ex *gratia* quedam ex *fortuna*. HEREDITARIA (18) eſt, quando aliquis percipit *feodalem ſucceſſionem*, hereditatis ratione. Vt filius patri ſuccedit uel *dominus homini* ſuo, ſi de conſanguinitate, ex qua ea deſcendit hereditas, heredem non habeat remanentem. Ex GRATIA autem fit ſucceſſio, quando *epiſcopus* uel *abbas* uel alius ſuccedit alii ad *feoda* ad beneficium pertinentia: ad quod per *graciam* prouectus eſt.

(17) Equidem XVIII. aetatis annus ſufficit militiae: ſed Germani XX anno ſuos adoleſcentes dixere maiores ſymbolo ferri adhibito. Qui mos poſtea degenerauit in *das ritterſchlagen*; quod non tam *officia* notat *militaria*, quam militarem *dignitatem*.

(18) Heredis uox *erbe* apud Germanos eſt nonniſi naturalis; *leibeserbe*. Inde formula: ſine herede obiit, *unbeerbet*, id eſt, carens *liberis*. Nam *teſtamentaria* Latio propria. Cuius loco Germanis *pactitia*, ganerbinatus, *erbverbrüderung*. Non enim *liberos* adoptarunt Germani, uti in Latio: ſed *fratres*. Adoptio igitur liberorum in *capitularibus* Francicis eſt partus iuris alieni, Romani.

§.3. A FORTVNA autem ſiue a caſu ſucceſſio *caſualis* nuncupatur, quando feodum reuertitur *aliquo caſu*, inſtitutione ad aliquem extra conſanguinitatem conſtitutum. (III) *caſualis.*

§ 4. Hereditariarum autem ſucceſſionum quedam eſt *directa*, quedam *indirecta*. Directa eſt, quando *directa conſanguinitatis* hereditas deſcendit ad filium uel profilium in eadem linea conſanguinitatis conſtitutum. *Succeſſio* HEREDITARIA: (α) *directa*

§. 5 Vnde notandum eſt, quod *primogenitus* filius patri ſuccedit & omnes debent ſuccedere ei, qui *primo nati* ſunt in eadem *linea* (19) conſanguinitatis conſtituti. *Ius* repraeſentationis

§. 6. Licet autem huic *conſuetudini*, que in *normannia* ſolet antiquitus *generaliter* obſeruari, opponant, ſe *plurimi* & repugnent (20). In ſucceſſione *patris* tantummodo ad *profilium* aſſerentes, quod *profilius* auo ſuo non debet ſuccedere licet *primogeniti* fuerit filius, qui aui ſui tempore iam deceſſit. Sed ipſi *auo* non debet ſuccedere filius eius, dum tamen aliquis filiorum ſuperſtiterit. Nec debet habere filius eius *uocem* ad ſucceſſionem, dum filiorum aliquis hoc requirat nec eciam ad aliquam *porcionem* obtinendam, ut affirmauit, quod inhumanum eſt & contra ius quodlibet introductum & ſic *normannie* in hoc caſu conſuetudinem peruerterunt. *Quae Normanniae conſuetudo aliis improbatur. Quod ius repraeſentationis in ſolo nepote*

§. 7 Et hoc maximi uiri repugnant & uidentur repugnare, cum *progeniti* filius *primogeniture* lo *Argumenta pro ſuc-*

(19) *Linealis* etiam ſucceſſio eſt Germanica: nam *gradualis* propria Latio. Hodieque in S. R. I. principatibus tragicae in his lites ac caſus: qui tamen facile componi poſſent finium regundorum iudicio *patrii* & *Romani* iuris. Plura diximus & compoſuimus haec in illuſtrata CAROLINA.

(20) Ob glaucomata iuris *Romani*, quibus oculi eorum obducti.

*ceſſione* LINEALI.

cum habeat &*uocem*, ſine quo aliqnis eorum in *uenditione hereditatis* (21) uel in *deffenſione* non debeat audiri. Nec *homagium* facere tenetur *capitalibus* dominis. Nec non & cum in eodem iure ſuccedere debeat in quo *pater* eius, *ſi uiueret*, ſuccedere uideretur. Palam eſt, quod hereditatis ſue ſuccesſio loco ſui ad eum debeat pertinere.

(β) *Indirecta collateralis.*

§. 8. INDIRECTA autem ſucceſſio eſt, quando *nepos* uel alius de *parentela* extra *lineam rectam* ſuccedit, ut frater fratri, nepos avunculo.

*Succeſſio* CASVALIS.

(α) *Feudalis.*

§. 9. *Caſualium* autem ſucceſſionum quedam eſt *feodalis*, quedam ex inſtitutione quedam ex *condicione*. FEODALIS autem eſt, quando ex defuncti heredum *feodum* ad *dominum* reuertitur, de quo tenetur. Et *dupliciter* euenit aut ex *deffectu* heredis aut ex *condempnatione* poſſidentis. Cum enim aliquis condampnatur *anno elapſo* feodum redit ad *dominum*, a quo immediate tenetur. Dum tamen in *feodo* habeat libertatem. *Liberum* (22) autem dicimus *feodum*, quod ſeruiciorum *inhoneſtorum* obtinet *libertatem* ut de predicti ſeruicio & de *curatione benii*, *molendinorum* uel *compoſtorum* extramittendorum uel huiusmodi ſeruiciorum, que nullam retinent libertatem (23). Nec *homagium* nec curiam nec aliam libertatem de *iure antiquo normannie* poſſunt retinere.

(β) *Ex inſtitutione.*

§. 10. Ex *inſtitutione* autem fit ſucceſſio, quando feodum ex inſtitutione facta ad alium *reuertatur.*

(21) Nam huius ceu proximi heredis intereſt, ne *uenditioni* conſentiatur. Quia ſpes ei proxima ad ſuccedendum; retrahendum; reuocandum.

(22) Feuda *ruſtica*; *numaria*; *ciuica* ſunt alienabilia ideo; quo niam domini parum intereſt, quem habeat uaſallum.

(23) Nullam dignitatem: ſed poſſunt obuenire etiam ruſticis & ſeruis. Vt in *feudum* data *molendina*; *piſcationes*; *agricultura*; *uillicationes*.

*tatur*, quam ad *heredes* poſſidentis. Et hoc maxime attenditur in *dotibus* & *uiduitatibus*, ſecundum *uillarum conſuetudines*.

§. 11. Ex CONDITIONE autem ſit ſucceſſio, quando aliquod *feodum* ita traditur & uenditur, quod, mortuo poſſeſſore, ad eum, qui tradidit, debeat *reuerti* uel ad alium; prout facta fuerit *condicio* inter tradentem & recipientem. (γ) *Ex* conditione.

§. 12. Sunt ergo he conſuetudines de SVCCESSIONE NORMANNIE antiquitus obſeruate. Patri ſuccedit *filius primogenitus* & *matri ſimiliter*. Et, ſi pater prior deceſſerit, eius filius uel heres propinquior in eadem *linea* ſucceſſionis directa hanc ſucceſſionem obtinebunt.

§. 13. Si uero nullus de *linea primogeniti* remanſerit; filius poſt *primum primogenitus* uel eiusdem LINEE *propinquior*, ſi deceſſerit, hereditariam ſucceſſionem retinebit. Et ſimiliter intelligendum eſt in *lineis* (24) *poſtnatorum*. LINEA PRIMOGENITI *extincta, demum ſuccedunt* VLTRAGENITI *eorumque poſteri*.

§. 14. Si uero omnes *linee feodorum* deceſſerint, ad *fratrem primogenitum* redit ſucceſſio *feodalis* uel ad eius LINEE *propinquiorem*.

§ 15. Si uero *fratres defuerint* & eorum LINEE, redit ad *patrem*, ex quo *linee* proceſſerunt. *Fratribus extinctis*.

§. 16. Si autem defuerit, redit ad *fratres* ipſius patris, qui *auunculi* ſunt poſſeſſoris.

§. 17. Si autem auunculi defuerint & eorum linee redit ad *auum*. Et ſimiliter intelligendum eſt de *ſuperpoſitis* in LINEA conſanguineitatis & hoc ſane intelligendum eſt ſolummodo de illis, a quibus *deſcendit hereditas*. *Succeſſiones ulteriores*.

(24) Linealis igitur ſucceſſio iuris eſt aeterni, perpetui, generalis, communi toti ſtirpi. Vtinam hoc intelligerent mei Germani! Ita enim opus non eſſet, in patrii iuris luce meridiana ambigere, dubitare, haerere, requirere imperii deciſionem *nouellam*.

COLLATERALIS *ſucceſſio ad VII. gradum.*

§. 18. Et notandum eſt, quod linea *conſanguineitatis* usque ad *gradum* SEPTIMVM (25) ſe extendit. Et ſic patet, quod frater habet ſucceſſionem *defectu propaginis* ex eodem procreati.

*Succesſio diuerſorum* PARENTVM.

§. 19. Sciendum tamen eſt, quod ſi hereditas deſcendit ex *parte patris* & *fratris* uel *cognatus* ſit, ex parte *matris* ſolum ad eum ſuccedere non poterit, cum a *parentibus* ſuis non deſcendat; ſed ad dominum feodi.

*In* NOVITER *acquiſitis.*

§. 20. De ACQVISITIS autem ſecus eſt, quod patebit praeter ea & ſimiliter intelligendnm eſt e conuerſo. Ad eum enim hereditas deſcendere poteſt, qui *propinquior* eſt in conſanguineitate, poſt deceſſum poſſeſſoris illius, cui ſuccesſit in eadem, dum tamen ſit de eius LINEA, a quo dinoſcitur hereditas deſcendiſſe.

COGNATORVM *ſucceſſio.*

§. 21. Si autem frater nullus remanſerit, ad *cognatos* redit ſucceſſio.

*Succesſio* ADSCENDENTIVM.

§. 22. Ad AVVM autem non poteſt redire *ſucceſſio*, dum aliquis ex lineis ab ipſis deſcendentibus remanſerit: ſed ſi omnino defuerint, ad eum ſucceſſio redibit hereditatis ab ipſo deſcendentis per eius ſucceſſores. Ad propinquiorem enim generis deſcendit ſemper *acquiſitorum* ſuccesſio, que non regreditur ad predeceſſores (26): cum de eorum *feodis* non deſcendat.

(25) Olim non crediderim his numeris ſucceſſionem definitam: uerum uti *agnati* omnes patrio iure fuerant perpetuis temporibus una uelut domus aut familia; ita quoque perdurauerat in omnes poſteros ſucceſſio. Poſtquam autem ius Romanum innotuit; ultra IV. aut VII. gradum nulla ſucceſſio. Vti quondam leges Latii uoluere: usque dum Iuſtinianus erupit limites omnes ſtatuitque ſucceſſionis infinitudinem. Sed Theodoſianum ius, ideſt, ante Iuſtinianeum ſecuti ſunt populi barbari, cum iisque Franci, Germani, Normanni. In Polonia hodieque tum expirat ſucceſſio. Et Caroli IV. lex ſupereſt: ubi, ultra IV. gradum, nulli conſanguineo ſucceſſionem indulſit.

(26) In linea adſcendenti. Vn-

§. 23.

§. 23. Sciendum autem eſt, quod, ſi aliqui ex *uno* patre & diuerſis *matribus* fuerint procreati, ſi aliquis eorum deceſſerit; ad fratrem primogenitum redibit ſucceſſio: qui eis faciet, quod debebit. Si uero ex *parte patris* aliquis fuerit procreatus & aliqui plures ex alio *patre* & *matre* eadem; ad primogenitum tamen debebit *acquiſitorum* ſucceſsio remeare. *Succeſſio diſſortium liberorum.*

§. 24. Si quis *fratrum* deceſſerit uel *ſoror*; in ſucceſsione indirecta ſemper recurrendum eſt ad *ſtipitem*: ut propinquior in genere ſtipitis *linea* ſucceſsionem habeat *feodalem*. Frater enim meus ex parte patris ſucceſionem non habebit feodi ex parte *matris* deſcendentis nec e contrario. *De* SORORIBVS *ſigillatim.*

§. 25. Et ſimiliter de *cognatis* intelligendum eſt: procreati ex *feminarum* linea uel *femine ſucceſsionem* non retinent. Dum aliquis remanſerit de linea *maſculorum*. MVLIERVM *& cognatorum ſucceſſio* SVBSIDIARIA.

§. 26. *Patri* redit hereditas, nullo *de procreatis* ex ipſo lineis remanente: illa hereditas uidelicet, que ab ipſo deſcendit & hoc idem de *matre* intelligendum eſt & de *auo* & *proauo* & *atauo* & *proauia* & *atauia*. Cum autem ſemper recurrendum ſit ad *ſtipitem primogeniti maſculi* uel eorum heredes ſucceſsionis retinent *dignitatem*: quod plenius declarabitur in *figura* (27). *Pater num heres. & mater.*

de AVSTRIACI iuris; *adſcendentium nulla ſucceſſio, ne patris quidem.* Sed legem, ante biennium, ut iniquam, proſcripſit ac ſuſtulit *auguſtiſſimus* imperator.

(27) Erat iureconſultis etiam Romanis ſolenne; pingere *tabulas ſucceſſorias*. Verum in *lineali* ſucceſſione hoc lumine non eſt opus; cum omnia ſint plana & facilia ad intelligendum.

## CAP. XXVII.

# De PORTIONIBVS & quomodo FEODA diuiduntur.

§. I.

DIVISIO *hereditatis. Quae* DE PORTIONIBVS conſequenter agendum eſt. Omnis autem hereditas aut eſt *partibilis* aut *impartibilis*.

(I) Impartibilis. § 2. IMPARTIBILIS enim dicitur, in qua nullam *diuiſionem* inter fratres *conſuetudo patrie* patitur ſuſtineri: ut *feoda lorice* (1); *comitatus baronie* & *ſerjanterie* (2).

(II) Partibilis. §. 3. In quibus ad dominos pertinet cuſtodia pupillorum. *Partibilis* autem dicitur hereditas in qua nullam *cuſtodiam* poſſunt domini *reclamare*, ut *uauaſſorie* ( ) & omnia alia *tenementa*; ſcilicet

(1) Olim certe omnia feuda propria, *militaria* maxime, *indiuidua*. Nam intererat *Germaniae*, ne illa diſtraheretur principum multitudine: *prouinciarum* autem, ut quilibet *beneficiarius* ſufficeret ad *militaria* ſeruitia. Verum artibus *imperatorum* euenit: ut *ſeptem* Germaniae prouinciae demum irent in partes. *Bohemia* & *Vendia* exceptis tantummodo. Nam Caeſaris axioma fuerat; *diuide & impera*. Imo *prouincialia* feuda pariter diſcerpta. Inde *nominum* portenta: *equo dimidio* aut *quarta* eius parte ſeruire. *Ein HALBES ritterpferd, ein viertel oder FVS davon auf ſeinem gut haben*.

(2) *Serjanteriae* uel *ſergenteriae*, ſunt praedia clientelaria delata ſub nexu *miniſteriali*. Nam lictores quidem audiunt Germanis *ſcherger*; & militibus *ſergente*, officiales. Eſt ergo uox uniuerſim *miniſtri* in *adferenda ui aliis* ex mandato. Ne igitur horum in officio *ſerjentes* deeſſent; *ſerjanteriae* non poterant diuidi. Sed, quod iuris *ordinum* fuerat: illud *priuilegiis* electorum tribuit fruſtra *CAROLINA*; ad quam ſcripſimus, quae debuimus,

(3) *Vauaſſoriae* ſunt feuda minora, ruſtica, quae perſonalia praeſtant ſeruitia; ſed talia, quae quilibet poterit ſubire. Vt parum interſit domini: unumue habeat, an plures. *Vaſſus* idem, quam *orbus*, *ein vvayſe*, *vveſe*, qui indiget uiuitque alieno beneficio. Sed *uaſtaſſus* idem quam *uaſſus aſ-*

*firma-*

*firmarie* (4) feodales, *cenſarie* & *libera tenementa* &(5) eciam *ſeruilia* & *bordagia* (6) & *borgagia* (7).

§. 4. Cum autem aliquis *patri* ſuo ſucceſſerit uel *auo* uel *proauo* uel *atauo*, ſi *fratres* habeat de genere *predeceſſoris*, ſi hoc confiteatur, *ultimo nato* (8) debet tradi *feodum*, qui de eo tot faciat *porciones*, quot participes in eo fuerint, principales, non leſa tamen *patrie conſuetudine*. *Maior diuidit: minor eligit.*

§. 5. Quidam enim ſunt participes principales, quidam *ſecundarii*. *Principales* autem ſunt, inter (I) quos hereditas *diuiſionem* ſuſtinet *principalem*. Videlicet qui *equales* debent habere porciones, ut *fratres* & huiusmodi. *Secundarii* autem ſunt, qui (II) non expectant equalem porcionem, ſed in *aliqua porcione porciones reclamant*: ut *liberi* alicuius *fratris* deffuncti, in porcione ad patrem pertinente, (9) ſuos debent percipere porciones. *Participes Principales* *Secundarii*

§. 6. *Poſtnatus* ergo debet ita facere porciones, quod *feoda lorice*, uel alia, que cuſtodiam retinent, diuidat & ea, que ſunt in *una uilla*, cum illis, que ſunt in alia, non interponat. SEPARATIO *feudi ab allodio.*

§. 7. *Pecias* (10) autem terrarum non amputet Peciae.

---

*ſus*, id eſt, *ſubuaſallus*, *affterlehenmann ualuaſſor* idem, quam *uaſſalli uaſſor*.

(4) *Firmariae*, feuda ſunt *culinaria*, *Kuechenlehen*, quae, loco ſeruitiorum, ſoluunt res annonae. Plenius in *iure clientelari S R. I. ſect. III. c. 4 litt. m. dem erbpacht.*

(5) Ita enim *Anglis* tenementa, haud dubie a *tenendo*, dicuntur *feuda*, in praediis conſtituta, uniuerſim.

(6) *Bordagium* eſt a *borda* dictum ſiue aedibus aut aediculis, *caſa*. Inde Germanis *caſati*, agricolae, qui *caſam* habent domino clientelarem, *einen Coſater*.

(7) *Borgagia* a *burgo*, caſtro, pago, *burgerliche lehen*; feuda *burgenſia*.

(8) Contra Germanici iuris: *maior diuidit, minor eligit*. Quia primum eſt *iudicii*; ultimum fortunae & caſus.

(9) Quia hunc ſiſtunt & *repraeſentant*.

(10) *Peciae* idem, quam *portiones*, *partes*; Gallis *pieces*; Germanis etiam, *parcelen*, *partikel*.

uel corrumpat. Dum tamen ſine hoc *equales* facere poterit porciones *propinquiora propinquioribus* coniungat.

§. 8. Maiora non amputet; ſed *maiora* reſecet adiungens minoribus: ut ſic *equales* faciat *porciones*.

PRIMOGENITI *praecipuum* herbegagium.

§. 9. *Capitale herbegagium* (11) primogenito remanebit. Sic ut *edificia* in eo conſtructa continebunt. Clauſum autem ſiue *gardinum* uel ortum ei remanebit, dum tamen fratribus *legitimam* fecerit *excambiam* (12) ſuper hoc ad *ualorem*. Cetera autem omnia porcionibus adequantur.

SORTIS *iudicia*.

§. 10. Factis autem porcionibus & *inſcriptis* redactis & diſtinctis, debet *poſtnatus* eas afferre in curia & dare earum copiam fratribus primogenitis; ut eligant, ſi uoluerint in inſtanti uel terminum *eligendi* & *conſulendi* usque ad *quindenam* ad minus habebunt, ſi uoluerint & requirant. Dum tantum placita in *quindena* teneantur uel ad *aſſiſias* longiores.

*Abſit in eo fraus*.

§. 11. Sed, quum in *porcione malicia* poteſt incidere, ex conſenſu *poſtnati* cum primogenito, ad quem prima pertinet *electio*; poſſunt alii porciones reprobare, ſi aliquod in eis *indicium malicie* monſtrauerint imminere.

*Quae fieri poteſt*.

§. 12. Si enim poſtnatus *medietatem* in una porcione poneret; primogenitus eligeret. In hoc fratrum ceteras *lederet* porciones: propter quod per *ſacramentum XII* (13) fide dignorum &

---

(11) Poteſt *herbagium capitale* dici, *das beſte landgut*, praedium in hereditate potiſſimum ac praecipuum. Sed forte idem hic intelligitur, quam *militaris ſupellex* praecipua *das heergevvette*.

(12) *Campen* idem, quam *mutare*. Quod dictum in *differentiis iuris in mutuo*. Inde debet pro illo, quod praecipui iure habet, coheredibus ſatisfacere.

(13) Eſt hic numerus *ſuperſtitio-*

*iura-*

*iuratorum hominum*, comperto dolo in *porcione*, debent porciones adequari.

§. 13. Si autem eas fecerit *poſtnatus*, leſis *conſuetudinibus* prenotatis, reprobande ſunt & eciam iterum faciende & ipſe pro defectu ſuo punietur: & ſi facere uoluerit tamdiu porcione careat, quamdiu ſe ſuper hoc fecerit *contumacem* uel alii porciones faciant competentes. Ita quod *minoris* porcio non ledatur. PARTITIO *corrigenda*

§. 14. Quod ſi malicia in eis uideatur; per *iuratas* porciones, ut dictum eſt, emendentur: *primogeniti enim* primo debent *eligere*. Harum autem rerum contenciones unum exonium & unum deffectum tantummodo patiuntur. Si autem *tota hereditas*, tam ex *patre*, quam ex *matre*, ad fratres deſcenderit; de toto inſimul debent fieri porciones. Portiones iuratae.

§. 15. Si autem de eodem toto, quod ad eos deſcenderit, de quo inter eos nundum facte fuerunt porciones. Si uero, receptis a *maioribus* in iure ſuis porcionibus, *minor* ſuam noluerit retinere; aliam uerſus eos non poterit *reclamare*. Et *primogenitus* eam retineat, donec eum ipſe requirat, eo, quod *maioribus* tenebatur facere porciones. *Remedia compeſcendi iura minoris.*

§. 16. Sciendum eciam eſt, quod ſi *duo fratres* fuerint, factis a *minori* porcionibus ſecundum *ius*, *maior* ſemper tenetur *eligere*. Cum in hoc nulla *malicia* ualeat inueniri. *Si* DVO *fratres coheredes.*

§. 17. Sciendum eciam eſt, quod ſi *primogenitus* feodum *impartibile* eligerit & aliis tradiderit, *Primogeniti pars* indiuidua.

*ſus* & uere nimius. Offuciae ſunt: *chriſtum duodecim apoſtolos aluiſſe*; quod tot opus habuerit *teſtibus* ueritatis. Et numeri ſi uariauerint teſtes, poſſit diuidi multoties. Gerrae inanes.

*eſcaeta* (14) altero fratrum decedente *eſcaeta* non deſcendet ad primogenitum; ſed ad alium, qui de ea habebat porcionem.

SORORVM maritagium.

§. 18. SORORES autem in hereditate patris *nullam* debent *porcionem* reclamare uerſus *fratres* uel eorum heredes, ſed *maritagium* poſſunt requirere (15). Et ſi fratres eas ex mobili ſine *terra* uel cum *terra* uel ex *terra ſine mobili* uoluerint *maritare* uiris eis ydoneis ſine *diſparatione* (16), hoc eisdem debet ſufficere.

*Filiarum legitima eſt* TERTIA *pars. Niſi honeſte elocentur.*

§. 19. Et ſi eas *maritare* noluerint; *terciam* partem hereditatis habebunt loco *maritagii*. Hoc attento, quod, ſi *decem* uel plures fuerint *filii* & una ſoror uel due, non habebunt *tercium*; ſed porciones fratrum porcionibus coequales. Nulla enim ſoror porcionem poteſt habere *maiorem*, quam *fratres* ſui. Omnes autem ſorores, quotquot fuerint, ultra *terciam* partem nihil poſſunt requirere hereditatis Nec *maiorem* habere *porcionem*, quam unus *fratrum*, eciam ſi unica eſſet, expectans cum *decem* fratribus porcionem.

*Sororum ſucceſſio nulla ex* LATERE.

§. 20. Sciendum eciam eſt, quod *ſorores* non habeant *maritagium*, niſi ſolummodo ex *feodo*, quod *directa* linea ad fratres deſcendit, ex deceſſu *patris* uel *matris* uel *aui* uel *aue* uel aliorum *ante-*

(14) *Eſcaeta*, idem, quam *erbſchafft*; dictum ſupra.

(15) Eſt haec ueritas ac fides habenda maximi. Nam *filiabus* ſucceſſio debetur etiam in allodio aut feudo uulgari: nonniſi *ſubſidiaria*, fratribus deficientibus. His moribus uiximus olim Germani. Hodieque iure iſto utuntur *nobiles* familiae in *Franconia* & *Holſatia*. Vt filiae, tantum capiant aliquid, quod ſufficit ad *uictum* aut *dotem*. Exulat hic *legitima* iuris Latii & illius portio definita iuſto largiori manu ac menſura.

(16) Fratrum igitur fuerat, *elocare ſorores*, inſtar *filiarum*. Sed tamen non obligabant nubere ei, qui *imparis ſortis*. Nam a *diſparagiis* Germanos abhorruiſſe omni aeuo; diximus in opuſculo de *dignitate uxoris*.

*ceſſo-*

*ceſſorum*, in directa linea conſtitutorum. Ex feodis *indirecte* deſcendentibus *nullam maritagii* percipient porcionem: ut de *eſcaetis* auunculorum uel cognatorum & huiusmodi.

§. 21. Si autem aliqua *mulier* cum aliquo *maritagium* contraxerit, nichil ulterius poterit *reclamare* ratione *maritagii*, niſi id ſolummodo, quod in *maritagium* fuerit a parentibus eidem condonatum. Et ſi nihil ei in *maritagium* datum fuerit, nichil poterit reportare. Et quod ei promiſſum fuerit in maritagio tenentur promiſſores reſtituere Et ſi promiſſum fuerit negatum, per *recordacionem* asſiſtencium in contractu *maritagii*, debet *recordari*. Nichil enim in *maritagio* contracto mulier poteſt reclamare de *hereditate* anteceſſorum. Excepto eo, quod in *contractu* eidem ab heredibus *ius maſculinum* obtinentibus aſſignatum fuerit uel conceſſum. *Maritagium aut dos filiae.*

§. 22. Et ſi heredes in *non etate* (17) fuerint; non propter hoc debet matrimonium prorogari: ſed eodem modo faciendum eſt per *tutores* eorum ac ſi *etatem* attigiſſent debitam. TVTORES *ſequantur iura liberorum.*

§. 23. Si qua uero mulier *maritagium* requiſierit uerſus *fratrem* ſuum; frater, ſi uoluerit, eam ſecum reducet & in *cuſtodia* ſua per *annum* & *diem* erit, ut ei prouideat de *maritagio* competente. Competens eſt enim *matrimonium* ad mulierem, ſi perſone *ydonee*, prout ius poſſeſſionis paterne requirit, maritetur. Et ſi tale noluerit recipere *maritagium* (18), ſine conſilio & auxilio tam *terre* quam *mobilium* dimittatur. SOROR *fratris iudicio elocanda, non proprio*

(17) Germanismus eſt: *nicht zu ihren iahren oder tagen kommen.* Id eſt impuberes aut minores. Quod patrio iure eſt unum idemque.

(18) Dictum de hoc in opuſculis de *matrimonio imperato* conſenſuque contracto *cognatorum*. Omnia iterum hic patria & Germana.

*Ius ſororum circa* maisnagia.

§. 25. In *maisnagiis* (19) autem ſorores non poſſunt aliquid *reclamare*, niſi plura conſtiterint e *maisnagia*, quam fratres. In *borgagiis* autem equalem, ſicut fratres, percipient porcionem. Et licet ſuper de *ſorore* ſua per *diem* & *annum* habeat *cuſtodiam*; non tamen, ſi *non* in *etate* fuerit, hoc habebit nec eciam *nepos* uel alius in *genere*.

*Succeſſio* MVLIEBRIS ſubſidiaria.

§. 25. Cum autem hereditas ad *mulieres diuoluitur*, ex *defectu heredis*, qui *maſculi* retineat *dignitatem*, eo modo inter ſe porciones tenebunt, ſicut dictum eſt, de *maſculis*. Attento tamen, quod inter eas omne *feodum* tam *lorice*, quam *ſerjanterie* (20) diuidi debeat & in porcionibus ſeparari.

Feudi *ſucceſſio ſingularis*.

§. 26. Nullus autem heres, cuiuscunque *ſexus* fuerit, poteſt dare uel conferre aliquid *feodi* alicui eorum, ad quos *eſcaeta* equaliter deſcendere tenetur uel heredibus eorum, directa linea deſcendentibus. Sed poſt eius deceſſum totum *feodum* tam *poſſeſſum*, quam ſic *datum*, *diuiſiones* inter participes ſuſtinere.

*Succeſſio* ADSCENDENTIVM *in feuda*.

§. 27. *Parentibus* autem, qui nullam porcionem expectant in *feodo* cum heredibus principalibus. Verbi gracia; Si *ticius quatuor fratres habuerit & unam ſororem nec heredem habeat ex ſe procreatum; ſi de feodo ſuo SORORI ſue dederit uel heredibus, ex ea procreatis, illud eis hereditarie poterit remanere, cum nullam de eius eſcaeta habere ualeant porcionem:* Si autem *fratri* dederit uel heredi, ex eo procreato, poſt eius deceſſum retinere non poterunt; ſed totum debet ad porciones reuocari.

---

(19) *Maisnagium* idem forte, quam praedium. In uernacula: *mein eigenthum*. *Manſus*, *manſum* ſane idem, quam pratum praedium: *manentes* iidem, quam adſcriptitii ſerui.

(20) De uoce hac & munere dictum ſupra *n*, 2.

CAP.

## CAP. XXVIII.

# De IMPEDIMENTIS SVCCESSIONIS, uidelicet per BASTARDIAM, RELIGIONEM, FOREFACTVRAM & LEPRAM.

§. 1.

DE impeditione ſucceſſionis conſequenter uidendum eſt. Sunt autem hec *baſtardia*; profeſſio *religionis*; *foriſfactum* & *lepre* morbus incurabilis. *Heres inhabilis.*

§. 2. Inter que, primo loco, uidendum eſt de *baſtardia*. Sunt enim BASTARDI, quod ipſum infra diem & annum pro *baſtardo* portabit, habebit ad ordinarium litteras *iuſticiarii* in hac forma: *Cum contentio coram nobis inter a. & b. uerteretur occaſione c. qui dicto a. pater non denegatur extitiſſe; tamen a dicto b. reprobatus eſt pro baſtardo. Cum igitur huius rei cognitio ad vos pertineat euidenter; cauſam BASTARDIE uobis remittimus, infra diem & annum terminandam & quid ſuper hoc feceritis ad terminum nobis remandetis & exinde ordinarius in cauſa procedet, prout de iure uiderit procedendum.* 1) *De* BASTARDO. *Formula* de appellando baſtardo.

§. 3. Elapſo autem anno, debent redire ad curiam uel interim, ſi cauſa materie fuerit terminata. Et ſi pro *baſtardo* reputatus fuerit, parti aduerſe hereditas remanebit. Si autem pars aduerſa hoc *probare* non poterit; nichil contra ipſum poterit obtineri. *Sententia de* baſtardo.

§. 4. *Baſtardus* autem *nemini* debet *hereditarie* ſuccedere. *Caſualiter* autem poteſt, ut per emtionem ſeu condicionem aliquam. *Baſtardo* autem nemo poteſt ſuccedere, niſi ex ipſo & *uxore* *Ille non ſuccedit* parenti. *Neque ei ſuccedit ur.*

pro-

propria origincm duxerit coniugali. Et licet *baſtardus* in hereditate ſuccedere non debeat; *hereditatem* tamen *acquirere* poteſt, quam poteſt *uendere*, dare uel *inuadiare* (21), ſicut legitimi quibus uoluerint. Exceptis tamen illis qui in *baſtardia* ex ipſo fuerint procreati.

2) *de* RELIGIOSO. §. 5. Nullus autem, qui profeſſionem fecerit religionis, aliis poteſt ſuccedere in hereditatem. Dum tantum *religionis habitum* teneat euidenter. Tanquam enim *mortuus mundo* reputatur. Si tamen contentio ſuper hoc immerſerit, *habitu* tamen *religionis* litis mote tempore iam remiſſo; in huius contentione eſt, ſicut in *baſtardia* diximus, procedendum.

3) *de* FORISFACTVRA. §. 6. Ex *forisfactura* autem accidit, quod hereditaria deperit ſucceſſio. Nullus autem ex *condempnato ſanguine* procreatus alii poteſt ſuccedere in hereditatem (22). Iſtud alibi in *forisfacturis* plenius declaratur.

4) *de* LEPROSIS. §. 7. LEPROSI autem alicui in hereditatem ſuccedere non poſſunt (23). Dum tamen eorum egritudo fuerit publice *manifeſta*. Poſſeſſam autem hereditatem totalis vite tempore retinebunt.

(21) Id eſt, oppignorare. Nam *uadium* eſt pignus, quod dictum ſupra.

(22) Hoc, ſi crimina laeſae maieſtatis exceperis, ualde eſt durum. Sed tamen tolerabile tum. Quoniam pauciſſimis delictis ſtatutum eſt ultimum ſupplicium.

(23) Habendi enim inſtar *mortuorum*. Verum hodie poſtquam *medica manu* ſanantur leproſi & *morbo Gallico* ſiue *Hiſpanico* infecti; ſtultum eſſet, ideo aliquem excludere hereditate. Praeſertimeo caſu, quo hos morbos contrahunt homines *caſu*; non *delicto* ſemper. Si ſcilicet *effluuiis* aegrotorum fuerint correpti. Quid? quod noſtro aeuo tales morbi, proh! audire ſolent ſeculum.

CAP.

## CAP. XXIX.

# De TENEVRIS feodorum diuerſimode.

## §. I.

DE TENEVRIS autem conſequenter agendum eſt. Eſt ergo *teneura maneries*, (23) qua *tenentur* de dominis *tenementa* (24). Quedam enim *teneura* eſt per *homagium*; quedam per *paragium*; quedam per *borgagium*; quedam per *elemoſinationem*. TENEVRAE.

§. 2. Per HOMAGIVM autem tenentur *feoda*, de quibus fides inter dominum & hominem obſeruari expreſſe promittitur, ſalua fide *domini normannie*. Quod eciam a domino recipitur *expanſis manibus* ipſius & *interpoſitis manibus* homagium facientis, quod in ſequenti capitulo plenius elucebit. *Diuiſio* TENEVRARVM. *a*) per homagium.

§. 3. Per PARAGIVM autem tenentur feoda, quando *frater* uel *cognatus* porcionem percipit (25) de anteceſſorum hereditate, quam de *antenato* tenet & ei reſpondet (26) de eis ſingulis, que debet *b*) *Paragium*.

(23) *Maneries* a *manendo* aut manu tenendo. Eſt igitur locus aut praedium, in quo licet agere aut habitare.

(24) *Definitio* inanis, quae aeque obſcura, quam *definitum*, quod debuerat declarare definitor.

(25) Si enim *portionem* nullam accipit *poſtnatus*, *cogitur*, tum *apanagio* uiuere & eſſe dicitur *apanagiatus*. De utriusque nominis diſcrimine multae lites iureconſultis. Quae ad componendum faciles eſſent: modo his uerbis uterentur omnes ſcriptores ſenſu eodem. Sed illi *apanagii* & *paragii* uocabulis utuntur inſtar ſynonymorum. Doctiſſimo *Hertio* morbum ac mortem dicitur attuliſſe ſcriptum oppoſitum eius ſententiae. Quod dolendum eſt in tanto uiro, qui has fabellas poterat ſpernere & uindicare contemtu. Supra inuidiam in iurisprudentiae fere parte omni poſitus.

(26) Ut a ſubuaſallo ſui fratris antea nati non uideatur abeſſe.

*feodum*

*feodum porciones* ſue ad dominos pertinentibus *capitales*: quod patebit inferius.

III) *de* ELEMOSINATIONE.

§. 4. Per elemoſinationem autem terre tenentur eccleſiis *elemoſinate*.

IV) *de* BORGAGIO.

§. 5. Per BORGAGIVM autem tenentur *albodia* & *menſure*, in *burgis* conſtitute, *burgorum* conſuetudines continentes.

*Feuda bordagii.*

§. 6. Quedam autem, preter hoc, in diuerſis *partibus normannie* tenentur feoda per BORDAGIVM, cum aliqua *borda* traditur alicui ad ſeruilia *opera* & *uilia* ſeruicia facienda, quam non poteſt *uendere* nec *dare*, nec *inuadiare*, qui eam recipit in hereditatem ſub tali *teneura* & hoc non facit *homagium*.

V) *de feudis* LIBERIS.

§. 7. Tenentur eciam quedam LIBERA TENEMENTA ſine *homagio* & *paragio* in feodo laicali; ſed hoc fit in compoſicione, inter aliquas perſonas procreata. Vt ſi quis dederit *X ſolidos* annui redditus in feodo, quod de ipſo tenetur per *XX ſolidos* redditus ſibi alios X ſolidos cum homagio retinendo poſſeſſor feodi feodum illud tenebit, quemadmodum pertinet ad *X ſolidos* de eo, cui collatum eſt a domino ſuo, *homagium* retinente. Nec tamen propter hoc alii faciet *homagium* cum totum *feodum* tenere dinoſcitur.

*Teneura uoluntaria*

§. 8. Et huiusmodi *teneura uoluntaria* nuncupatur eo, quod ſit ex uoluntate tradentis & recipientis & non ex neceſſitate *hereditatis*.

VI) *de teneura de* REDITIBVS

§. 9. Notandum eciam eſt, quod quedam ſunt TENEVRAE de *redditibus*, ut quando aliquis tenet redditum ſibi aſſignatum, terra poſſeſſori remanente.

VII) *Teneura de* TERRA.

§. 10. Quedam *teneura* fit de TERRA, ut quando aliquis tenet de alio *fundum terre* alicuius.

§. 11.

§ 11. Quedam autem fit de DIGNITATE, ut quando aliquis tenet aliquam *dignitatem* de alio, ut habere *garantizantiam* (27) uel *quittanciam* (28) in *foreſtis* uel *nundinis* uel aliis locis uel habendi *ſerjanteriam* (29) uel *montam* (30) uel aliquid huiusmodi, que *ſine fundo* terre tenentur de dominis. VIII) *de teneura* DIGNITATIS.

## CAP. XXX.

# De teneura per HOMAGIVM.

§. I.

DE *homagio* uidendum eſt. HOMAGIVM itaque eſt fidei promiſſio, obſeruande in iuſtis & neceſſariis. Non obſtando; ſed conſilium & auxilium exhibendo, quod fit *expanſis manibus* inter *manus recipientis* (31) in hec uerba. *Ego deuenio hominem veſtrum, ad portandum uobis fidem contra omnes, ſalua ducis normannie fidelitate.* HOMAGII *definitio.* *Formula* HOMAGII.

§. 2. Et notandum eſt, quod *homagiorum* quoddam eſt de *feodo*: quoddam eſt de *fide* & *ſeruicio*: quoddam eſt de *pace* conſeruanda. *Diuiſio* triplex.

§. 3. De FEODO autem fit homagium modo ſuperius annotato. I) *de* FEODO

§. 4. De FIDE & SERVICIO fit homagium, quando quis aliquem recipit in hominem, ad *fidem* ſibi conſeruandam & *ſeruicium* proprii corporis exhi- II) *de* FIDE & *ſeruicio.*

(27) Eſt idem *guarantare*, quam cuſtodire. A *guerra* haud dubie. Quia cuſtodia fit armis. Inde *die gevvehr.*

(28) *Quittantia* alias eſt immunitas, collata illi, qui alias tenebatur ſeruire. Germanice dicimus: *ſattelfrey, dienſtfrey.*

(29) De *ſerjanteria* dictum ſupra, quod idem, quam miniſterium ad *capiendum* & adprehendendum corpore.

(30) Nam olim in *montibus* quoque inſtitutae *guardiae* & cuſtodiae. Vnde pericula eminus poterant uideri ac proſpici.

(31) Nam manus porrectio Germanis *fidei* ſingularis *ſymbolum*: *Die gegebene handtreu.* Fuerant etiam clientelaria homagia, facta *iunctis pollicibus.*

bendum

bendum; ad *pugnandum* pro ipſo (32), ſi neceſſe fuerit uel huiusmodi aliud *ſeruicium faciendum*. Et ſi propter hoc ei redditum aſſignauerit, ad *heredes* eius non deſcendet, niſi *expreſſum* fuerit in condicione facta inter ipſos. Et ſi eciam *ſeruiens* ſuccubuerit pro alio, *duellum* faciendo, redditus ad dominium eciam reuertitur.

*Feudum* DVELLO *acquiſitum*. §. 5. Sciendum tamen eſt, quod toto uite ſue tempore illud *feodum* poſſidebit, quod collatum eſt a domino, pro quo DVELLVM ſubiens in *campo* ſuccubuit (33) & huiusmodi *homagium* fit modo ſupra dicto Addito tamen, ſalua fide aliorum dominorum meorum.

III) *de* PACE §. 6. Fit autem homagium quandoque de PACE ſeruanda. Quod homagium de PAGA (34) uel de PAGATO nominatur. Eo, quod fit in *pagam* concordie, inter aliquos reformate. Vt quando aliquis ſequitur alium de *aliqua actione criminali* & *pax* inter ipſos reformatur. Ita quod *ſequutus* facit ei *homagium*: ſe altero de *pace* illa con ſeruanda huiusmodi homagium recipitur in *pagam concordie* reformate. Et fit huiusmodi *homagium* modo ſuperius annotato, expreſſo tamen & addito, *ſalua fide aliorum dominorum meorum* & maxime in hac *pace* conſeruanda.

PLEGIATIO §. 7. Homagio autem inheret PLEGIATIO (35).

(32) Quod illo tempore conceſſum fuerat ius belli priuati. Eo referri debent Gallorum *Soldurii*, quorum officia deſcripſit *I. Caeſar*.

(33) In gratiam promeriti feudi ſanguine ac ferro.

(34) Soluere ſiue *paier* idem eſt, quam creditorem *pacare*; in uernacula *befriedigen*. Igitur euenit quandoque, ut *pax* conciliari non poſſet: niſi alter obſtringeret fidem ſuam ad eam poſt colendam & obſeruandam. Inde *paga*, *pax*, *concordia*, unum & idem. Vicina his *pacta unionis*, die *erbuereinigung*, de mutua defenſione.

(35) Ideſt cautio. Forte a Germanico *pflegen*, quod dictum ſupra.

Ho-

Homo enim tenetur dominum ſuum *plegiare*, in quacunque curia, ſi de *perſonali* fuerit inſequutus & quod iuri parebit ad terminos aſſignatos. Et in *mobilibus* & de *nantis* (37) liberandis & de debitis uel in mutuationibus, prout quantitas redditus *unius* anni, quem debet domino, ſe extendet. *debetur do; mino.*

§. 8. *Iuſticiationem* habet dominus ſuper omnia *feoda*, que tenentur de *dominis*; ut ea, que *homo* tenet de domino ſuo, nulla alia perſona interueniente, inter dominum & tenentes. Et hoc modo tenentur omnes *poſtnati*, mediante *antenato* & omnes *tenentes*, ſub homine conſtituti, qui per homagium domino coniunctus eſt. *Eiusque* IVRISDICTIO,

§. 9. Nullus autem poteſt iuſticiam facere ſuper *feodum* aliquod, niſi teneatur de eodem. Feudi *poſſeſſor.*

§. 10. Notandum eciam eſt, quod nullus *terram*, quam tenet de domino per *homagium*, poteſt uendere uel *inuadiare* ſine aſſenſu domini ſpeciali. De parte tamen *tercia* uel infra hoc plurimi uoluntate facere conſueuerunt. Dum eis remaneat de *feodo*, quod omnia iura & *faiſancie*, *iuriſdictiones* & dignitates feodi perfici dominis plenarie ualeant & perſolui. *In* alienatione CONSENSV *opus domini.* *Vltra* terciam.

§. 11. Per PARAGIVM autem fit *teneura* eo, quod tenens & ille, de quo tenetur, PARES eſſe debent ratione *parentagii* (38) in porcionibus hereditatis, ab anteceſſoribus *deſcendentis* & hoc modo tenentur *poſtnati* de *antenatis* ſuis, quouſque ad PARAGIATVS *nexu tenetur primogenito.*

(37) *Pfand*, pignoribus, ut ſaepe expoſitum.

(38) *Parentagium* idem, quam bonum, a parente relictum. Sed *parentagium* alibi quoque habere dicitur, qui apud nos audit *caput familiae*, parentis inſtar habendus ideo, *der chef vom hauß*. Eſt hoc in familiis plurimis hodieque receptum: ut conſtituatur unus, qui praeſit uniuerſis. Idque uel *pacto* maiorum uel electione & arbitratu, ut aliquis in gente uniuerſa eminet *dignitate*, *aetate*, *opibus*, *doctrina*, *auctoritate*. Atque is habere dicitur *parentagium*.

*Vsque ad VI. gradum.*

*ſextum gradum* peruenerint in conſanguineitatis linea conſtituti (39). In illo tamen gradu tenentur *fidelitatem* facere *ante nato*. In *ſeptimo* autem gradu *homagium* & exinde, quod per paragium prius tenebatur, per homagium ulterius non tenebitur.

*Eius quique* IVRISDICTIO.

§. 12. Poteſt autem *antenatos* in *poſtnatus* iuſticiam (40) exercere pro redditibus & *faiſanciis* ad dominos feodi pertinentibus. Pro *aliis* autem *actionibus* nequaquam. Niſi ſolummodo in *tribus* caſibus: uidelicet pro *iniuria* perſone ipſius irrogata uel primogenito uel uxori.

Borgagia *feuda alienabilia.*

§. 13. In *teneuris* autem per *borgagium* ſciendum eſt, quod poſſint uendi uel emi, ut *mobile*, ſine conſenſu dominorum ſuorum & *couſtume* (41) de eisdem debent reddi, ſecundum conſuetudinem *burgorum*.

*Ius* RETRACTVS *gentilitii.*

§. 14. Notandum eciam eſt, quod uendiciones eorum per heredes uel conſanguineos non poſſunt reuocari, niſi *clamor* fiat infra *diem naturalem* per illum, qui ius *reuocandi* habet.

*Iura uxoris*

§. 15. Notandum eciam eſt, quod relicte huiusmodi emptionibus, tempore ſuo factis, per *maritos* habent medietatem uerſus heredes uirorum ſuorum, poſt eorum deceſſum.

*Sororum.*

§. 16. Nota iterum, quod *ſororores* in huiusmodi *tenementis equalem* cum fratribus percipient porcionem.

(39) Vti natura hominis auerſatur infinitudinem: ita agnationis, duraturae in ſuccedendo & colendo, gradus non niſi ſex. Idem quondam apud *Romanos*, imo hodieque apud *Polonos*; ne ultra graduum definitos numeros ulla ſucceſſio.

(40) Erant enim *gentilitia tribunalia*, quibus prae erat caput *gentis*. Quo caſu pro uno omnes, eiusdem nominis, armorum, clypei ſocii, agnati. Praeſertim in cauſis iniuriarum, ac contumeliae.

(41) Conſuetus cenſus ita dicitur, *das gevvoehnliche*. Vti dictum ſupra.

§ 17. Nota iterum, quod huiuſmodi *tenementa* nec *releuia* nec *auxilia* (42) faciunt in normannia uſitata. *Immunia ſeruitus.*

§. 18. De *burgagio* autem multa tenentur per *homagium* (43); ſed hoc non eſt de *inſtitutione burgorum*; ſed ex pacto inter poſſeſſores eorum interueniente & hoc pactum inter eos factum debeant obſeruare. *A iureiurando.*

§. 19. Nichilominus tamen propter hoc quantum ad ceteros debet pro *burgagio* reputari & omnes condiciones burgagii retinebit: niſi expreſſa condicio in contractu facta, quando burgagium receptum fuit in feodum, ſe oppoſuerit euidenter. *Ceteris ſaluis.*

## CAP XXXI.

# De TENEVRA per ELEMOSINAM.

### §. 1.

PEr ELEMOSINAM autem tenere dicuntur illi, qui *terras* tenent, in *elemoſinam* puram *deo* & ſeruientibus ſibi collatas. In quibus collatores nichil penitus ſibi retinent aut reſeruant, niſi ſolummodo *dominium patronale* & tenent de illis per eccleſiaam tanquam de *patronis* TENEVRA *per* ELEEMOSYNAM. *Vbi* ius patronatus *eclecſiae.*

§. 2. Nullus enim *elemoſinare* poteſt ex aliqua terra, niſi hoc ſolum, quod ſuum eſt in eadem: quod nec DVX nec *barones* nec eciam aliquis eorum, ſi homines ſui aliquid de *terris*, quas de eis tenent, *eleemoſinauerint*, propter hoc ſuſtinere debent aliquod detrimentum & domini eorum in *Saluis* PRINCIPI *ac domino iuribus.*

(42) Loco enim *feudalium ſeruitiorum* ſoluunt, quod debent. Inde in uernacula dicuntur, *beutelleben.*

(43) *Iuramentum clienteliare* intelligit ſiue fidelitatis, *den lebenseyd.*

terris illis *elemoſinatis* iuſticias ſuas exercebunt uel iura ſua ex eis leuabunt.

*Immunitas* ECCLESIASTICA *debetur principi ſoli.*

§. 3. Et ex hoc notandum eciam eſt, quod tantum *dux iuſticiam* & *iura principatus* ſui in omnium terris habebat ſubditorum: ipſe ſolus *eccleſias poteſt liberas facere* & bene puras.

*Eccleſiae ruſticæ non immunes.*

§. 4. Plures ſi quidem ſunt terre, que elemoſinate ſunt; *agricolis* autem eas poſſidentibus, tanquam *laicale* feodum poſſidentur & non per modum elemoſine. Id enim quando *laici* habent, in eis tanquam ſuam condicionem feodi retinent *laicalis*.

*Non poſſeſſa ab ipſa eccleſia.*

§. 5. Illud uero, quod in hiis, illi, quibus facta fuit *elemoſina*, habere disnoſcuntur, eccleſie eſt & per modum *elemoſine* poſſidendum. Quod autem per modum *elemoſine* pacifice poſſeſſum fuerit, non interrupta uidelicet poſſeſſione, per ſpatium *XXX. annorum* ad eccleſiaſticam curiam pertinet euidenter. Et ſi ſuper hoc exorta fuerit contencio; in *ducis* curia per *inquiſicionem* debet terminari. Cum enim *feodorum iurisdictio* ad *ducem normannie* dignoſcitur pertinere; exorte contenciones de illis, ſuper modo tenendi, in *ducis* curia habent terminari: dum tamen *praeſcriptio iis* non obſiſtat.

*praeſcriptio XXX. annor.*

## CAP. XXXII.

## De TVTELA ſiue cuſtodia PVPILLORVM.

§. I.

Normanniae. *D.* TVTOR

TVTELAM ſeu cuſtodiam autem habere debet *princeps normannie* (44) omnium eorum in

(44) *Tutela* principi incumbit & in *ſubditos* & in *uaſallos*. Nam eius uniuerſim eſt, cauere in principatu, ne homulli, ob aetatis imbecillitatem, pereant & defraudentur. In *feudis* uero intereſt illius,

etate

etate MINORI conſtitutorum, qui de eo tenent per homagium *feodum* uel membrum *feodi lorice*. Membrum autem *lorice* dicitur *ottaua* (45) pars *lorice* & omnes alie partes ſub minori membro conſtitute, ut *ſeptima* pars & *ſexta* & *cetera*. *Membrum lorice quid.*

§. 2. MINOREM autem etatem habere dicuntur, qui nundum ſpacium XX. *annorum* compleuerunt. (46) Qui in tutela (47) usque ad *uiceſimum* annum completum tenendi ſunt. MINORES *infra an. XX.*

§ 3. *Vnus enim ultra annus* (48) *eis conceditur, ex uſu normannie, quo clamorem de reuocatione SAISINE anteceſſorum per inquiſicionem debent in curia preponere.* *Cauſa additi anni unius XXI.*

§. 4. Ei enim qui *uingitimum* annum compleuit, inquiſitio de *ſaiſina* anteceſſorum non conceditur, niſi infra annum & diem *clamoris* (49) facti mortuus fuerit. *Ob ſpatium reſtitutionis.*

ne quis ſeruitia praeſtet pro pupillo cliente, qui minus eſt idoneus. Quapropter etiam litterae ſacrae pupillos admodum commendant principis curae. Eſt ergo illius omnino, dare *leges tutelares*.

(45) Vti nos feuda aeſtimamus *equo* feudali eiusque vel *parte* dimidia uel *unguleis* aut pede, *einen balben fuſs vom ritterpferd*. Quae eſt octaua pars.

(46) Eſt is terminus aetatis MAIORIS, cum ueteri Germaniae ſolennis; tum noſtro etiam aeuo. Plura ſcripſimus in opuſculo de *pubertate finiendaque tutela cap. III.*

(47) Nam diſcrimina Latii ſolius ſunt *tutela* & *cura*. Quae improbata omni aeuo ac genti.

(48) Diſcant ergo ex his *Saxonici* iureconſulti, quae cauſa uera ſit limitis eorundem in aetate MAIORI anno XXI. Subolui haec olim; igitur meae doctrinae illa omnino ad palatum.

(49) Clamor hic idem, quam *actio* inſtituta in iudicio, quod dictum. Fuerat igitur breuius finitum reſtitutionis tempus, quam in Latio. Vbi eſt quadriennium. Hoc cum ita ſit, minus recte agitur Saxonico iure; quod poſt XXI. annum *reſtitutioni quadriennali* ſit locus nihilominus. Imo tantopere inſipidi ſunt Saxonici interpretes! qui eius ſpatii limites proferunt ideo in annos octo; quod maior aetas Saxonum ſpatia habe-

*Singularis* PRINCIPVM TVTELA *in pupillis* ILLVSTRIBVS *& clientibus.*

§. 5. Habere debet eciam omnium eorum cuſtodias qui *baronias*, *comitatus* uel *mercatum* uel *ſerianteriam* liberam *feodatam*, que nullam inter fratres diuiſionem debent ſuſtinere uel domum uel *turrem batailliatam* (50) de duce tenent per homagium.

*eorumque heredibus.*

§ 6. Habere eciam debet cuſtodias omnium heredum in *minore ėtate* conſtitutorum, quorum cuſtodie ad *dominos feodorum* pertinent, racionibus prenotatis: dum tamen ipſi heredes aliquantulum *feodi ducatus* per *homagium* teneant de eodem *ducatus dominis*, qui *feodos* eorum, in quibus pendet cuſtodia, habent, homagia cuſtodia remanebit.

*Tutela ducis indiuidua.*

§. 7. Notandum eciam eſt, quod, cum *dux normannie* racione *ducatus* alicuius FEODI habuerit TVTELAM, cedent tamen cum eo omnia alia *feoda* ſiue *partibilia* ſiue *impartibilia* fuerint (51) eciam *eſcaete* (52) quecunque ad poſſeſſionem MINORIS cum cuſtodia hereditatis deuenient.

*Quid de ſubdominis?*

§. 8 Alii uero domini cuſtodiam non habebunt, niſi ſolummodo de *feodis impartibilibus*. In quibus debet eſſe cuſtodia niſi eciam *dux normannie*, cum alicuius *tutela* non racione *ducatus*; ſed alia racione ad ipſum deuenerit. Sed *pupilli*, qui in *tutela* ſunt, non *ducatus* racione *eſcaetas* & alia *feoda* ſua, que non pertinent ad *tutelam*, habebunt

at breuiora. Ita caecutiunt homines, patrii iuris ignari.

(50) *Monumenta* & *propagnacula* olim adpellata hoc nomine, haud dubie a militari uerbo: *batailler*. Noſtris *feuda caſtri*, *vvardiae*, cetera.

(51) Sunt ergo *ſubdomini* tutores ſuorum *ſubuaſallorum*. Verum ſi *dux Normanniae* intuitu unius eſt tutor, cedent eius tutelae etiam alia quaeque. Ne quis ueniat in *tutelarem* cum eo *ſocietatem* aut tutela ſit *diuidua*.

(52) Summatim: *leben und erbe*.

& per-

& percipient per *procuratores & ductores ſuos*, quos ad ſua negocia elegerint procuranda.

§. 9. Sciendum eſt eciam, quod, ſi *pupilli feoda* ſua, ad *tutelam* non pertinencia, ponere uoluerint in *cuſtodia dominorum*, nullum eis *uictum* donum facere tenebuntur nec aliquid eis neceſſarium inuenire. Si uero ea cum *feodo* cuſtodie in *dominorum tutela* poſuerint domini; eis tenentur *competentem victum* facere uel *neceſſaria* inuenire prout *etas* & *feodum* poſtulabunt. *Tutela* FRVCTVARIA, *inde alendus pupillus.*

§. 10. Sciendum eciam eſt, quod *dux normannie*, racione *ducatus*, habet cuſtodiam MINORVM, quouſque *XXI annos habuerint completos*. Ea uidelicet racione, quod cum a cuſtodia ſua exierint, *deſaiſinas* ad eas eis pertinentes poteſt inquirere & eas eis tenentur reſtituere, ſi male fuerint alienate. SVPREMA *tutela D. Normanniæ infidis tutoribus.*

§. 11. In *cuſtodia* autem debent heredes eſſe, quouſque *XX. annos* integros compleuerint & tunc debent illi, qui eos habebant, eis *omnia feoda* reddere, que *occaſione cuſtodie* ad manus eorum deuenerunt. niſi interim ea, per *inquiſicionem* inductam, mediante iudicio, perdiderint. FINIS TVTELAE *annus XX.*

§. 12. In *primo* autem *anno* poſt *viceſimum* heredes *ſaiſinas* anteceſſorum ſuorum & eorum, quorum *eſcaete* ad ipſos, tanquam ad *propinquiores* heredes, debent venire, poſſunt per *inquiſicionem* reuocare. Si autem tacuerint, quouſque *uiceſſimus unus ſue etatis* annus penitus fuerit adimpletus, ad dictas *ſaiſinas* reuocandas per recognicionem *audiri non poterunt* nec debebunt: niſi *querelam* eorum *infra tempus* mouerint pretaxatum & eam ordinarie fuerint conſequuti. *Addito uno reſtitutioni pupillari.* *Sub lege* praeſcriptionis.

§. 13. Omnium *eſcaetarum ſaiſinas* poſſunt etatem habentes reuocare, ſi eam querelam mouerint *infra annum*, quo ille obierit, cuius *ſaiſina* per recogni- *Si tutor obierit?*

cognitionem dicitur *inquirenda*. Cum autem egreſſi fuerint de cuſtodia dominorum, nullum habebunt de eis *releuium*. Loco enim *releuii* debent prouentus cuſtodie reputari.

*Quid de releuiis?* §. 14. Ipſi tamen de hominibus ſuis *releuium* recipient. Non enim occaſione, qua in *cuſtodia* cum terris ſuis fuerint conſtituti, releuia hominum ſuorum, cum eis fecerint *homagium*, amittere tenentur.

*Tutela foeminae.* §. 15. Si autem *femina* in cuſtodia fuerit, cum ad *annos nubiles* uenerit (53), per *conſilium* & *licenciam* domini ſui (54) cum ad conſilium & conſenſum *amicorum* ſuorum & *conſanguineorum* propinquorum (55), prout generis *nobilitas* & *feodorum* ualor requiſierint, debet *maritari* & in contractu matrimonii debet ei *feodum* cuſtodie liberari.

FOEMINA *ſub* PERPETVA *tutela.* §. 16. Femina tamen, niſi per matrimonium cuſtodiam non egreditur (56) nec eciam etatem habere dicitur, quouſque *XX. annos compleuerit*.

*Niſi* VXOR. §. 17. Si autem maritata fuerit tempore & *etate nupciis* deputato & etatem ei preſtat tempus *nuptiarum* & ei debet feodum cuſtodii liberari.

*Tum iura mariti.* §. 18. Si quis uero in *non etate* conſtitutus, licet feodum non habeat, quo cuſtodiam debeat ſubmittere, aliquam duxerit in *uxorem*, habentem *feodum cuſtodie*; *feodum* illud tamdiu in cuſtodia

(53) Quocunque id anno eueniat. Nam praematuram uenerem Latii, XII. anno aetatis, ignorant populi moderatiores.

(54) Erat enim, ſi *femina cliens* nupſit, *domini* conſenſu opus; quod mariti tum eſſet, praeſtare ſeruitia clientelaria. Scripſi plura *de conſenſu connubiali* in opuſculo ſingulari.

(55) Hos elocaſſe uirgines, diximus ſupra & in modo laudato opuſculo: *de conſenſu connubiali*.

(56) Ergo mulieres *ſub perpetua tutela* inſtar ueteris Latii & Saxoniae hodiernae. Qua de re in opuſculo: *ad SCtum Velleianum* & de *pubertate* finiendaque tutela.

erit,

erit, quamdiu *adoleſcens* etatem non habebit. *Mulier enim uiri ſui condicionem ſequitur & legem.*

§. 19. FEODA autem, alicuius cuſtodie ſuppoſita, in integritate ſua a dominis debent conſeruari, qui *fructus* eorum percipiunt (57) & *prouentus.* *Tutela* FRVCTVARIA.

§. 20. Ex quo notandum eſt, quod *edificia, maneria, boſcos prata, gardina, ſtanna, molendina, piſcarias* & huiusmodi, quorum fructus debent percipere, in ſtatu ſuo debito & antehabito debent tenere nec poſſunt *boſcos, domos, arbores, uendere* uel *euellere* ſeu transmouere. *Tutelares* fructus, *ſalua rei* ſubſtantia.

§. 21. *Vittum* autem ſufficientem debent domini *pueris* inuenire, qui eorum cuſtodie ſupponuntur: prout *etatis* & *feodorum* requiſierint facultates. Si quis autem dominorum *domos* uel *boſcos*, ſue ſuppoſitos cuſtodie, uendiderit uel euelli fecerit uel alio aliquo modo malicioſo extra feodum cuſtodie fecerit *transmoueri*; grauiter debet *emendare* & plene *reſtituere* uel ipſa cuſtodia *penitus* ſpoliari, eo, quod fidem debitam *cuſtodie* corrumpebat. *Saluo pupillis* uictu.

## CAP. XXXIII.
## De RELEVIIS terrarum.

§. 1.

POſt predicta notandum eſt, quod habere debent domini FEODORVM RELEVIA (58) terrarum, RELEVIA *ſoluenda uaſallo mutato.*

(57) Omnis quondam tutela *fructuaria*; nulla autem *gratuita* inſtar *Larii*. Accepit autem *tutor feudalis* prouentus bonorum pupilli ideo: quoniam fuerat illius loco, praeſtare domino ſeruitia clientelaria. Iureconſultis noſtris omnia haec peregrina & ignota: quibus reuocauimus ex patrio iure omnia in memoriam in opuſculo de *tutela fructuaria*, edito ſigillatim.

(58) *Releuare* eſt Romanis, rurſus *leuare, tollere ſurſum.* Quod

 rum,

rum, que tenentur per homagium de eiſdem. Exceſſu uidelicet uel deceſſu eorum, de quibus habebant homagium.

Fit hoc 1) *religione.* §. 2. Cedere autem poſſunt dupliciter homines in *normannia* aut *religionem* ſubeundo & omni terrene poſſeſſioni renunciando & ſic deſcendit hereditas ad eorum heredes, ex quo tantum ſequitur *releuium.*

2) *alienatione.* §. 3. Et nouum homagium de hereditate aut feodo aliis *tradendo*, nichil retinendo in iiſdem: ut per *uendicionem* (59) uel huiusmodi, ex quo ſequitur *releuium* & *homagium nouum* Patet, quod *releuium* inheret *homagio*, ubicunque fit *releuium*, neccesse eſt homagium concurrere; ſed non econtrario.

*Feuda immunia a* releuiis. §. 4. Multa enim ſunt feoda, que non tenentur releuare, in diuerſis partibus *normannie.* Vt *quitancie*, *franchiſie* (60) & plures alie *dignitates*, que, licet homagium debeant, tamen *releuia* non perſoluunt.

*Releuii* QVANTITAS. §. 6. Et ſciendum eſt, quod, in quibusdam locis, per *totam normanniam* RELEVIVM eſt generaliter

igitur haec inter *feuda* atque *allodia* diſcrimina ſint: ut heres *ultima* habeat ſuo iure, inſtar Latinae *ſuitatis*; contra ſe res habet in *primis.* Quae, mortuo uaſallo, domino iterum cedunt: qui nonniſi ex gratia, ut olim fuerat, eius heredi indulget. Haec *gratia* cum *hereditaria* fit, opus eſt tamen, ut redimatur *honorario* certo. Quod dici ſolet *releuium*, quaſi ſolutum ideo, ut mortui heredi liceat *tollere*, *leuare* ac ſibi uindicare *feudum.* Idem in hominibus propriis. Nam filii demortuorum praedia iterum a dominis ſolent redimere aere & numis.

(59) Nam eſt *conſenſus* in feudo alienando pariter a domino redimendus aere. Quoniam non debetur iure, ſed indulgentia ſingulari.

(60) Nam illa feuda dicuntur *quietantiae*, apochae uel *Franchiſiae*, immunitates, quae nullo onere tenentur clientelari. In qua claſſe etiam releuium.

termi-

terminandum (61) ut in feodis LORICE per *quindecim libras* & in BARONIIS per *quinquaginta* & in areis *terrarum* uiuentium & culture ſubiacentium ſit *releuium per XII. denarios* de area.

§. 7. Sciendum tamen eſt, quod *maſnagium* per III ſolidos *releuatur* & per hoc primam acram *acquitauit* uel totum *tenementum*, ſi area non fuerit in eodem. *Exceptio inde.*

§. 8. Et ſciendum eſt, quod in diuerſis partibus *normannie*, ſecundum diuerſas conſuetudines *releuandi* in eisdem de terris, que *publice* non ſubiacent *culture* & diuerſitas ſequitur releuiorum, que ſunt *releuanda* ſecundum diuerſas ab antiquitate conſuetudines obſeruatas: ut in *molendinis* & *firmis*, que per ſe tenentur ſine alio tenemento. *Vbi* releuia DIVERSA.

§. 9. *Molendina* tamen, *bannum* & *moutas* (62) habencia, ſi per ſe teneantur ſine aliis feodis per *LXta ſolidos* ſolent releuari. Si autem *molendina* teneantur cum feodo *lorice*, ad quod pertineat, *ſerjanteria uauaſſoria* (63) uel alia *franca* feoda; in *releuatione* feodi *quittatur releuatio* molendini. *Releuia ſingularium* 1) molendini. 2) banni. 3) moutae.

§. 10. Cetera autem conſeruant *conſuetudinem*, de eis obſeruatam, ut *boſci* & *lande* (64) ſal- *Releuia rerum* incultarum.

(61) Vti *feudum* eſt maius; ſic *maior* etiam *gratia* redimenda aere maiori. In aliquibus Germaniae prouinciis eſt *duplex cenſus equeſtris, ein doppeltes ritterpferd*; aut redituum quinta uel *decima* pars.

(62) *Mauta*, *muta*, idem, quam uectigal forte conductum. De quo plura in *differentiis iuris de mutuo*.

(63) De utriusque uerbi *uauaſſoriae* & *ſerjanteriae* ſignificatu diximus ſupra. Sunt certe *uauaſſores*, quaſi *uaſſorum uaſſores*, id eſt, ſubuaſalli. Inde etiam *uaſallorum uaſalli* dicuntur *ualuaſſores*. Omnia plana, ignorata iureconſultis adhuc

(64) *Landa* idem quam *planities*. Quoniam, Germanico iure *landmannus* ſiue dominus regionis tuo-

ſaltuoſe, que nullo tempore fuerint cultui ſubiugate. Conſueuerunt plurimi, per aliorum *tenementorum* (65) releuium in diuerſis partibus *normannie releuari.* De terris autem *ſilueſtribus*, que in normannia *mortue terre* dicuntur, ſolet, per *ſex denarios*, area in pluribus locis normannie releuari.

*mortuarum terrarum.*

*Releuium debetur a) mutato uaſallo.*

§. 11. Et notandum eſt, quod de *morte illius*, qui domino tenebitur per *homagium*, debetur releuium ab herede, qui ei ſuccedit & caſu eius feodum domino *releuat*, nouum faciens homagium de eodem.

*b) Domino mutato.*

§. 12. Auxilium autem *releuii* debetur, quando *dominus moritur* (65) & domino releuat *capitali* heres eius feodum, quod tenebat de eodem & tale auxilium debet fieri per *dimidium releuium* feodi.

*Releuium auxilium.*

§. 13. Vnde generaliter ſciendum eſt, quod omnia feoda, que *releuium* debent, releuii debent auxilium, ex deceſſu dominorum tenentium & illud debetur heredibus dominorum & ſic eos *auxiliantur* & *auxiliari* tenentur ad releuandum feodum ſuum uerſus domini ſuperiorem.

FEODA *a) capitalia.*

§. 14. Vnde notandum eſt, quod quedam ſunt feoda CAPITALIA; quedam SVPPOSITA. CAPITALIA (66) feoda dicuntur, que in *capite* tenentur: ut

nihil fere habet, quam iura *ſuperficiei*. Sunt enim *ſubterranea* quaeque principis, aratro inferiora, *die tieffer, als die pflugſchar gehet, liegen.*

(65) *Tenementa, tenurae* eſt regio, quae tenetur uel poſſidetur.

(65) Cauſa eſt haec: Quoniam *ſucceſſor* non tenetur factis ſui *deceſſoris*. Vt adeo noua huius opus ſit indulgentia feudi poſſeſſori. Quoniam, principe mortuo, expirant omnia munera in iisque etiam clientelaria feudorum.

(66) *Capitalia* feuda dicuntur *principalia*, die *vornehmſte* oder *hauptlehen*. Nam ſunt haec in S. R. I. immediata, imperatori imperioque ſubiecta absque interme-

*comi-*

*comitatus* & *baronie* & feoda *lorice* & *ſerianterie*, *france* & alia feoda, que in *capite* tenentur nec alicui feodo *lorice* ſunt ſuppoſita & dominis huiusmodi feodorum debent auxilia terre normannie capitalia.

§. 15. Feoda autem SVPPOSITA (67) illa dicuntur feoda, que, a *capitalibus* deſcendencia, eisdem ſupponuntur, ut *uauaſſorie* (68) *ſeruiles* per *ſummagium*, per *equum* maſculum & alia feoda, que per areas tenentur de domino capitali. *b) Suppoſita.*

§. 16. Notandum ſiquidem eſt, quod *exceſſu* uoluntario dominorum, niſi factus fuerit per *profeſſionem* religionis, per quam ad nullam *terrenam* de cetero poſſeſſionem ualeat recurrere, non debetur *auxilium* relevii. Vt ſi quis *uendat* terram ſuam uel tradat *filio ſuo* uel heredi (69) qui exinde *homagium* faciat *domino capitali* & perſoluat *releuium*. Non tamen propter hoc homines feodi *auxilium releuii* perſoluere tenebuntur; cum dominus eorum non ceſſerit perpetue ita, quod *mondo* mortuus penitus reputetur. *Quibus caſibus* RELEVIVM *non debeatur?*

## CAP. XXXIV.

## De tribus AVXILIIS CAPITALIBVS normannie.

§. 1.

POſt predicta de *capitalibus* auxiliis *normannie* uidendum eſt; que ideo CAPITALIA dicuntur, quod dominis *capitalibus* ſunt reddenda. *Praeſtationes uaſalli; ſi*

dio duce aut domino eaque ſiue *maiora* ſint ſiue *minora*. Quoniam habemus etiam *ruſticos* in Franconia immediatos.

(67) Suppoſita eadem, quae mediata.

(68) Nam *uauaſſoria* eſt *ſubfeudum*, quaſi *uaſſoriae uaſſoria*. Inde *uaſſi uaſſus* dicitur *uauaſſus* & *uaſalli uaſallus ualuaſſor*.

(69) Eſt hoc alicubi inſtituti ſingularis: quod in alienatione feu-

§. 2.

a) primogenitus factus eques.
b) filia elocata.
c) ſoluendum lytrum.

§. 2. *Tria* enim ſunt capitalia auxilia in normannia. Vnde uidelicet ad *primogenitum* filium domini in ordine *milicie* (70) proponendum; ſecundum uidelicet ad primogenitam *filiam* domini maritandam (71). Tercium uidelicet ad *corpus* proprium domini ſui de priſonia *redimendum*: cum captus fuerit, per guerram *ducis normannie* (72). Ex hiis patet, quod auxilium milicie debetur, cum primogenitus in *militem* proponetur.

## CAP. XXXV.

# De dignitate PRIMOGENITI.

§. 1.

Primogeniti iura in a) elocando. b) lytro.

PRimogenitus autem eſt, qui *primogeniture* obtinet *dignitatem*. Et hoc idem eſt de *auxilio maritali*.

§. 2. *Redemtionis* autem auxilium tunc debetur, cum domini corpus ab hoſtium ducis normannie *priſonia* liberatur. Huiusmodi *releuia*, in quibusdam feodis, *dimidio* releuio ſunt *equalia* & in quibusdam feodis *tercie* partis *releuii*.

*Quae* ſubuaſallis

§. 3. *Vauaſſorie* autem in quibusdam feodis *X ſolidos* perſoluere pro auxilio conſueuerunt.

---

di facta, illi, qui alias eſt ſucceſſurus, non debeatur releuium. Quia talis ſuccedit ex lege neque opus habet gratia indulgentiaque domini.

(70) Eſt hic ritus *maiorennitatis*, ueteri Germaniae uſitatus, in ſymbolo *gladii accincti*. Sed poſt hoc ritu collata *equeſtris dignitas*, qua licuit in militia agere *ducem*, *officialem*. Quae ſolennia cum impenſas uellent: conferre omnino aliquid tenebantur uaſalli.

(71) Germanico iure dicimus: *fraeuleinſteuer*. Licet enim olim in uxoribus futuris *dotem* non curarent principes, contenti digno habitu, familia illuſtri, foecundi uteri ſpe: poſt tamen etiam hanc in oculis habuerunt, praeſtandam ideo a parentibus auxilio & contributione ordinum.

(72) Igitur cauſa *captiuitatis* eſſe debuerat publica; non priuata.

§. 4.

§. 4. Vnde, quam diuerſitatem dominorum ſolet ſequi, diuerſitas *auxiliorum*, conſuetudines ab antiquitate obſeruate, in auxiliis perſoluendis, maxime ſunt attendende. *praeſtanda*

§. 5. Sciendum eciam eſt, quod ſi *feodum* aliquod *capitale diuiſum* fuerit per conſanguineorum porciones, quibus participum; in porcione ſua debet reputari pro domino *capitali* & auxilii prouentus percipere capitalis. *in feudo diuiſo.*

§. 6. Notandum iterum eſt, quod *ſubtenentes* non tenentur auxilium perſoluere domino *capitali*: ſed *domino intermedio* tenentur auxiliari ad auxilium ſuum *domino, capitali* perſoluendum. Et tale auxilium *ſubauxilium* nuncupatur & debet fieri per dimidium auxilium *capitale*. *Ius ſubcollectandi ad* SVBAVXILIVM.

§. 7. *Primogenitus* ſiquidem in ſe reportat plurimam *dignitatem*. Ad primogenitum autem anteceſſoris debet *ſaiſina* deſcendere. Qui percepta *poſtnatis* ſuis de ea tenetur debitas facere porciones. *Primogeniti iura in poſtnatos in*

§. 8. Et debet feodum mitti in manibus *poſtnatorum* ad porciones faciendas & *primogenitus* eligendi (73) habebit dignitatem. Porciones autem poſtnatorum *abſentium* in ſua *cuſtodia* (74) remanebunt, quousque ad eis acceſſerint requirendas uel quousque ipſos deceſſiſſe certum uel probatum fuerit uel ceſſiſſe. *a) portione ſibi* eligenda. *b) abſentium fratrum portionibus* cuſtodiendis.

§. 9. Primogenitus ſuper *poſtnatos* ſuos talem obtinet *dignitatem*, quod ei debent deferre *reuerenciam* cum honore (75). Nec conuicium ſeu c)reuerentia *a fratribus ſibi exhibenda.*

(73) Contra, quam alibi in Saxoniaque dici ſolet: *maior diuidit, minor eligit*. Quia praecipui iura primogeniti hic ſunt ualde ſingularia.

(74) Eſt enim, ut caput familiae, abſentium curator.

(75) Quia audit *caput* familiae; *chef vom hauß*. Iure inaudito Romanis.

*iniu-*

*iniuriam* corporalem primogenito uel *uxori ſue* uel *primogenito* filio ſuo debent aliquantenus irrogare.

δ) *iuriſdictione*

§ 10. Et ſi ſuper hoc eos accuſauerit, tenebuntur in *ſua curia* reſpondere (76). *Homagia* autem facient *primogeniti domino capitali* & poſtnati ſine homagio per *paragium* de eis tenebuntur.

ε) tributis *ſoluendis.*

§. 11. Per *manum* autem primogenitorum *releuia* & *auxilia* & omnes alie *faiſancie* (77) dominis capitalibus perſoluentur.

ζ) ſubmonitionibus *exercendis.*

§. 12. Et per ipſos tamen omnes *ſubmoniciones* (78) in poſtnatos debent exerceri.

η) fidelitate *ei praeſtanda*

θ) homagio

§. 13. Poſtnati eciam ipſis uel eorum ſucceſſoribus, cum ad *ſextum* (79) conſanguineitatis gradum peruentum fuerit, fidelitatem facere tenebuntur. In *ſeptimo* gradu homagium facere tenebuntur eo, quod *extra conſanguineitatis* lineam gradus ſeptimus conſtitutus eſt.

## CAP. XXXVI.

## Quod PATER poteſt *uni* filiorum de hereditate ſua dare plus, quam alii.

§. 1.

*Auita inſtar*

POſt predicta ſciendum eſt; quod ſi *pater plures habeat filios*, unum altero de hereditate

(76) Hoc eſt admodum ſingulare. Nam putant alias: *gentiles eodem uti fori priuilegio.* Vnde illud etiam eſt certum; quod primogenito ſit etiam iurisdictio in poſtnatorum adminiſtros, famulos, ſeruos.

(77) *Faiſſantia* hic idem eſt, quam *ſeruitii* praeſtatio. Quod ſcilicet *fieri* & expediri debet a uaſallo. Muti gloſſatores hic.

(78) *Submonitio* idem, quam *citatio* facta non immediate; ſed per *requiſitionem* ſuperioris domini, iudicis, capitis familiae.

(79) Cauſa duobus iam locis indicata. Ne *gentes* in infinitum colligatae eſſe uiderentur.

ſue

ſue non poteſt facere *meliorem*: ſed, poſt eius deceſſum, omnia *dona hereditatis*, que eorum alicui fecerit, ad porciones faciendas inter ipſos, debent reuocari (80).

FIDEICOMMISSORVM *familiae. Inde bonorum collatio.*

§. 2. Nullus enim aliquem eorum, qui *equales* hereditatis ſue, poſt ipſius deceſſum, expectant porciones, dando, tradendo uel alio aliquo modo poteſt de *hereditate* ſua facere aliis *meliorem* nec eciam aliquem ex ipſo *procreatum*.

*Et fruſtra* DONATIONES *parentum.*

§. 3. Et, quod dictum eſt de *maſculis*, ſimiliter intelligendum eſt de *feminis*.

*In* ſexu *utroque.*

§. 4. Sciendum eſt eciam quod nullus filio ſuo *baſtardo* poteſt aliquid de *feodo*, quod *hereditarie* poſſidet, conferre, uendere, tradere, *inuadiare* uel aliquo alio modo in *manum ſuam* ponere, quod ab heredibus ſuis, infra *annum & diem*, poſt deceſſum ipſius, non ualeat reuocari.

*Et baſtardis ſeu naturalibus liberis.*

§. 5 Quod ſi forſan negatum fuerit; infra *diem* & *annum* mota ſuper hac queſtione, per *inquiſitionem* patrie declaretur.

*Inde inquiſitio acceptorum.*

§. 6. Notandum tamen eſt, quod uel *pater* uel alius *anteceſſor* alicui *expectantium* ex *aeſcaeta* ipſius porcionem non de aliquo feodi ſui donum facere poſſit; tamen aliis tam extraneis, quam conſanguineis. De quibus nulla eminet *porcio* de ipſius *aeſcaeta* de feodo ſuo poteſt usque ad *terciam partem*: dum tamen *due* partes reſidue plene

Tertia *parte manus* liberae *in donando.*

(80) Nam de *auitis bonis* nihil potuit liberis ſubtrahi. Quoniam fuerunt illa in *nexu fideicommiſſi* perpetuo, vt nefas eſſet, extra familiam quidquam uenire uel uni aliquid ſubtrahi per alium. Hinc ſtultiſſimum eſt in Germaniae oris decretum 2. *F.* 45. 51. quaſi filii ſtare teneantur, patris uoluntate. Quod in opuſculo docui primus in Germania: de *obligatione ſucceſſoris in principatum*. Inde etiam eſt certiſſimi iuris, quod liberis ius retractus competat; *patre licet alienante*.

ſufficiant ad *iura feodi* omnia perſoluenda, non obſtante ſuorum *reclamatione* coheredum.

Baſtardis *excluſis.*

§. 7. Sciendum inſuper eſt, quod *baſtardus* nullum poteſt heredem habere, niſi ipſum de *uxore* ſua *propria* procreauerit uel niſi proceſſerit ex *procreato* uel *procreatis* ex *utroque*.

*Feudum domino tum aperiendum.*

§. 8. Sed *ſaiſina* feodalis, quam tempore *deceſſionis ſue* poſſidebat, ad dominum reuertetur, de quo *feodum* immediate tenebat.

*Exceptio in* nouiter *acquiſitis.*

§. 9. Ea autem, que *acquiſiuit* in feodo, poteſt dare, ſicut *legitimi* prout ei uidebitur expedire.

## CAP. XXXVII.

# De DILATIONIBVS.

§. I.

DILATIONES.

POſt hec autem de DILATIONIBVS agendum eſt. *Dilationes* vero ſunt prorogationes *querelarum* iudicium recordantes. Harum ſiquidem quedam ſunt conceſſe, quedam prohibite.

*a) Prohibitae.*

§ 2. PROHIBITE autem ſunt, que nullam ſue excuſationis cauſam pretendunt, ut defectus & *exonie* (81) *falſe*. CONCESSE ſunt autem dilationes, que manifeſte neceſſitatis excuſationem pretendunt, ut *viduitates*, *exercitus*, *geſme* (82) & huiusmodi: in quibus uera & clara eſt excuſationis neceſſitas.

*b) Conceſſae*

(81) *Exonia* idem, quam mora, *verſaumnuß*. Inde *ſunnis*; *ſumnis*; *ſunna*; *exunna*. Si quis citatus non comparet: ſed negligit *terminum*, iudicio fori definitum. Delirant in horum uerborum etymo gloſſatores nimium quantum: ſed puto, omnia clara eſſe.

(82) Inferius de hac uoce c. XLIII.

## CAP. XXXIIX.

# De DEFFECTIBVS querelarum.

§. I.

DEfectus autem eſt *dilatio* querelarum alicuius, ex *abſencia* partis contencioſe, ad prefixos loci uel temporis terminos, *ſubmonicione* debita precurrente. DEFECTVS *ſiue* contumacia *in foro.*

§. 2. Vnde notandum eſt, quod ad hoc, quod defectus fiat, duo exiguntur. Videlicet *ſubmonicio* ad terminum comparendi & abſencia ad eumdem. Vnde ad defectus *calumpniam* duplex poteſt fieri reſponſio. *Eius requiſita.*

§. 3. Poteſt enim *ſubmonitio* negari & *lex* contra *ſubmonitorem uadiari*, quam niſi debite explcuerit accuſatus, *pene duplicis* percipiet incommodum. *Si falſo obiecta.*

§. 4. Nam & pro lege *caſſa* uerſus *ſubmonitorem* & pro defectu, qui tunc patet, *emendabit.* *Poena.*

§. 5. Omnis enim defectus in curia debet *emendari.* Cum ex hoc *irritetur curia* (83) & *ſpernatur* & *iuſticiationis pena* ſit ſemper comprimendus, quouſque in curia fuerit emendatus. Contumaciae *delictum.*

## CAP. XXXIX

# De EXONIIS dilationibus.

§. I.

EXonium eſt dilatio, ſue pretendens excuſationem abſencie, ex *infirmitatis* infortunio procreata. *Exonii definitio.*

(83) Non ſatis eſt, patrio iure, contumacem reſtituere alteri *impenſas* & reddere indemnem. Nam fit citatio, patrio iure, non a parte; ſed a iudice. Cuius ideo auctoritas non eſt eludenda, emanendo temere. Inde puniri debet contumax & praeterea parti ſatisfieri. Aliter in Latio, ubi citationes fuerant priuatae. Quicquid ſit, contumacia impunis in Germania eſt nihilominus: haud dubie ob non intellecta utriuſque iuris diſcrimina.

*Diuiſio.* §. 2. Quarum una eſt de via *curie*: alia autem de *morbo* reſidenti.

## CAP. XL.
# De EXONIO de via curie.
§. 1.

*Definitio.* EXonium de uia curie ſic uocatur eo, quod placitator, *morbo* inopinato in uia curie impeditus, non poteſt ad curiam comparere.

*Formula exoniae.* §. 2. Huiusmodi autem exonium fit in hac forma: *A. ueniebat ad hanc curiam contra B. placitaturus: morbus eum capit in via curie in tantum, quod nec ad hanc nec ad aliam curiam poteſt venire cum ſui corporis ſanitate, ſuper quo esgardium curie facere ſum paratus.*

*Probandum impedimentum.* §. 3 Locum autem, ubi dimiſit infirmatum, tenetur dicere: dum tamen ſuper hoc fuerit requiſitus. Hoc autem *exonium* in partis aduerſe *audiencia* recipiendum eſt & *dies exoniati* debet aſſignari ad prima *placita* uel *aſſiſias* eiusdem curie. Dum tamen pars aduerſa dictum *exonium* in nichilo uoluerit infirmare.

*Quid ſi impetatur illud?* §. 4. Infirmari autem poteſt iſtud *exonium*, ſi alias factum fuerit de eadem querela. *Semel* enim, per hoc *exonium*, de una & eadem querela, poteſt aliquis *excuſari* nec per aliud poteſt amplius placitum prorogari. Hoc autem *exonium* nec teſtem requirit nec curiam premunire.

*Quid ſi dubitatum?* §. 5. Cum autem *exoniatus* ad curiam acceſſerit, ſi pars aduerſa ius requirat de *exonio*, aſſerens, ſe non credere illud ex *uera cauſa*, ſed ad grauamen & dilacionem aduerſarii fuiſſe procuratum & requirat, ut tantum faciat, quod ſuper hoc credatur uel emendet, ut defectum; ipſe *exoniatus* tenetur emendare uel ſaluare *exonium* ſuum per ſuum iura-

iuramentum, in omnibus uerbis, in *exonio* expoſitis uel per iuramentum *exoniatoris*, prout requiſierit pars aduerſa. Et ſi ſaluare noluerit; emendabit, ut defectum.

§. 6. Nec aliud *exonium* poterit mittere ulterius ad curiam de eadem querela, cum ſe falſum miſiſſe *exonium* conuictus in curia fuerit euidenter. Licet ad hoc aliqui non conſentiant, eo quod ſemper querelas uoluerit prorogare. *Quid ſi falſae cauſae conuictus?*

## CAP. XLI.

## De EXONIO de MORBO recedenti.

§. 1.

EXONIVM de MORBO reſidenti & teſtem exigit & curiam premunire. Debet lator *exonii* die, precedente diem partibus aſſignatum, ad locum curie accedere & *premunire iuſticiarium*: quod ibi acceſſerit pro A. quem in *craſtino exoniabit* uel illum, qui loco iuſticiarii ibidem fuerit & eos, ſi neceſſe fuerit, expectare. Prout debet in curia *expectatio* fieri placitandi, uidelicet ab hora *ſexta* usque ad *ueſperas*. *Impedimentum* MORBI. *Formula.*

§. 2. Et ſi interim nemo ibi loco *iuſticiarii* fuerit ante locum, in quo debet *placitare*, aliquo conuocato teſtimonio, debet exponere id, quod querit & ſic recedere ſine pena & craſtinum *exonium* facere in hac forma: *A. hodie diem habebat in hac curia contra B. ipſe morbo infirmatur reſidenti in tantum, quod cum corporis ſanitate nec ad hanc nec ad aliam curiam poteſt comparere: ſuper quo teſtem habeo garantorem.* *Quid ſi iudex ipſe abſens?*

§. 3. Qui ſtatim ſubiungat: hoc uidi, hoc audiui & *Impedimenta falſa.*

ui & *esgardium* (84) curie facere ſum paratus. *Secundum* autem & *tercium exonium* de morbo reſidenti ſimiliter ſunt facienda. Hoc autem appoſito, uidelicet, de quo alias ſe fecit *exoniari*. Notandum tamen eſt, quod in nulla querela plura, quam *tria exonia* poſſunt fieri de *morbo* reſidenti: quod in *querelis* declarabitur euidenter.

*Non ſæpius repetita quam ter.*

## CAP. XLII.

# De exonio de LANGORE.

§. 1.

*Impedimentum* MORBI.

LANGOR autem terminationem prorogat querelarum Factis autem *tribus exoniis*, precipiendum eſt, ut *exoniati* perſona uideatur ad locum, in quo *exoniatores* ipſum dixerunt *infirmitati* ſubiacere. Die uiſionis aſſignato tam *exoniato* quam parti aduerſe iuſticiarius *IIIIor milites* uel plures & alios *octo* homines fide dignos nec ſuſpectos uel plures per *ſubmonicionem* factam ad illam adducere uiſionem.

*Inſpectio aegroti.*

*Relatio.*

§. 2. Et ſi ibidem *exoniatum* inuenerint, per iuſticiarium eſt ab eo inquirendum, quod maluerit eligere: uel ad primas *aſſiſias* accedere uel *langorem iurare*.

*Falſa cauſa.*

§. 3. Si uero dicat, ſe ad curiam acceſſurum; *plegii* ſuper hoc capiantur, dato prius eidem in preceptis, quod *exoniatores* ſuos ad impoſitum ſibi terminum habeat ad curiam, pro ſuis ſaluandis, prout debuerint, *exoniis*.

*Purganda iuramento.*

§. 4. Si uero *langorem iurare* uoluerit; iurabit in hac forma: quod credit, ſe eſſe tali morbo

(84) *Esgardium* iudicis eſt illius ſententia. *Esgardium curiale* idem, quam ſententia curialis. *Garder*, *vvarden* olim defendere, tueri. In uernacula igitur diceres *esgardium*, *einen machtſpruch*.

oppreſ-

oppreſſum, quod infra *diem* & *annum* non eſtimat ſe conualeſcere proſperitate *ſanitatis*.

§. 5. *Milites* autem & alii homines, qui ad iurationem langoris preſentes āffuerint, debent ad primas *aſſiſias* comparere & iurationem langoris *recordari* coram *bailliuo* & *militibus aſſiſie*, ut per eorum *recordationes*, ſi opus fuerit, reportet in poſterum firmitatem. *Teſtes iurati.*

§. 6. Si uero ad locum, per *exoniatores* expreſſum in curia, *exoniatus* inuentus non fuerit & *exoniatores* curie *emendabunt* & ipſe deficientis incommodum reportabit. Exoniatores qui.

§. 7 Si quis uero facta *exonia* ſe miſiſſe negauerit & ſuper hoc accuſatus, hoc obtulerit *deſraisnare*; *deſraisnia* ſuper hoc penitus recipietur & *exonia* ſua iterum poterunt fieri. Si ea iterato deneget ſe miſiſſe, nullo modo ſuper hoc amplius audietur. *Ocularis inſpectio aegroti.*

## CAP. XLIII.

## De exonio per GESMA.

§. 1.

PVERPERII autem infirmitas, que *geſma* (86) uocatur, terminationem querelarum *prorogat* ac *protendit* & per quemcunque legitimum delata fuerit, in curia excuſare poterit *parientem* & XL. *dierum* terminum reportabit. *Legitimum impedimentum* puerperium.

§. 2. Si uero pars aduerſa hanc dilationem eſſe factam fraudulenter, nouerit; *inquiſicio* fieri debet *Quid ſi dubium.*

(86) Cum habeamus rem, uerbo notatam: liceat interim ludere, donec adpareant certiora. Nam *geſma* forte eſt *die geneſung eines kindes*. Dicimus enim de puerperis Germani, quod partum ediderint: *ſie vvaeren eines kindes geneſen*. Gloſſatores muti ſunt hic. Neque nobis otium ad diu indagandum.

de *puerperio* per homines de *veſmeto* (87) & partus ad viſionem multis demonſtrari.

*Poena fraudis.* §. 3. Et, ſi de fraude conuicta fuerit, debet grauiter *emendare*, & ſi ſane facta fuerit excuſatio, aduerſarius, eam reprobans, grauiter emendabit.

## CAP. XLIV.
## De dilatione pro VIDVITATE.

§. 1.

*Impedimentum ex anno luctus.* VIDVITAS autem mulierum, que non patrem uel fratrem uel filium uel nepotem etatem habentes easque *manu tenentes*, quorum cum ea communis eſſet poſſeſſio, tam *feodi*, quam *mobilis* terminationem prorogat querelarum & habet terminum querendi conſilium usque ad diem & *annum*.

*Quo elapſo ſiſtat ſe uidua.* §. 2. Elapſis autem anno & die debent ſe *iuſticiario* ad deductionem querele inchoate repreſenſentare. Hanc dilacionem, quam habent *uidue*, quilibet contra eas poterit *reportare* (88) ſecundum quorumdam opinionem. Et in hoc attenditur exceptio *hereditatis* de proprietate in *querelis*. Non enim propter hoc inquiſiciones remanebunt.

## CAP. XLV.
## De dilatione pro MINORI etate.

§. 1.

MINOR *ad XX annos.* MINOR eciam etas terminationem protrahit querelarum. *Minorem eciam etatem dicimus*

(87) Obſtetrices hic intelliguntur; *vvehmuetter ſiue accoucheurs, vvehuaeter.* Num uero ſcriptura ſe recte habeat, uideant alii.

(88) Vrgere & in medium adferre. Significatu forenſi.

*etatem*

*etatem cuiuslibet, qui nundum XX. annos habuerit adimpletos.*

§. 2. Omnes enim *minores*, quos infra etatem dicimus, terminum habebunt de omnibus querelis, quousque ad etatem peruenerint XXI. annorum. *Qui anni XXI.*

§. 3. Exceptis tamen querelis, que per inquiſiciones fiunt uel per *breues* (89). Nichil eciam, quod minores dicant uel faciant in *laicali* curia, *ratitudinem* (90) reportabit, niſi in hoc tantummodo, quod per legem, ſecundum *ius* & *conſuetudines normannie*, adimpletum fuerit iudicatum. De quibus in ſequentibus plenius tractabitur: cum de *breui* uſus anteceſſorum conſuetudines exequemur. *Exceptio.*

## CAP. XLVI.

# De EXERCITV principis normannie.

§. I.

EXERCITVS autem principis normannie, a die, quo *banicio* facta fuerit, querelas, quas *minor etas* prorogat & omnes alias eorum, qui in *ſeruicium* principis profecti fuerint (91), excuſabit, quousque princeps exercitum ſuum remiſerit *normannie*. *Impedimentum legale* BELLVM.

§. Ad ſeruicium autem exercitus, quod ex feodo facere tenetur, nullus poteſt per *exonium* uel alio modo ſe excuſare. Nullam enim patitur dilationem; ſed ſi quis adeo fuerit *infirmatus*, Militia *nemo excuſatur.*

(89) *Breue* idem hic, quam *brief*. Ergo litteris agi poterit.

(90) Obligationem. Nam ordinario iure minor non obligatur: uerum extra ordinem in caſibus cauſisque in iure notatis.

(91) Abſentia militiae cauſa *laudabilis* omni iure. Etiam in *lecta*, mercenaria. Licet uerum ſit illud, quod Latii priuilegia militaria reſpiciant militiam coactam.

*ſubſtituere licet alium.* quod exercitus ſeruicium non valeat adimplere: ſufficientem loco ſui ad hoc debet deſtinare, qui ſuum ſeruicium adimpleat competenter.

*Diſcrimina* militarium *ſeruitiorum.*

§. 3. Sciendum eſt autem, quod quedam *feoda lorice* ſeruicium exercitus debent dominis, quod debet fieri *principi*; quedam uero exercitus *auxilium*.

*In exercitu ducis*

§. 4. Illi autem qui ſeruicium debent, tenentur facere ſeruicium in *exercitu* uel pro ipſis *mittere*, qui faciat competenter. Illi autem, qui debent *auxilium* nullum, debent reddere nec *leuare* auxilium, donec *princeps auxilii* feodorum conceſſerit quantitatem ipſoque *auxilio* terminato & conceſſo a principe quilibet tenetur illud reddere ad *ſubmonicionem XV. dierum* uel amplius, omni dilatione remota, prout de feodis decet & ſatisfecerit de auxilio *feodi* ſui, prout ad alium ſatisfecit *exercitum*. Vltimo autem perſolutum, habito reſpectu ad utriusque quantitatem, datam a principe & conceſſam, per hoc debet in pace remanere.

*& auxilio intra XV. dies uocatus.*

*Quid ſi auxilio maiori opus?*

§. 5. Si autem dominus feodi *maius auxilium*, ſecundum quantitatem, quam habet in feodo, uoluerit extorquere; ſuper hoc, ut de *feodis* & *hereditatibus* aliis, poterunt *placitare*. Nec maius auxilium exercitus poteſt de iure aliquis *leuare*, quam illud, quod domino uel principi tenetur perſoluere.

CAP. XLVII.

## De dilatione pro priuilegio CRVCIS.

§. I.

*Cruce* SIGNATI *excuſantur.*

CRVCIS autem aſſumte priuilegium terminationem prorogat querelarum, in quibus de proprie-

prietate placitatur. Et reportant *cruce* ſignati de hereditate terminum reſpondendi, uidelicet *unius anni* & diei unius. Et ſi interim peregrinationem uel tunc accipiant; terminum habebunt usque ad VII. annos: niſi interim de peregrinatione redierint uel mors eorum probata fuerit. *ad Vllennium.*

§. 2. Probari autem poteſt per *teſtimonium duorum* teſtium uel plurium *fide dignorum*, qui de peregrinatione illa reuerſi fuerint, qui iurauerint eos viuos & mortuos ſe uidiſſe vel per teſtimonium vel litteras patentes dioeceſani *epiſcopi* uel eius officialis. *Qui* MORS *probanda militis cruciati?*

## CAP. XLVIII.

## De excuſatione per iuſticiarium & de SVBMONICIONE maiori.

§. 1.

SI autem quis, a *diuerſis iuſticiariis*, ad diuerſa loca eadem die comparendi, *ſubmonitionem* recepit, ad ſuperioris curiam debet accedere, qui eum, per ſuas patentes litteras, de *deffectu* illius diei poterit excuſare & querelam ipſam ad alium terminum prorogare. *Si quis a* duobus *iudicibus citatur?*

§. 2. Et hec ſemel poteſt fieri excuſatio per eumdem.

## CAP. XLIX.

## De dilatione pro NIVE.

§. 1.

SI uero *uiſio terre* alicuius fuerit aſſignata & terra per *niuem* uel *pluuiarum* habundanciam fuerit occultata; uiſio & ipſa querela ad alium terminum ſunt proroganda: cum *niue* & *pluuiis* terra fuerit detecta. OCVLARIS *inſpectio impedita tempeſtate.*

CAP.

## CAP. L.
# De dilatione pro PRISONIA.

§. 1.

*Impedimentum carcer.* Si quis autem in *priſonia* detentus fuerit; non tenebitur reſpondere de *querelis* feodalibus quousque a *carcere* fuerit. Sed ad alium competentem terminum debent ſue querele prorogari.

*Exceptio.* §. 2. Excepta tamen occaſione illa, per quam tenetur *carceratus*. Omnes autem illi, qui ſecuti ſunt de *felonia*, poſtquam redditi fuerint ſiue traditi ad cuſtodiendum, *ſecutores* autem eorum ad mortem *duello uadiato* hanc dilationem *reportabunt*.

*Regis* LVDOVICI *conſtitutio de* priſonia. §. 3. De PRISONIA autem REX LVDOVICVS conſtituit, quod nullus in *priſonia* mitteretur & eſt ſicut continetur in ſua conſtitucione de inſufficienti termino.

## CAP. LI.
# De excuſatione pro INSVFFICIENTI.

§. 1.

*Impedimenta breuioris termini.* SI quis autem habuerit *ſubmonicionem*, reſpondendi de ſua *hereditate* ad *breuiorem* terminum, quam ad ſpatium XV (92) *dierum*; ipſam querelam & terminum reſpondendi usque ad *quindecim* dies protrahi ad minus oportebit.

(92) Hinc elucet, quod *triplex* citatio ſpatium habeat VI. hebdomadum & III. dierum. Siquidem omnis citatio habere debet ſpatium *duarum* hebdomadum & diei *unius*, id eſt, dierum quindecim.

CAP.

## CAP. LII.

## De dilatione pro uocatione GARANTI.

§. 1.

VOcamentum autem *garanti* (93) terminationem querelarum prorogat. *Garantum*

§. 2. Dupliciter autem poteſt *garantum* uocari aut tanquam defenſor, qui feodum *garantizare* tenentur aut tanquam *antenatus feodi*, ad quem eius pertineat *actio principalis*. *quid?*

§. 3. Et ſciendum eſt quod *querelatus* de feodo, per *garantum* deffenſorem, poteſt querelam protrahere, quousque ad curiam acceſſerit reſponſurus. Vocato autem *garanto*, debet dies habendi in curia competens aſſignari & aduocatus debet interim garantum requirere, ut cum ipſo ad curiam accedat ipſum *garantizaturus* die, ſibi competenter aſſignata. Et ſi habere non poterit, debet ad iuſticiarium accedere uel recurrere, ut eum ad diem ſubmoneri faciat aſſignatam. Defenſoris *conſtituendi tempus.*

§. 4. Dum tamen diei aſſignatio habeat dierum *ſpacium XL* & eas dilationes habere garantus poterit, quas haberet *aduocans principalis*. *Definitum.*

§. 5. Et notandum eſt, quod *garantus* alium poteſt *garantum* uocare & poteſt hec uocatio fieri usque ad *tercium*. *Tercius* autem *garantus quartum* non poteſt uocare; ſed ipſum oportet querelam deffendere vel aliis deffenſionem dimittere. Quam ſi deffendere uoluerit, feodum pars aduerſa obtinebit & querelatus *excambium*. Et hoc quidem intelligendum eſt de primogenitorum *garantizatione*. *Subſtitutio* garanti. *Semel & iterum non tertio.*

§. 6. Et ſciendum eſt, quod, ſicut *querelatus* non tenetur reſpondere de *feodo*, ab anteceſſori- *De facto* deceſſoris.

(93) Germanice dicimus: *gevvehrſmann*, defenſorem.

bus

bus ad eum deuoluto, in abſencia *primogeniti* ſui: ſimiliter nec abſencia *primogeniti* querelantis, ſi de feodo primogeniti non habeat, quod requirit, tenebitur *querelatus* reſpondere. Easdem eciam *exceptiones* poterit querulus habere, ſi querelam uoluerit prorogare.

Garantus *ſit legitimus*.

§. 7. Notandum eciam eſt, quod, ſi aliquis uocatur ad *garantum* & a parte aduerſe denegetur; per inquiſicionem declarandum eſt, utrum de feodo illo, de quo uocatur ad garantum, ſit *garantizator* uel non. Quod ſi per *inquiſicionem* declaretur, quod ſit *garantus*; *garantizandi* retinebit poteſtatem & *emendabit* pars aduerſa. Si uero declaratum fuerit, ipſum non eſſe *garantum*; pro *garanto* recipi non poterit: ſed *emendabit*, qui eum uocauit ad garantum.

OFFICIVM *garanti*.

§. 8. Poſtquam autem aliquis ſuper ſe *garantizationem* recipit, ad ipſum incumbit *defenſio* feodi *garantizandi* & eque poteſt defendere, ſicut ille, qui eum uocauit ad *garantum*. Tamen ſi ſuccubuerit, ad *excambium* tenebitur de eodem.

## CAP. LIII.

## De INIVRIA.

§. I.

INIVRIAE *definitio*: *Diſtinctio in a) perſonalem. b) realem.* (I) PERSONALIS *eaque fit a) per dictum b) per factum*.

INIVRIA eſt actio leſionis, indebite alicui irrogata. Ex qua contenciones ſingule oriuntur: tanquam ex *eodem fonte* riuuli defluentes.

§. 2. Omnis enim contencio oritur aut ex iniuria alicui in ſui *perſonam* irrogata aut in ipſius *poſſeſſionem*. Vnde contencionum quedam perſonalis, quedam poſſeſſionalis.

§. 3. *Perſonalis* autem dupliciter fit aut per *factum* aut per *dictum*. Per *factum*, quando ex *percuſſione*, alicui illata iniuria, contencio generatur.

§. 4.

§. 4. Contencio autem *poſſeſſionalis* duplex eſt. (II) POSSESSIONALIS; *quae duplex.*
Fit enim aut ex poſſeſſione *mobili* aut immobili. *a) in re mobili*
Ex poſſeſſione *mobili* fit, quando contencio occaſione *catalli* (94) uel alicuius rei *poſſeſſionis* mobilis excitatur. Ex poſſeſſione *immobili* fit, quando contencio occaſione alicuius *feodi* inter aliquos *b) immobili* uentilatur. Ex hiis IIIIor riuulis omnes alie contenciones oriuntur.

§. 5. Vnde patet, quod cum iſti IIIIor procedant ab *iniuria*, quod ipſa mater eſt contencionum ſingularum, de quibus in *ſecunda parte* huius operis, cum de *querelis* tractabitur plenius, exequemur.

## CAP. LIV.
# De VI & VIOLENCIA.

§. 1.

VIs eſt *iniuria*, alicui irrogata, uiolenter ledens *pacem patrie* & *principis dignitatem*. Cum enim ad principem pertineat, ſub *pacis* tranquillitate regere populum, ſibi ſubiugatum; ad ipſum pertinet pacis fractores corrigere uiolentos. VIS *ſubditi principis iniuria.*

§ 2. Vnde notandum eſt, quod ſi quis alium, a *poſſeſſione* ſua *feodali*, per uim illatam, expulerit; ad iuſticiarium pertinet ſuper hoc *inquirendum*. SPOLII *poena.*

§. 3. Dum tamen illa *uiolencia* infra *annum* fuerit perpetrata & reſtitutionem oportet fieri taliter *expoliato*. Et ſimiliter de aliis *uiolenciis* agendum eſt, in quibus *uite periculum* non incumbit. Nullus enim inquiſicionem ad *uite* uel *membrorrm periculum* tenetur ſuſtinere, niſi eam expreſſe ſe *obtulerit* (95) *expectare*. Praeſcriptio *criminis annua.*

(94) *Catallum* idem, quam *capitallum*, *capital*. Debitum numarium. Quod dictum ſuperius.

(95) Igitur *duella* ex conuentione. Inuitus enim non cogitur, illa ſubire.

*Species aliae.* §. 4. De aliis autem *deſſaiſinis* (96) uel ſpoliationibus, ſcilicet, que *ſine uiolencia* perpetrantur, agendum eſt ſecundum legem *deſſaiſine* in feodis uel mobilibus, ſecundum leges de eisdem inſtitutas: quod clareſcet plenius in ſequenti.

## CAP. LV.
## De curia LAICALI & placitatoribus & de caſibus, de quibus iuſticia ad PRINCIPEM pertinet.

§. I.

*Nexus* QVum itaque contenciones ex iniuria procreantur, que per *iudicium* coram *iuſticiario* debent in curia terminari; de curia conſequenter agendum eſt.

Curiae laicalis *definitio.* §. 2. *Laicalis* itaque *curia* eſt *congregatio eorum* certo loco & die aſſignata, per quos ius eſt, ſuper querela contencionis, *placitantibus*, exhibendum.

Placitatores. §. 3. PLACITATORES ſiquidem dicuntur, qui coram *iuſticiario* in *placitis* querelam deducunt.

*Praeſentia iuſtitiarii.* §. 4. Notandum eſt ergo, quod ad querelarum terminationem exigitur: quod *iuſticiarius* ſit *preſens*, qui, quod iudicatum fuerit in *querela*, faciat obſeruari & quod *iudiciarii* interſint, per quos de *propoſitis* & *reſponſis* in curia iudicium proferatur & quod *placitatores* querelam deducant coram ipſis.

Locus *praetorii.* §. 5. Certus etiam *locus* & certa *dies* debet *placitandi* aſſignari per *ſubmonicionem* prius factam querimonia iam recepta & plegiis habitis de ea proſequenda.

*Quae* cauſae *pertineant* §. 6. Sciendum eſt tamen, quod PRINCEPS NORMANNIE principaliter habet tenere curiam de omni-

(96) *Deſaiſina* eſt *depoſſeſſio*: ſiue ſaiſinae ſpoliatio.

bus

bus *iniuriis*, que ad ſuam pertinent *dignitatem*: ut *a*) de *moneta* & *focagio* & huiusmodi & placitis *ſpade* & omnibus aliis rebus ad *laicalem curiam* pertinentibus, de quibus querimonia delata fuerit ad eumdem, tam in *ſimplicibus*, quam in *criminalibus* & in *leuibus* & *groſſis* (97) querelis. Si quis tamen curiam ſuam requiſierit ab eodem, qui eam habere debeat, ei reddenda eſt.

*a*) *ad* PRINCIPEM?

§. 7. Habet eciam *dux Normannie* curiam principaliter de omnibus iniuriis ſibi illatis, *mobilibus* uidelicet & *immobilibus* nec non & *perſonalibus* & omnium eorum, qui tenent de eodem & de omnibus *iniuriis perſonalibus bailliuorum* & *ſeruientium* & eorum attornatorum.

*Etiam in mobilibus.*

§. 8. Habet eciam curiam de omni *placito ſpade* & de *roberiis* & *multriciis*, *homicidiis*, *treugis fractis*, iniquis *aſſaltationibus*, *recognicionibus* & *inquiſitionibus* & huiusmodi, que ad placitum *ſpade* pertinent euidenter. Exceptis tamen illis, quibus *principes Normannie* de huiusmodi habendis placitis curiam conceſſerunt, prout per *inſtrumenta* uel per *preſcriptionem* uel per *excambiationem* uel per aliam *racionem* euidentem poterit apparere.

*In delictis grauioribus.*

§. 9. MILITES autem ac libere tenentes, qui habent *comitatus* uel *baronias* uel *dignitates* alias feodales uel *feoda lorice* uel *francas ſerianterias* uel alia *franca feoda* ac *libera*, habent curiam de ſuis *reſidentibus* in querelis ſimplicibus *leuibus* & *groſſis*, *mobilium* & *hereditatum* & de *latrocinio*, licet per *duellum* habeant terminari.

*b*) *Ad* milites *&* *libere* tenentes.

(97) *Maioribus.* Dicimus enim res magnas *groſſ.* Inde *groſſi*, maius monetae genus. Vt olim erant in Germania ante argenti copiam.

c) *Ad primogenitos.*

§. 10. *Antenati* eciam habent curias de *poſtnatis* in tribus tantummodo caſibus: ut de *maleficio* uel *conuicio* eidem illato uel *uxori* ſue uel eius *filio primogenito.* Iſtis tribus caſibus tenentur *poſtnati* in primogenitorum *curiis* reſpondere & *deſraiſnare* uel emendare.

d) *Ad poſſeſſores feudorum elemoſinae.*

*Quid in feudis ſub diuerſis dominis ſitis obtineat.*

§. 11. Omnes eciam feoda pure *elemoſine* tenentes ſuas habent curias in ſuis tenentibus de eisdem. Si quis autem feoda, ſub *diuerſorum dominorum* dominio conſtituta, per unum teſtem & unum *duellum* impetierit contra aliquem, principis eſt de huiusmodi curiam habere, cum *neuter* dominorum in tota cauſa contencionis habeat poteſtatem.

*Actio una & diuerſae.*

§. 12. Cum enim *una* ſit *querela*; per *unam legem* habet terminari. Una enim dicitur querela, cum per *unum teſtem* & unum *duellum* unus *querulus*, uerſus unum querelatum, querelam agit unius ſpeciei, *una* enim dicitur querela, cum ſit de feodo tantum uel de *mobili* & huiusmodi.

*Feuda* uulgaria *carent* iurisdictione.

*Species* uilium *feudorum.*

§. 13. Inſuper autem ſciendum eſt, quod nullus tenens feodum ſuum per *uile ſeruicium* poteſt habere *curiam* ſuper tenentes de eodem: ut *bordarii* & *ſeruientes* ad *ſaccum* & *ſummam* & alii, qui *uilia* debent ſeruicia. Uidelicet *compoſtum* educere & *fenum facere*, terras *compoſcare* & huiusmodi.

## CAP. LVI.
# De CLAMORE de HARO.

§. 1.

*Dux Normanniae curiam tenet*

HAbet etiam DVX NORMANNIE de CLAMORE illo qui uulgariter dicitur de *haro* & ad ipſum pertinet (99) - - de eodem ut uidelicet iuſta

(99) Comparent hic aliquae lacunae: Quas noſtro iudicio ac ſenſu noluimus ſupplere.

cauſa

cauſa -- uel ſine cauſa fuerit *exclamatum*. Non enim debet exclamari, niſi in diſcrimine criminoſo: ad *ignem* uidelicet uel ad *latronem*, homicidium vel *roberiam* uel in aliquo huiusmodi imminente periculo, ut ſi quis arrepto *gladio* irruat in alium furibunde. *de* CLAMORE *&* HARO.

§. 2. Qui autem ſine imminente periculo huiusmodi clamorem extulerit, principi debet *emendare*. Et ſi huiusmodi clamor *negatus fuerit*, *princeps* per propinquiores & eos qui eum audierint inquirere poterit, utrum illi qui negauerint *clamorem* factum eſſe illum audierint & ſi ſuper hoc conuicti fuerint, emendabunt. Si uero inquiſitio in *non ſcire* redacta fuerit; accuſata ſuper hoc poterunt *desraisnare*. Et ſi quis culpabilis inuentus fuerit, quod iniuria non proceſſerit, propter quam talis clamor clamari debeat, grauiter debet emendare. *Quid ſi* clamorem *excitauerit temere?*

§. 3. Non tamen propter hoc *carceri* mancipandus eſt, ſi ſufficientes *plegios* dederit de *emenda*. Nec eciam quisquam, ſi de *tali clamore* fuerit accuſatus, propter hoc non debet carceri mancipari, niſi *maleficium* grandi de *plagia* & *ſanguine* uel alia grandi *leſura* ſublatenti ſit apparens. Et ſi eciam appareat maleficium & accuſatus ſuper hoc inquiſitionem, utrum de impoſito ſibi crimine ſit inculpabilis, ſe offerat ſuſtinere, non debet *priſoniam* ſubintrare: cum ſe ſatis euidenter oſtendat ſuper hoc *innocentem*. *Poena tamen non durior iuſto.*

§. 4. Ad hunc autem *clamorem* omnes debent *exire*, qui illum audierint & ſi *maleficium vite* uel *membrorum* periculoſum uiderint uel *latrocinium*, propter quod *malefactor* penam deberet reportare *amiſſionis uite* uel *membrorum*; ipſum de- *Clamore facto omnes* adcurrant.

bent *retinere* uel *clamorem* ſupradictum poſt ipſum increſcere & leuare.

*Sub poena.* §. 5. Aliter enim tenerentur *emendare* Principi uel *desraisnare*, quod *clamorem* non audierint ſupra dictum, ſi ſuper hoc fuerint accuſati. Si autem malefactorem detinuerint, eum *iuſticiario* reddere tenebuntur nec eum apud ſe, niſi propter eminens periculum, niſi per unam noctem, poterunt detinere.

*Praeſtent auxilia* cla- *manti.* §. 6. Omnes autem quot *iuſticiarius* requiſierit, ſibi ad *malefactores* huiusmodi conſeruandos uel eos ad carcerem deducendos, *auxilium* impertiri tenentur in uilla, in qua ſunt reſidentes per unam noctem uel per unum diem eos deducendos ad *carcerem* debent ſubſidium *proprii corporis* uel ſufficientis pro ipſis exhibere.

*Placitum ſpade. Querelae a) criminoſae b) ſimplices. uirgae mollities.* §. 7. Et huiusmodi *placitum ſpade* dicitur, eo, quod in huiusmodi querelis *ſpada* & *armis* ſunt reprimendi uinculisque & *carceribus* mancipandi. Et dicuntur querele *criminoſe*, quas *vite* uel *membrorum* ſequitur *dampnamentum*. Alie autem querele dicuntur *ſimplices*, eo quod ſimplici poena, quam *virge mollicie*, delinquentes in eis corriguntur.

*Cauſae diuerſae in placitis.* §. 8. Inſuper autem notandum eſt, quod quedam curia in *placitis*, quedam in *aſſiſia*, quedam in *ſcacario* celebratur. In placitis autem *vice comitatibus* tenetur curia de *ſimplicibus* querelis, de *deffectibus aſſiſiarum* emendandis & omnibus querelis, que per *ſpacium XV. dierum* dinoſcuntur, dedutionem retinere, dum tamen ad ſue finem terminationis non ducantur. Nulla enim querela poteſt *finaliter terminari*, niſi in *aſſiſia* uel *ſcacario* uel *preſencia principis*, (100) unde *re-*

(100) Olim principes ipſi in | iudiciis ac tribunalibus: quoni-

*corda-*

*cordationem* ſue terminationis ualeat reportare.

## CAP. LVII.
## De firmitate ASSISIE.

§. 1.

ASSISIA autem eſt *curia*, in qua quod factum eſt in iure *firmitatem* perpetuam debet retinere. Quod in placitis enim factum eſt, ſi negatum fuerit, per *desraisnationem* penitus poterit *irritari*. Aſſiſiae definitio.

§. 2. Sed, quod factum eſt in aſſiſia, nullam *desraisnationem* ſuſtinebit, ymo per *recordacionem* *aſſiſie* firmitatis ſue perpetuum percipiet fulcimentum. Et hoc *XL. dierum* debet ſpacium *reportare* & eciam adimplere. Plena fides ei & auctoritas.

## CAP. LVIII.
## De dignitate SCACARII.

§. 1.

SCACARIVM (101) autem dicitur *congregatio iuſticiariorum in curia ſuperiorum*, ad quos pertinet de *bailliuis* & aliis *minoribus iuſticiariis* errata corrigere, minus diſcrete in *aſſiſiis* iudicata reuocare & quilibet, tanquam ex *ore principis*, (102) iuſticie reddere *plenitudinem indilate* & eius iura penitus obſeruare, male alienata reuocare & tanquam eius *oculus circumſpicere*, que ad eius pertinent honeſtatem. Quicquid autem in hac ca- SCACARIVM definitur.

am ita decretum, ut ſuggeſſit aequitas & ratio. Sed, in tanta *legum poſitivarum* multitudine, inutilis ille in iudicio, qui iura poſitiua non doctus. Vnde ſolent hodie principes exceſſe.

(101) Eſt *miſſorum* collegium *der geſchickten*. Nam *miſſos* olim iudices dictos, ſcriptum ſupra. Vel etiam inde, quod Germanis audiat *coetus*, cohors, *eine ſchaar*.

(102) Quod principis auctoritatem prae ſe tulerant *miſſi*, inſtar *comitum palatinorum* noſtri aeui.

ria per ſolenne iudicium factum fuerit, debet *inuiolabiliter* obſeruari.

*Solenne iudicium.* §. 2. *Solenne* autem *iudicium* eſt, quod auditus ſingulorum ab omnibus in *pleno ſcaçario conçordatur.* Cui tamen ſi aliqui contradixerint, dum tamen opiniones eorum certa racione fuerint infirmate, pro nullis in iudicio debent reputari.

## CAP. LIX.
# De QVEREMONIA.

§. 1.

*Querimonia opus.* QVoniam ad terminacionem *querelarum*, (103) ad quam iura, leges & conſuetudines tendunt, exigitur, quod *querulus* & *querelatus* (104) *querelam* deducant in curia facta prius querimonia & datis *plegiis* de ea *proſequenda*; de eis & primo de querimonia uidendum eſt.

*Quae definitur.* §. 2. Notandum eſt, quod *querimonia* ſiue *clamor* (105) eſt *oſtenſio* facta iuſticiario, *conquerendo de iniuria* ſibi irrogata, ut ſuper hoc in curia paſſo iniuriam *iuſtitia tribuatur*. *Iuſticiarii* autem omnes *clamores* ſeu *querimonias* poſſunt recipere & *diem* ad placitandum *partibus aſſignare* & *plegios* recipere de eisdem proſequendis.

## CAP. LX.
# De QVERVLO.

§. 1.

*QVERVLI definitio.* QUerulus (106) autem dicitur perſona illa, que exponit *conquerendo iuſticiario querimoniam*,

(103) Nam lites in foro intentatas Germani non dicunt actiones *handel, handlungen vor gericht*; ſed *klagen*, quod Latio *querelae*.

(104) Querulans in Germanico *der klagende*, *kläger*: querulatus *der beklagte*. Sunt igitur meri Germaniſmi.

(105) Iterum Germaniſmus eſt notandus. Nam *actorem* dicimus *ſchreuer*; criminalem actorem ſeu accuſatorem, *den blutſchreuer*.

(106) Vti Germani, qui *acto-*

de

de ſibi iniuria irrogata. Iſte, ſine *defectu* aliquo, proſequi tenetur querimoniam, a ſe *iuſticiario* demonſtratam.

§. 2. Notandum eciam eſt, quod ſi querulus in proſecutione querimonie in curia defficiens fuerit ad *diem* ſibi aſſignatam; eius aduerſarius comparens a curia, ſine *diei* aſſignatione, *recedendi* licentiam debet obtinere. Qui enim ius requirit de *iniuria* ſibi irrogata, ſi *curie* non compareat, ius ſuum proſecuturus, uidetur quod *malicioſe* querimoniam excitauit. *Queruli negligentia.*

§. 3. Si autem querimonia de *feodo* facta fuerit, *laicali uiſione* (107) de eo ſuſtentata, ſi querulus poſtea *defficiens* fuerit de querimonia ſua proſequenda; audiri non debet de cetero in querimonia ſuper hoc uentilata. *Si de* feudo.

§. 4. Et ſi querelatus in tali caſu defuerit; *ſaiſinam* amittere tenetur feodi demonſtrati. Quod plenius, cum de *querelis* tractabitur, elucebit. *Poena amiſſio* ſaiſinae.

## CAP. LXI.

# De QVERELATO.

§. 1.

Querelatus autem dicitur perſona, de qua oſtenditur *querimonia* iuſticiario, ut ſuper hoc exhibeat ius, prout debet. QVERELATI *definitio.*

§. 2. De qua *plegii* recipiendi ſunt & *dies* eidem ad prima *placita*, ſi *quindecim dierum* (1) ſpacium obtinuerit, aſſignanda uel ad *aſſiſias*: prout querimonia ſit deducta in ea actio poſtulabit. *Fideiuſſio.*

*rem* dicunt *den klager* uel barbara Latinate *querulantur.*

(107) *Laicalis uiſio* iterum ſapit Germaniſmum. Nam *inſpectionem* dicimus *ocularem eine beſichtung*; non uero, uti in Latio, *beſchauung*. Et *la ca'e* idem eſt, quam populare: *eine gemeine beſichtigung.*

(1) Spatium XV. dierum, ter repetitum, facit *tempus Saxonicum* legale VI. hebdomadum & III. dierum.

## CAP. LXII.
# De PLEGIIS.

§. 1.

PLEGII *definitio.* PLegii autem dicuntur perſone, que ſe *obligant* ad hoc, quod, qui eos mittit, tenebatur.

*Diuiſio.* §. 2. *Plegiorum* autem quidam ſunt *ſimplices*; quidam debitum *retinentes.*

*Formula.* §. 3. Plegiatio autem ſimplex contrahitur in hac forma: *Ego plegio A. quod reddet B. X. ſolidos ad natale.*

*Expoſitio.* §. 4. In hac plegiacione notandum eſt, quod *mortuo plegio* moritur *plegiatio*, quia *ſimplex* plegiatio non tranſit in *heredem.*

*Locus ei ad* desraiſinam. §. 5. Notandum eciam eſt, quod de *ſimplici plegiatione* nemo ducitur ad *legem apparentem*, ſed ad *desraiſinam* ſimplicem, niſi per *inſtrumenta* aliqua ipſa *plegiatio* ualeat demonſtrari uel *recordatio aſſiſie*, in qua facta fuerit apparenter.

*Mortuo* plegiato. §. 6. Notandum eciam eſt, quod in *ſimplici plegiatione* de *ſtando iuri mortuo plegiato*, plegii abſoluuntur et eſt plegiatio idem quod fideiuſſio. Qui autem aliquem *plegiat*, de ipſo facit credere, quod *plegiationem* adimplebit.

*Effectus* plegii. §. 7. Notandum eſt eciam, quod *plegius*, in *curia* inuentus, tenetur fateri uel negare *plegiationem*. Si confeſſus fuerit ſe *plegium* extitiſſe, debitum *vadiabit* & terminum habebit illud reddendi uel habendi debitorem in curia ſuper hoc, quod ius fuerit effecturum.

*Si ipſe* debitor *praeſens.* §. 8. Si autem *debitor* ad terminum apparuerit: dicens, ſe debitum debere, illud *perſoluat* uel *nanta*, eius debitum *ualencia*, pro *plegio* tradantur. Si autem non habuerit, unde debitum perſolui ualeat; *plegius* perſoluat *debitum totum* uel reſiduum,

um, quod debitor perſoluere non poterit uel eius *nanta* tradantur pro debito.

§. 9. Vnde notandum eſt, quod nullus *nanta* uel *uadia*, pro debito ſibi tradita, *uadiato* tenetur cuſtodire ultra ſpatium *XV. dierum*; ſed niſi interim *exuadiata* fuerint, per preceptum iuſticiarii, coram hominibus fide dignis, ea debet *uendere* adeo bene & ea fide ac ſi ſua eſſent & ex eorum *precio* ſuum retinere debitum & reſiduum eidem reddere, pro quo ei eadem tradebantur. Pignorum *praeſcriptio.*

§. 10. Et hoc intelligendum eſt, de omnibus aliis rebus, pro alicuius debito *uendicioni* expoſitis. *Diſtractio pignoris.*

§. 11. Sciendum eciam eſt, quod ſi debitor negauerit, ſe aliquem *plegium* dediſſe & ipſe negatus *plegiationem* iam perſoluerit, ipſe *debitor* per ſimplicem legem ſe poterit *desraisnare*: dum tamen recognitio uel fortior lex non obuiauerit. *Si debitor* negauerit.

§. 12. Et notandum eſt, quod omnes *homagiati* dominum ſuum debent *plegiare* & tenentur de *debitis* ſuis. Ita tamen, quod nullus tenetur ultra *ualorem redditus* uel *faiſanciarum* (2), quas ei debet per unum annum, ipſum *plegiare.* Homagiati *pro domino caueant, non tamen ultra annuos reditus.*

§. 12. *Perſonam* eciam eius plegiare tenentur, ſi fuerit in *priſonia* & ipſum eciam in ſuis *querelis* proſequendis & defendendis & de ſtando iuri & de *emendis* & *nanta* ſua, ſi capta fuerint, plegiare. Et hoc intelligendum eſt ſi *preſentes* fuerint, ubi eum neceſſitas compulerit *plegios* exhibere. *Si in carcere.*

§. 14. *Reſidentes* uero homines per *uicecomitatum* & in *asſiſia uicecomitatus* dominum ſuum *plegiare* tenentur: ad *expenſas* tamen eius & ipſe *Vt & reſi*dentes.

(2) *Faiſſancia* a Gallico *faire*, facere. Eſt ergo factum uel ſeruitium clientelare. Inde *faſſen* in uernacula. Non debet enim uaſallus iuſto magis onerari ultra annuos reditus neque largiri de ſuo.

*indempnes* ſuper hoc reddere tenebitur. Et ſi eos incurrere de *plegiacione* permiſerit, non tenebuntur ulterius ipſum *plegiare*, quousque ſuper alia *plegiacione* & dampnis & deperditis ſatisfactum fuerit euidenter.

*Plegiatio debitum retinens.* §. 15. *Plegiatio* autem dicitur *debitum retinere*, quando *plegium* aliquis de debito aliquo ita ſe conſtituit, quod ſe de eodem obligat *redditorem*, ita quod de eo *plegius* eſt & debitor. Illum autem a debito quem *plegiat* iam reſoluit.

*Num teneantur & heredes?* §. 16. Vnde notandum eſt, quod, quando moritur, eius *heredes* a debito non ſoluuntur (3); ſed reddere tenentur. Debitum enim iam tranſiit in eumdem eo, quod ſe ſuper hoc debitorem conſtituit.

*Debitor per accidens eſt heres.* §. 17. Per *accidens* autem aliquis debitor conſtituitur, cum *hereditas* uel mobile (4) ad ipſum deueniunt ex *ſucceſſione* alicuius, per quod eius debitum ſoluere teneatur: ut filius, cui deuenit *patris hereditas* uel *executores* uel alii, ad quos deuenerint *catalla* mortuorum uel quicunque ſuper ſe ſuſcipit alicuius negocia procurare. Et huiusmodi *plegii*, niſi ſubmoniti fuerint ad certum *locum* & *diem* certam, non tenentur de debito reſpondere. Ut debitores teneri diximus ſuperius. Sed ſemper habebunt *terminum negandi* uel cognoſcendi debitum tractatum competentem. Et hoc in *ſimplici* querela, cum debitum ab ipſis contractum non fuerit, non poterunt *desraisnare*.

(3) Eſt hoc ideo ſingulare, quod *heredes* non teneantur, quia illi ex *lege* ſuccedunt; non ex *ultima* uoluntate ſeu teſtamento, uti in Latio. Vt adeo non oporteat eos facta omnia praeſtare defuncti.

(4) Nam *immobilia*, praeſertim ſi auita fuerant, non poterat alienare pater, inuitis nec conſentientibus liberis. Vt adeo debita ſiue aes alienum defuncti adficere illa potuerit nequicquam.

§. 18.

§. 18. Nullus enim alienum factum *desraisnare* poteſt, ſed querulus debitum ſuum probabit, ſe tercio iuratorum *desraisnare*; tamen poterit, ſe *plegium* non fuiſſe, niſi munimenta uel *recordatio* pretendantur. Si autem aliqui ſe *plegios* conſtituerint de toto, nulla alicui eorum terminata *quantitate* & aliquis eorum deceſſerit uel eum *inopia* excuſauerit; eius *deffectum* alii debent adimplere.

*Ob alienum factum* desraiſnare *non licet.*

§. 19. Si autem in cauſis *perſonalibus* aliquis aliquem plegium conſtituerit, ut ſcitur, quod maleficium non inferet alicui; *plegius* leſo debet *ſatisfacere* & tenetur uel *plegiatum* habere qui maleficium emendet uel deffendat.

Plegii *in cauſis* perſonalibus.

## CAP. LXIII.
# De SVBMONICIONIBVS.

§. I.

SUbmonicio eſt *citacio* facta alicui, ad certos terminos tam *loci* quam *temporis* aſſignata. Et ſciendum eſt, quod ſecundum diuerſitatem cauſarum diuerſe ſint *ſubmoniciones*.

Submonicionis *definitio.* Citatio.

§. 2. Quedam enim *ſubmonicio* fit, ut aliquis de *hereditate* ad *diem* reſpondeat aſſignatam & hec ad minus *XV. dierum* ſpacium debet continere & debet fieri per *iuſticiarium attornatum*, expreſſa querimonia partis aduerſe. Omnes enim *ſubmoniciones*, que fiunt ad reſpondendum in curia, habent fieri per iuſticiarium attornatum nec ab alio ſunt admittende.

*Diuiſio.*

§. 3. Quedam enim *ſubmoniciones* ſunt ad reddendos *redditus* uel *ſercia* ſiue *debita* dominorum & ille ad minus *nocte precedente* debent fieri, niſi cauſe ita ſubito emerſerint, quod *mora* incommodum reportaret.

*In* redditibus.

§ 4. Sciendum eciam eſt, quod *barones ſubmonen-*

Baronum *citatio.*

*monendi* ſunt per *bailliuum* uel *uicecomitem* uel *ſeruientem ſpade* principalem, in preſencia *quatuor militum* ad minus, ex quorum teſtimonio *ſubmonicio* roboretur. Non enim ducendi ſunt ad *desraiſinam* ſi defuerint, ſed ex *teſtimonio* aſſiſtentium debet ſubmonicio *recordari*. Indecens enim eſſet, uiros tante *auctoritatis* ex *deffectibus* ſuis ad legem *desraiſine* prouocare.

*Citationes per* ſeneſcallos *uel* praepoſitos *factae.*

§. 5. Notandum eciam eſt, quod *ſubmoniciones*, quandoque fiunt *ſeneſcallis* uel *prepoſitis*, ut dominos ſuos habeant ad terminum, quod ſi non habuerint ipſi *emendare* debent uel *deſraiſnare*. Si autem dixerint *dominis ſuis ſubmoniciones* ſibi factas retuliſſe, dum *emendabunt* uel *desraiſnabunt* contra ipſos.

*Quid ſi tales deſint?*

*ad domum citatio.*

§. 6. Notandum eciam eſt, quod omnis *ſubmonicio* ad certam *perſonam* hominis ſubmonendi debet deferri & ſi inueniri non poteſt, ad *ſeneſcallum* uel *prepoſitum* ſuum fit *ſubmonicio*. Si autem nec *prepoſitum* nec *ſeneſcallum* habuerit, ad proprium *domicilium* recurrendum eſt & ad eos, qui ibidem inuenti fuerint, debet *ſubmonicio* fieri.

*Literae* requiſitoriales.

§. 7. Si autem *ſubmonendus* nec *reſidenciam* habuerit nec in *bailliuia* fuerit, dum tamen fuerit in *prouincia*; per *litteras bailliui* ad *bailliuum* directas, in cuius *bailliuia reſidens* fuerit, debet *querulus* requirere, ut eius *aduerſarium* faciat *ſubmoneri* & *ſubmonicionem* factam per eiusdem *bailliui* litteras, qui eum fecit *ſubmoneri*, debet ad curiam reportare.

Citatio *in eccleſia.*

§. 8. Si *querelatus* in prouincia non fuerit, debet in *eccleſia dominica die* (5) uel alia ſolennitate

(5) Eſt igitur moris antiqui: citare in ecclesia aut templo uoce ſacri praeconis. Cum autem talia curias magis deceant, diſtrahantque animos ſacrorum auditorum: in plurimis ideo locis illae citati-

litate, in *audiencia* ſingulorum, euocari, ut ad *aſſiſias* compareat, de expoſita querimonia reſponſurus uel ad aliquem terminum, XL. dierum ſpacium reportantem. Si alicui autem fiat *ſubmonicio* de ſeruicio, quod non debeat; talis *ſubmonicio* non eſt admittenda.

§. 9. Omnis autem *ſubmonicio*, facta ad reſpondendum in curia, debet admitti, dum tantum tali *loco* curia teneatur, in quo *ſubmonitus* debeat reſpondere. Non enim ſi quis dominus *diuerſa feoda* habeat, poteſt homines ſuos *ſubmonere* de uno *feodo* ad reſpondendum in *alio* nec eciam homines ſuos *ducere* (6) de querelis ad *remotiorem* curiam, quam ad eam, in qua *querele* ſue de *uicinio* ſeu illius *feodi* terminantur. *Forum* rei ſitae *attendendum.* *aduerſus* euocationes

§. 10. *Submoniciones* autem de *ſeruicio* faciendo per quemcunque de familia domini poſſunt fieri & ſimiliter de redditu reddendo. *Quid in ſeruitio?*

## CAP. LXIV.
## De TESTIBVS.
### §. 1.

T*eſtes* autem in *laicali* curia dicuntur, qui *actoris* propoſitionem teſtantur in hec verba: *Hoc uidi & audiui & quod curia eſgardauerit ſuper hoc, facere ſum paratus.* TESTES. *formula eorum.*

§. 2. Notandum ſi quidem eſt, quod nemo in querela ſua pro *teſte* recipiendus eſt, nec eius heredes nec participes *querele* & hoc intelligendum Inhabiles *1) ob ſtudia partium.*

ones ſublatae & relegatae ſunt in curiam. Vbi in foro tempore nundinarum poſſunt nullo incommodo fieri palam, ex curiae atrio aut ſuggeſtu.

(6) In Germanico hodieque euocationibus non eſt locus, ne quidem ſi a domino *feudi* ſuſcipiantur. Quoniam intereſt uaſallorum, ne taedio onerentur itinerum & impenſarum.

eſt,

eſt tam ex parte actoris quam ex parte defenſoris.

2) periurium §. 3. Omnes autem illi, qui *periurio* uel *leſione fidei* (7) ſunt *infames*, ab hoc etiam repellendi & omnes, qui in *duellis* ſuccubuerint.

3) duella.

4) bannum §. 4. Omnes eciam *excommunicati* ab omni actione in *curia laicali* tam pro ſe, quam pro aliis *repellendi* ſunt & omnis *audiencia* ipſis agentibus in curia debet *negari*: tamen reſpondere tenentur, ſi quis contra eos agere uoluerit (8), non enim debent commodum ex *malicia* ſua reportare.

*Niſi conueniantur.*

*Modus* probandi *per teſtes.* §. 5. *Teſtium* autem alii offerunt *esgardium* curie ſuſtinere, alii offerunt *probare* ad *esgardium* curie, ut in *groſſis querelis*, in quibus habet *duellum* indicari. Omnis autem propoſitio, facta in curia ad *diem* terminatam ſine *teſte*, irrita diſcernitur & inanis. Non enim opus eſt *teſtibus*, donec *dies* fuerit aſſignatus.

## CAP. LXV.
# De PLACITATORIBVS.

(7) Si fefellerit *dextra*; in Germanico dicimus: *der ſeine handtreue gebrochen.* Licet enim *fidei* Romani templum dicauerint; ridet tamen ſuos Romanos ideo Tacitus: quod in *fide* colenda Germanis nemo anteferendus. Cum Latinis fallere & decipere, audiret ſeculum. Sane *fabulas* ideo dicimus *Romain*, quaſi Romanorum mores. Quod magis eſt, Friderici I. aeuo nomen contumeliae fuerat, audire Romanum. Exempla ſunt eorum, qui alios poſtularunt iniuriarum ex hac cauſa, quod ab illis dicti *Romani die Römer*, quaſi tu homo *uafer* & *fraudulente*.

(8) Lex alias grauior in *excommunicatos.* Qui cum *proſcriptis* ſimiles eſſent, in illos non poterat iniuria committi. Quoniam omni iure fuerant interdicti. In uernacula fuerat formula haec: *rechtloß*, *ehrloſs*, cetera. Sed cum maior *defenſionis* fauor ſit, quam *actionis*: ideo, ultimo negato, primum tamen indulgent Normannica inſtituta.

Placi-

PLacitatores (9) autem dicuntur, qui querelam deducunt tam *querelando*, quam *reſpondendo*. Placitatores qui?

## CAP. LXVI.
## De PROLOCVTORE.

§. 1.

PRolocutor (10) autem dicitur, quem quis pro ſe *inſtituit* ad *loquendum*, cuius uerba idem pondus debent reportare ac ſi ex ore *attornantis* (11) proceſſiſſent. Nec cum inſtitutus fuerit ad loquendum ille, pro quo inſtituitur eius dictis poterit contraire, que pro ipſo pronunciauerit inſtitutione permanente. Prolocutores qui?

§. 2. Tamen ipſum poterit *deſtituere* & alium inſtituere, cum uoluerit. *Duos* enim *prolocutores* ſimul habere non licet. *Facultas* ſubſtituendi *aduocatum.*

§. 3. Si quis autem ſic inſtituat prolocutorem ſuum; iſte debet loqui pro me contra talem, ipſum audiatis & cum pro me propoſuerit, quod iniunxi ipſum *garantizabo*, ipſum debet audire iuſticiarius &, ipſo audito, debet inquirere ab inſtitutore; utrum pro ipſo protulerit, que dicta ſunt. *Legitimatio* procuratoris.

§. 4. Si autem *garantizet*; uerbis *prolocutoris* iam prolatis non poteſt contraire. Si autem dixerit, quod aliqua protulerit, quae ei non in- Guarantizatio.

---

(9) Gallice *plaider*; quod idem, quam agere in *mallo*, *dem platz*, *gerichts-platz*. Quoniam locus olim iudicii ſub dio, *auf freyem plaz*. Eſt igitur Germanica uox *placitare*, agere in foro; necquicquam Latino a plaendo.

(10) Habes iterum Germaniſmum. Nam in uernacula *ſprechen* idem, quam *loqui*; ſed *furſprechen*, proloqui. Hinc *fürſprecher* prolocutor.

(11) *Attornatus* eſt a uerbo Gallico *tour*, *tourner*, uertere. Sed mallem a Germanico *turniren* deducere: ut *attornatus* ſiue *atturnatus* idem ſit, quam *adiutor* in *litigando*, *bellando*, pugnando uerbis iunxit,

iunxit nec de illis ipſum *garantizat*, prolocutor *emendabit*. Et ſi per *garantizantem* a curia procedetur, de his uidelicet, de quibus *garantizauerit* prolocutorem.

*Formula*: procuratoris. §. 5. Qui autem prouide *prolocutorem* unum inſtituerit, inſtituat in hac forma ſupradicta Nullus enim *prouidus* debet in dicendis, ſed in dictis, ſi expedierit, ſtatuere ſe *garantum*.

## CAP. LXVII.
# De ATTORNATO.
§. 1.

Attornati *definitio*. ATtornatus autem eſt, qui, *coram iuſticiario*, *in ſcacario* uel in *aſſiſiis* habentibus *recordationem*, ab aliquo *attornatus* eſt, ad ius ſuum proſequendum uel deffendendum Et debet in eodem ſtatu de querela recipi, in quo eſt, qui *attornat* & non debet audiri ſi preſens ſit, qui *attornauit*. Nec eciam debet audiri niſi in querela, de qua eſt attornatus.

*Pro abſentibus*. §. 2. Solent autem *attornati* fieri in abſencia aduerſariorum, quod non debet de iure fieri, niſi coram *domino rege*, cuius ſolius *teſtimonium* ſufficit ad *recordationem* faciendam. Cum enim curia partibus equaliter ſe debeat habere; ſtatum unius partis in *abſencia* alterius non debet permutare.

*Cauſa*. §. 3. Cum enim *attornatio* in curia fieri habeat, que recordationem valeat reportare, ſi in *abſentia* partis aduerſe facta fuerit eius condicio affirmabitur minus iuſte. Non enim pars aduerſa, ſi obtinuerit contra *attornatum recordationem* ſciet uel poterit *attornationis* eius copiam poſtulare, cum nec preſens fuerit nec perſonas nouerit coram quibus fuerit attornatus. Per *terras*

*ras* eciam *patentes domini regis* lectas in aſſiſiis *recordationem* habentibus, preſente parte aduerſa poteſt attornatus fieri, cum ex hac attornatione poſſit recordatio haberi.

## CAP. LXVIII.

## De *uiſionibus* diuerſis uidelicet FEODI languidi *nichaignii* hominis *mortui* & uirginis *deflorate.*

§. 1.

SCiendum eſt, quod diuerſe ſunt *uiſiones*. Eſt enim quedam uiſio *feodi*, quedam *languidi*, quedam *maleficii* lati, quedam *hominis* interfecti, quedam *uirginis* deflorate. *Inſpectio corporis.*

§. 2. *Viſio* autem *feodi* eſt *inſpectio feodi* in curia requiſita & ad certam diem aſſignata, que ſecundum diuerſas querelas diuerſimode habet ſuſtineri. In querela enim de *hereditate* per *duellum* impetita uel per *ſtabiliam* defendenda & omnino de omnibus querelis, in quibus ius hereditarium materiam retinet, querelarum *per IIIIor milites & iuſticiarium* non ſuſpectos & per *XII. homines* legales debet *uiſio* ſuſtineri. In nouis autem *deſſaiſinis* & omnino in eis querelis, que per modum *noue* deducuntur *deſſaiſine*, ſine *militibus* per *XII legales* homines de uiſneto poteſt uiſio ſuſtineri. Nec tamen nocet ad eam milites intereſſe, ſi ex facili poſſint ad hoc applicari. (*I*) Feudi. *Praeſentibus IV.* militibus *XII.* hominibus.

§. 3. *Viſio* autem *langoris* iurandi per *IIIIor milites & iuſticiarium* habet ſuſtineri. *Vocata* autem parte *aduerſa* certa die & certo loco, in quo uidelicet *exoniatores* ipſum infirmari protulerunt & propter hoc ad hoc, pars aduerſa uocanda eſt, ut ſi *languidus*, ſe *langorem* iuraſſe, nega- (*II*) Langoris.

uerit,per *uiſores recordationem* habere ualeat euidenter.

Homicidii, *uulneris.* §. 4. Et hoc modo faciende ſunt *uiſiones* de multro *homicidio* & *mehaignio* & omnibus *plagis* per *uiolenciam* illatis. Sciendum tamen eſt, quod ſi aliquis uulneratus *plagam* ſuam in hac forma non monſtrauerit, ex ea ſequelam nequicie non poterit deducere. Si etiam aliquis *interfectus* traditus fuerit *ſepulture* & hoc modo uiſus non fuerit,ſequela de eo *duci* non poterit & ſi iuſticiario non fuerit demonſtratus antequam ſit *ſepulture* commendatus. Omnes qui ad hoc preſentes affuerint,*emenda* pecuniaria debent puniri. Si autem tali occaſione aliqui fuerint accuſati,negantes ſe ad hoc fuiſſe, per inquiſitionem debet declarari. Quod ſi in non ſcire redactum fuerit, ſi a iuſticiario ſuper hoc fuerint accuſati,per *deſraisnacionem* ſe ex hoc poterunt liberare.

*Quid ſi* ſe- pultur?

(*III*) *Virginis* deflora- tae *inſpectio.* §. 5. Viſio autem *uirginis deflorate* per *ſeptem mulieres uiduas* uel *maritatas*, fide dignas debet fieri, per quas, ſi neceſſe fuerit, de *defloratione* ueritas declaretur uel *recordetur*.

## *INCIPIT SECVNDA PARS HVIVS LIBRI.*

### CAP. I.

### De QVERELIS & *Legibus*.

§. I.

*Nexus.* POſt predicta de querelis agendum eſt & *legibus*, per quas ipſe *querele* habent terminari.

*Querelae deſcriptio.* Sciendum eſt ergo, quod *querela* eſt contencio inter querulum & querulatum coram iuſticiario, ad aſſignatum terminum uentilata. Quarum quedam ſunt *perſonales*,quedam uero *reales*. Inter quas de perſonalibus primo agendum eſt.

§. 2.

*Diuiſio (I) Perſonalis per*

§. 2. Eſt ergo *perſonalis querela* contencio inter *querulum* & *querulatum* uentilata, ex *iniuria* in alicuius perſonam irrogata. Harum autem querelarum quedam ſunt per *factum*, quedam per dictum & de iis, que per factum ſunt, primo agendum eſt.

*Facta, quae ſubdiuiduntur in ſimplices criminales harum*

§. 3. Sciendum ergo eſt, quod querela *perſonalis* de facto procreata ſit ex *violencia*, in *perſonam* alicuius per factum irrogata, ut percuſſiones uel uerberationes & huiusmodi. Harum autem quedam eſt *ſimplex*; quedam *criminalis*. *Simplex* eſt, que per ſimplicem legem habet terminari. *Criminalis* autem eſt, que per legem apparentem deducitur, ab aduerſis & ideo criminilis dicitur quod ex tali *crimine* habet ortum, quod *mortis* uel *membrorum* ſequitur dampnamentum.

*Species.*

§. 4. Huiusmodi autem querele *criminalis* diuerſe ſunt *ſpecies*, ſecundum quod in eis diverſe *querele* deducuntur, que ex diuerſis *maleficiis* oriuntur.

*Nominatae*

§. 5. Eſt enim quedam querela de *multro*, quedam de *homicidio*, quedam de *treuga* fracta; quedam de *mehaignis*, quedam de *defloratione* uirginis; quedam de *roberia* & *aſſaltu caruce*; qnedam de *aſſaltu* in *domo* uel poſſeſſione *aſſaltati*, quedam autem ſunt de *proditione*. Inter quas primo de *multro* agendum eſt & quomodo & ſub qua forma uerborum ſequela de *multro* deduci debeat a partibus aduerſis & huiusmodi *ſequele* omnes de *felonia* nuncupantur.

## CAP. II.
# De ſequela de MVLTRO.

§. 1.

*Formula de* multro.

SEquela autem de *multro* (1) facienda eſt in hac forma; *P. queritur de T. qui patrem ſuum in pace domini regis nequiter multrauit, quod paratus eſt probare & facere ei recognoſcere una hora diei.* T. autem hoc deneget uerbo ad uerbum & offerat *uadium* ſuum ad deffendendum.

*Inde* uadium.

§. 2. Primo autem capiendum eſt *uadium* defenſoris & poſtea *uadium appellatoris* & de lege deducenda *plegios* debent tradere, uterque tamen in priſonia ducis eſt mancipandus. Per iuſticiarium tamen hiis, quando neceſſe fuerit, ad *duellum* debet inueniri & utrumque, ſi uoluerit, uiue *priſonie* poterit committere, dum tamen bonos *cuſtodes* de ipſis habuerit, qui eos ita fideliter cuſtodiant, quod *uiuos* uel *mortuos* ad *diem* duelli terminatam reddant & ad *duelli* deductionem habeant *preparatos*.

*Inquiſitio ex officio.*

§. 3. Si autem eis uel de ipſis aliqua *uiolencia* fuerit perpetrata & interim procreata, iuſticiarius ex *officio* ſuo ex hoc poterit *inquirere* &, prout facti merita exigerint, huiusmodi rei conuictum debet punire & cuſtodes, ſi ex hoc inuenti fuerint culpabiles & quoniam ipſi cuſtodes penam, quam cuſtoditus ſubiret, ſi per defectum ſuum de duello dampnaretur, ex *antiqua conſuetudine* ſubire ſolebant iudicari; ſi ab eorum cuſtodia ita ſe ſubtraxerit, quod eum *iuſticiario* reddere ad diem non ualeant terminatam.

§. 4. Solet in *normannia* uſitari, quod, datis

(1) Hinc in uernacula: *meuterey*, inſidiae & *multrare* idem, quam *inſidias ſtruere, meuterey begehen.*

*uadiis*

*uadiis* (2) nullus in cauſis *criminalibus* extra *ducis priſoniam*, debeat cuſtodiri.

§. 5. Ad diem autem DVELLI aſſignatam debent ſe *pugilles* (3) in curia *iuſticiario* offerre, antequam hora meridiei (4) ſit transacta. *Apparati* in *corietis* (5) uel *tunicis* conſuetis & cum *ſcutis* & *baculis cornutis* (6) armati; prout eis neceſſarium fuerit de *panno* & *ſcorio*, *lana* & *ſtupis* (7).

DVELLVM *qu fiat* iure *&* ritu.

§. 6. In *ſcutis* autem uel *baculis* uel armaturis *tibiarum* non poſſunt habere, niſi *lignum* uel *corium* uel aliud prediɥorum. Nec alia poſſunt habere inſtrumenta in aduerſarium grauandum, quam *ſcutum* & *baculum*. Et debet uterque *tondi* uel habere ſuper aures capillos *rotonde* adequatos. Et hec *forma* debet in omni *duello ſollenniter* obſeruari. Vngi autem poſſunt, ſi uoluerint.

Arma *in duello. & habitus.*

*Vnctio.*

§. 7. Cum autem uterque ſe *iuſticiario* obtulerit, per *iuſticiarium* uerba *duelli* debent retrahi & ſi forſan alicui eorum uiſum fuerit, quod uerba *duelli* bene non fuerint *recordata* uel alio modo, quam lex fuerit (8) *uadiata*: *recordacionem* curie

IVDEX *in duello*:

(2) Cautione facta. Nam *uadium* idem, quam *pignus* aut *fideiuſſio*. Vt dictum multoties.

(3) *Pugiles* iidem, quam in arenam duello conſcenſuri. *Campiones, die Kämpfer.*

(4) Nam a meridie apud Germanos ſeri ac ſinceri nihil peragi creditum, ob ſuſpicionem *temulentiae* a prandio.

(5) *Corietis* idem, quam *ſagum*, *ein Koller* in uernacula.

(6) *Cornutos pileos* in campionibus dicunt, *die Judenhüte*. Quibus uſi ſunt in torneamentis; ne caput facile poſſet percuti aut lacdi baculo: lancea, fuſte.

(7) Idem, quam *culmus*, *ſtupa*, *ſtipes*: *ſteiff*, *ſteiffen*.

(8) Fuere igitur duella non *aduerſus leges* patrias; ſed his potius illa definita & diſpoſita. Summatim: iudex ſtatui naturali reſtituit duelli ſocios, ut, manibus experirentur, quid poſſent ualerentque? Atque ita in ſuis cauſis uel uictores euaderent uel deuicti, illisque exciderent. Idem in LL. Germanicis reperitur. In quibus *duellis* pariter ſcriptae *leges*, *ordines*, *ritus*.

ſuper hoc poſtulare poterunt & habere per eos qui *duelli uadiamento* affuerunt & ſi bene fuerint *recordata*, ad *campum* inde ducantur pugnaturi.

Quatuoruiri *in duello.*

§. 8. Quatuor *milites* eligantur, qui campum cuſtodiant & omnes alii *ſedeant* ad *coronam*.

Banni *edictum in duello.*

§. 9. *Bannum* autem *ducis* proclametur: ne quis aſtantium ſuper *uitam* & *membra* in tantam prorumpat audaciam, quod alicui *pugillum* auxilium inferat *dicto* (9) uel *facto* aut *grauamen*. Et ſi ſuper hoc aliquis fuerit culpabilis, in *priſonia ducis* ad uoluntatem ſuam tenebitur carceri mancipatus.

*Formulae* iurisiurandi *in duello.*

§. 10. Poſt hoc autem *pugiles* ad campum conuocentur & *iuret* primus *defenſor* per *uerba* de *duello* recitata; *flexis ambobus genibus* & tenebunt ſe per manus *appellator* (10) a *dextris* & *defenſor* a *ſiniſtris*. *Interrogato* ab utroque & *reſponſo* nomen, quo denominantur in baptiſmo & utrum credat (11) in *patrem* & *filium* & *ſpiritum ſanctum?* Et utrum teneat *fidem*, quam ſancta conſeruet *eccleſia* & reſponſo ab utroque, quod ita & tunc iurabit in hac forma: *Audi homo, quem teneo, per ſiniſtram manum, qui te N. in baptiſmo facis appellari, quod ego patrem tuum* (12) *non multraui in crudelitate nec in felonia, ſi deus me adiuuet & ſacroſancta.* Iurabit autem & alius ſic: (13) *Audi*

(9) Omnes enim ſpectatores cohibere oportuerat ora, manus, caput, pedes. Ne quem uel deplorarent uel incitarent geſtibus aut uerbis uel etiam increparent, riderent aut exploderent. Ita enim nefas fuerat; turbare duellorem ordines.

(10) *Appellator* idem hic, quam *delator* aut *accuſator* alterius, *der Verräther*; oppoſitus *defenſori*.

(11) Niſi enim profiteantur hanc fidei formulam, habentur pro haereticis aut paganis: cum quibus nemo chriſtian9 conſcendet in duellum aut conſeret cum eo manum.

(12) Exempli gratia hoc delictum nominatur.

(13) Inconſulta ſane ratione. Partim, quod hic iuramenta iuramentis opponantur: partim, quod iu-

*homo*

*homo, quem per manum dextram teneo, qui te N in baptiſmo facis appellare, quod de omnibus uerbis, que iuraſti* (14), *te periuraſti, ſi deus me adiuuet & ſacroſancta.*

§. 11. Deinde iurabunt *ſorcerias* (15) & primus *defenſor*, quod nec per ſe nec per alium in campo *ſorcerias* fecit afferre, que ei poſſint uel debeant *iuuare* uel parti aduerſe *nocere.* Et *appellator* conſequenter iurabit ſimiliter. Exinde autem *ſcutum* & *baculus* utrique tradantur & *IIIIor milites* ad campum *ſeruandum* electi ſint inter eos, quousque *orauerint* competenter & *bannum* ducis iterum recitetur. *Orationes* diuinae *in duello.*

§. 12. Peracta autem competenter *oracione* ad *metha* (16) campi milites ſe retrahant in *quatuor* partes. Si autem *defenſor* ſe usque ad *ſtellas* de *nocte* in celo apparentes, poterit defendere, uictorie retinet iuuamentum. (17) Et hec forma in omni *duelli ſequela* eſt obſeruanda, hoc ſane intellecto, quod *iuramentum* debet fieri de *uerbis*, *de quibus duellum uadiatum* fuerit & retractum. Diuturnitas *duelli.*

§. 13. Sciendum tamen eſt, quod nullus de *multro* poteſt ſequi; quousque certa & cognita ſigna de *multro* fuerint declarata. Si autem de *multro* Multri *indicia certa.*

ramenta non finiant tum litem, ſed excitent. Et hoc eſt: iurare temere, ſi non falſo aut peierare.

(14) Ergo alterum arguit *periurii* commiſſi.

(15) Scriptura luculenta eſt uerbi *ſorcerias*; ſenſus non item. Quod hic muti ſint gloſſatores. Forte *ſorceria* idem, quam *ſortilegium*, *maleficium*, *ueneficium*. Iurat igitur: ſe non uſurum in duello *incantamentis* aut genere aliquo maleficii. Quo pertinent illae aniles fabulae: *Vom Feſtmachen*; *kugel verruffen*; *unſichtbar machen*. Legitur etiam in ordine torneamentario: ne quis ſub ueſte condere uelit aliquid ad fruſtrandum aut eludendum ictum.

(16) Nam arena, in qua fieri debuerat duellum, fuerat ſepimento cinctum cancellorum.

(17) Licet non deuicerit alterum. Nam, ſi uicerit neuter aut uictoria eſt dubia: tum fauor omnino habendus pro reo aut defenſore.

facto nullus ſit, qui *ſequelam* (18) faciat aut clamorem; ſi *publica infamia* aliquem ſuper hoc fecerit criminoſum, per iuſticiarium debet *arreſtari* & firmo carcere obſeruari usque ad *diem* & *annum* cum *penuria uictus* & *potus* (19). Niſi interim ſuper hoc inquiſitionem patrie ſe offerat ſuſtinere. Quam ſi ſuſtinere uoluerit, ſollicitudo iuſticiarii debet procurare, quod omnes illi, quos de *multro* aliquid ſcire preſumpſerit uel ipſius aliquam noticiam habere de quocunque *loco* fuerint, coram ſe certa *die* & certo *loco* faciat conuenire & hoc ſubito & inopinate & cauſa, propter quam eos faciat ſubmoneri, celetur, ne parentes criminoſi eorum *prece* uel *precio* corrumpant eorum *ſacramenta* & ab eis, unoquoque per ſe uocato, coram IIIIor militibus non ſuſpectis, utrum criminoſus illud *multrum* fecerit, inquirat diligenter. Et, auditis dictis eorum, & in *ſcriptis* redactis *criminoſus* coram eis debet adduci & ab eo debet queri, ſi quem eorum *ſonare* (20) uoluerit, & ſi ſufficiens *ſeonium* ſuper aliquem miſerit dictum eius pro nullo debet reputari & a *iurea* (21) debet remoueri. Et ſi ſufficiens non fuerit ſeonium nihilominus ulterius procedatur.

(18) *Sequela* uerbum admodum *generale*. Nam in uernacula *ſequelas* dicimus *lictorum cateruam*, *die folge*, *gerichts-folge*. Audit etiam *ſequela* idem, quam *delatio*, *accuſatio*, *actio*. Hinc *cadere a ſequela* idem, quam cadere cauſa eamque perdere & amittere.

(19) Qui rigor uix probandus. Quod *publica infamia* oriri omnino poſſit ex falſis cauſis. Igitur decipi poteſt, qui ei fidem dat temere. Eandem uirgulam meretur *notorietas*, *notorium*, cetera.

(20) *Sonare* teſtem idem eſt, quam *ſono improbare*. In uernacula dicimus; *ein Verruffener Zeuge*, notatus infamia aut facinore.

(21) *Iurea* pro ſacramento aut iuramento. Luculenta in codice meo ſcriptura eſt. Niſi uocem habueris pro contracta *ſiglis*.

§. 14.

*Qui* iurare *debeant?*

§. 14. Huiusmodi *iurea* debet fieri per *XXIIIIor* *homines* ad minus *legales*, non ſuſpectos, quos nec *fauor*, nec *odium* a *iurea* debeat amouere. Et per fidelem *ſeruientem* debet ſubmonitio fieri, qui nec *prece* nec *precio* nec *amore* nec *odio* nullatenus corrumpatur, qui ueriores ac probiores homines ſubmoneat & quos poterit inuenire circa loca & in locis, in quibus factum fuerit *maleficium*, quo reus accuſatur & eos inſuper, qui facti creduntur percepiſſe ueritatem.

*Inquiſitio in* furto *per iuramenta.*

§. 15. Si vero de *furto* uel *roberia* *iurea* fuerit ſuſtinenda de locis, in quibus reus *conuerſatus* fuerit & in quibus dicitur *latrocinia* perpetraſſe, debent ſubmoneri legitimi *homines iuratores* ueritatem factorum & uite eius cognoſcentes & ita ſubito debent coram iuſticiario deduci, ne per amicos corrumpi ualeant accuſati.

*Examen eorum, qui iuraturi.*

§. 16. Iuſticiarius autem *ſecreto* aſſumptis tribus uel *IIIIor militibus* debet ſigillatim eos examinare de *uita* & *actibus* accuſati, quid *ſciunt* & quid *credunt*, inquirere diligenter.

*Exceptiones aduerſus* iuratores.

§. 17. Auditis autem ſingulorum *dictis* accuſatus adducendus eſt & *inquirendum* eſt, ſi quem *iuratorum* illorum uelit *ſonare* (22). Omnes *iuratores* eidem monſtrandi ſunt, ſi quem legitime *ſonauerit*, dictum eius non debet eidem nocere, ſed a *iurea* debet remoueri.

*Iureiurando conuictus.*

§. 18. Poſt hec autem coram ipſis *iuratoribus* & aliis in publico conuocatis, dictum eorum coram reo debet per *iuſticiarium* recitari & per *iuratores* confiteri, quod ita iurauerunt. Et ſuper hoc de-

(22) *Sonare iuratorem* idem eſt, quam *improbare teſtem*, in uernacula dicimus: *den Zeugen verruffen.* In barbaris LL. multum roboris tribuitur iuramentis. Quod hominum omnino tribueris *ſimplicitati & fidei.* Quam populi uerſuti ſolent multoties migrare & eludere.

bet fieri iudicium in *continenti* & iudicium factum ſine dilatione adimpleri & quod XXti eorum iurauerint, obſeruetur. Et ſi aliqui eorum ſe neſcientes dixerint, tot debent apponi *iuratores*, ſi poſſunt inueniri, quod per *ſacramentum* XXti eorum ueritas rei eluceat inquiſite.

## CAP. III.

## De IVRATORIBVS & homicidio.

§. 1.

Iuratores qui? DE *iuratoribus* autem ſciendum eſt, quod illi *iuratores* dicuntur, qui, preſtito in curia ſacramento, uerum tenentur dicere de *querelis*, prout eis a iuſticiario uel uices eius gerente, in curia fuerit *incalcatum*.

*Facti circumſtantiae* §. 2. Cum autem per ſacramentum *iuratorum* habeat contencio terminari ad *ſubmonicionem* iuratorum contencionis circonſtancie ſunt attendende. Videlicet *res* ipſa, de qua agitur contencio, *locus*, *cauſa*, *modus*, *tempus*.

*Teſtes* inhabiles *ob amorem uel odia.* §. 3. *Inimici* autem eorum uel *amici* ſpeciales & notorii *conſanguinei* eciam utriusque partis & illi de quibus *ſuſpicio* certa amoris ſpecialis *fauoris* habiti uel affinitatis uel odii certis racionibus poſſunt pretendi, ad iurandum recipi non debent.

*Cauſae* ſimilitudinem. §. 4. Illi eciam, qui in cauſa conſimili ſunt, ad *iuramentum* recipi non debent uel qui ſunt *querele* participes & eciam illi per quos querela *mouetur* & deffenditur. Et illi eciam qui *propinqui* uel *uicini* non ſunt rei petite uel *nichil* ſciunt, de (*uiciniam.*) quo eſt contencio & illi, per quos tempus uel (*ignorantiam*) locus demonſtrat querele ueritatem ignorare, a *iuramento* repelli debent.

*Periuria.* §. 5. Et illi omnino, qui *periurio* ſeu *falſo* teſtimonio notabiles ſunt & *infames* & illi eciam, quos

quos certa *ſuſpicio* ueritatem contencionis demonſtrat ignorare. Suſpicio.

§. 6. Vnde ad iuramenta facienda, *probiores* & *propinquiores* homines & quos publica fama teſtatur ſcire melius contencionis ueritatem &, quos partes ſuſpectos non habeant, ſubmonere iuſtum eſt. Similiter autem agendum eſt de illis, qui *publice* ſunt *infames latrocinio*, *homicidio* ſeu *incendio*, uel aliqua cauſa *criminali*, dum non ſit, qui eos ſuper hoc inſequatur. *Teſtes* praeferendi *teſtibus.*

§. 7. De *maleficio* tamen uiuorum non poteſt fieri inquiſitio, niſi de conſenſu *partis utriusque* (23). Solet autem a multis concordari, quod, ſi quis alium ad mortem *appellaret* & *defenſor inquiſicionem* patrie forma predicta non uoluerit ſuper hoc ſuſtinere, ipſam debet habere &, ſi per eam conuictus fuerit, condamnetur; ſi autem ſuper hoc inuentus fuerit innocuus, liberetur. *In maleficio conſenſu partis utriusque opus.*

§. 5. Si autem in *nonſcire* redactum fuerit *appellator*, tunc ad *duellum* recurrat & hoc plurimum ad falſas & deteſtabiles *querelas* reprimendas, ſolet a pluribus approbari (24), licet plures hoc non laudent nec concedant retinere poteſtatem. Teſtes *per duellum.*

§. 9. De *multro* autem uel *homicidio propinquior* de genere *ſequelam* faciendi retinet poteſtatem (25). Si autem propinquior in *non etate* fuerit *In multro uel homicidio.*

(23) Putauerim *partis laeſae*. Nam ſi laeſus pati malit, quam agere: ſibi hoc tribuat & ſuae indulgentiae. Verum hodie in facinora inquirere debent iudices ſine conſenſu *laeſae partis*. Quoniam inter eſt reipublicae uniuerſim, ne delicta maneant impunita.

(24) Erat hoc omnino iniquum. Quod, ſi nihil probauerit *delator* ſiue adpellator; poſſit prouocare ad duellum *partem delatam* nihilominus. Nam *adpellatores* plerumque fuerant homines ad quaeuis proiecti. Vt facile poſſet euenire, partem delatam in duello ſuccumbere, innocentiſſimam quoque.

(25) Nam, inſtituto ueterum uel

uel *etatem tranſierit*, alius autem propinquior intereſſe poterit in *ſequela* uel alius de genere, in quem omnis conſenſerit *parentella* (26). Si tamen inter ipſos pax fuerit conformata, cum *pupillus* ad *etatem peruenerit*, ſequelam de eodem poterit *reclamare* uel *reformare*. Si autem *lex* deducta fuerit & perfecta; alia *lex* ſuper hoc non poterit reformari.

Formulae *homicidii arguendi*.

§. 10. Si aliquis autem *extraneus* de homicidio *clamorem* ſuum in hac forma fecerit: *Ego queror de* titio, *qui ſeium dominum meum, cum quo eram in felonia aſſaltauit & eum interfecit & ipſum defendendo hanc plagam & hunc ſanguinem mihi fecit.*

*Oſtenſis ſanguine aut plaga*.

§. 11. Oſtenſis *plaga* & *ſanguine* coram iuſticiario & militibus, qui hoc ualeant *recordare* (27) *lex* autem *uadienda* (28) eſt, alio ſe defendere offerente & deducenda eſt modo ſupradicto & ſic per extraneum poteſt fieri ſequela de homicidio.

## CAP. IV.
## De ROBERIA & ASSALTV.
### §. 1.

Formula *accuſandi in* roberia.

DE *roberia* & *aſſaltu* autem ſciendum eſt: quod *clamor* faciendus eſt in hac forma: *Ego queror de Tycio, qui me, in pace dei* (29) *&*

Germanorum, propinqui id eſt *agnati* fuerant *una* quaſi *domus*. Vt ſibi inuicem eſſent heredes, ueluti *ſui*, quibus eripi non poterat ſucceſſio ultima uoluntate. Inde quoque ad defenſionem mutuam obligatio.

(26) Nam *parentelae* uox dicta de omnibus propinquis.

(27) *Recordare* idem eſt, quam ea cauſa meminiſſe in iudicio, *reſentiren*, ut laeſo ſatisfiat.

(28) *Legem uadiare* idem, quam ſoluere eique ſatisfacere aut liberari ab eius obſeruatione.

(29) Nam olim ea conſuetudo per uniuerſam Germaniam & Galliam, ut quilibet poſſet iniuriam ſibi illatam uindicare armis. Niſi *pax* indicta ſingularis certo tempo-

*domini*

*domini regis, aſſaltauit in felonia & uerberauit me & michi plagam fecit & ſanguinem & abſtulit michi capam in roberia unde me oportuit clamare HARO* (30).

§ 2. Alio ſe defendere offerente ſuper hoc uerbo ad uerbum negante. Primo facienda eſt *inquiſicio* de clamore *haro*, per eos in quorum uicinio fuerit exclamatus uel qui preſentes affuerint. Qui, ſi dicant, clamorem *roberie* ſe audiſſe, tunc *duelli uadia*, modo ſupradicto, ſunt recipienda & huiusmodi lex ſub forma prenotata eſt penitus decudenda. *Defenſio rei.*

## CAP. V.

## De TREVGA fracta.

### §. I.

Sequela autem, que fit de *treuga* (31) fracta ſciendum eſt, quod fieri non poteſt, niſi prius *treuga* data fuerit in *curia*, ex qua *recordatio* ualeat reportari. Et ſciendum eſt, quod *treuga* prout in *laicali curia* (32) accipitur, eſt *aſſecuracio facta*, *preſtita fide corporali*, *quod nec per ſe nec per alium aliquod malum non inferet cui datur.* Treugae ſ. *pacis definitio.*

§. 2. Si poſt talem aſſecuracionem aliquis conqueratur: *Ego queror de Tycio, qui me, poſt treugam datam, in curia in PACE* (33) *DEI & REGIS in felonia aſſaltauit & hanc plagam & ſanguinem* *Formula* accuſandi.

re aut loco idque uel ab epiſcopo, inde *pax Dei* uel a principe inde *pax domini* ſ. *regis*.

(30) Supra dictum, eſſe hanc uoculam quoddam uulgi incantamentum, quo ſolet *uociferare* aut clamando requirere ſuppetias.

(31) *Treuga* uox nobis propria idemque uult, quam *pactum* de colenda pace, *Vertrag*.

(32) Pacem enim ſeu *treugam*, quam eccleſia dat, in ſenſu eccleſiaſtico dicere ſolemus *treugam Dei*.

(33) Nam ius belli tum priuatorum fuerat. Igitur pax concilianda loco, tempori, perſonis *pacto* aut *priuilegio*.

*guinem michi fecit quam oſtendo, quod paratus ſum facere ei recognoſcere una hora diei.*

*Ratio defendendi.* §. 3. *Defenſore* autem uerbo ad uerbum denegante, *uadia* recipienda ſunt, ſub tenore forme prenotate. Sciendum itaque eſt, quod in iſtis ſequelis uidelicet de *roberia* & *treuga* fracta, ſi clamor, qui dicitur *haro* (34) per inquiſicionem dignoſcatur, non fuiſſe exclamatus ſequens cadat a *ſequela* & ſimiliter de *treuga*, niſi poſſit *recordari*, quod data fuerit, *appellator* cadit a ſequela.

## CAP. VI.
## De SEQVELA de TRADITIONE Principis.

§. 1.

Formula *accuſandi* proditorem. DE *traditione* (35) autem principis normannie debet fieri *ſequela* in hac forma: *Ego, cui princeps normannie tradiderat caſtrum ſuum cuſtodiendum & queror de Tycio, qui mecum erat ad illud cuſtodiendum & ipſe proditorie & nequiter de caſtro per noctem exiens, principis inimicos introduxit, ex quo uix potui euadere. Quod ſi negare uoluerit, paratus ſum, ei facere recognoſcere una hora diei.*

*Quod ſi negauerit accuſatus?* §. 2. Alio autem negante *uerbo* ad *uerbum*, *uadia* recipienda ſunt, modo ſupradicto & *duellum* deducendum, dum tantum manifeſtum ſit, ipſum ab *inimicis obtineri* (36).

(34) Quod ſi enim ſine *clamore* & ſymbolo edito, *haro*, manus conſertae: tum creditum fuit, alterum iniuriam uel non paſſum eſſe uel eandem remiſiſſe.

(35) Proditione. Nam Germani difficiliores, in munimentis hoſti tradendis. Cum illis praeſtare uideatur: pati ultima.

(36) Quod *traditor* ſuſpicionem aduerſus ſe habeat, inde aequum eſſe uidebatur, ut hanc purget duello.

## CAP. VII.
# De ſequela de MEHAIGNIO.

FIt autem ſequela de *mehaignio* (37) per *hominem* ſuum uel *conſanguineum* tali forma: *Ego, queror de tali, qui mehaignauit in felonia dominum meum uel conſanguineum meum* & cetera dicat, que in ſequelis ſuperius ſunt expreſſa. *Accuſatio* mehaignii.

## CAP. VIII.
# De ſequela ASSALTVS & *fracta pace.*

§. 1.

FIt autem *ſequela* de *aſſaltu* & *treuga* & *fracta pace*, que ſecundum diuerſitatem locorum diuerſe ſunt. Quedam enim fit de *aſſaltu* ad *carucam* (38): quedam de aſſaltu in *domo* ſiue *agro* (39): quedam de aſſaltu in *chemino* (40) ducis. Que uno eodemque modo habent fieri, mutato tamen locorum uocabulo maleficio tamen cum ſanguine corporis periculoſo de *morte* uel *mehaignio* demonſtrato que ſic ſolet fieri: *Accuſatio de* aſſaltu.

§. 2. *Ego queror de tycio, qui ad carucam meam cum agneto precogitato in pace dei & ducis me crudeliter aſſaltauit & plagam & ſanguinem michi fecit, quem demonſtraui iuſticiario.* Formula *accuſandi.*

§. 3. *Quod ſi negare uoluerit: ego uel homo pro me, qui hoc poſſit facere & debeat, parati ſumus facere ei recognoſcere una hora diei ad eſgardium curie.* *Negandi.*

---

(37) Etymon uocabuli mehaignii inueſtigauimus ſupra.

(38) *Carruca* alias pro *uehiculo*, Germanice *eine Karre.*

(39) *Carruca* alias etiam pro agro ſumitur. Inde *carrucagium* idem quam *pflug-geld.* Sed hic ab agro diſtinguitur.

(40) *Chemini* uia publica, id eſt, regia uia. In uernacula *die heer oder landſtraſſe.*

*Quid ſi negauerit?* §. 4. Appellatus debet negare nequiciam in clamore expoſitam & petere licenciam conſulendi & ſi habito conſilio uerbo ad uerbum factum negauerit, *uadia* ſunt recipienda modo ſupra dicto & duellum deducendum.

*Probatio.* §. 5. Et hoc autem notandum eſt, quod per tales ſequelas, niſi maleficium cum *ſanguine* corporis periculoſum de morte uel *mechaignio* reportans iuſticiario fuerit demonſtratum & uiſum ſufficienter non debet *duellum uadiari* (41). Notandum eciam eſt, quod niſi uiolencia in clamore fuerit expreſſa non debet *duellum uadiari.*

*Grauitas delicti.* §. 6. In omni autem ſequela, que fit ad *dam-namentum membrorum*, debet in *clamore* exprimi: quod illud ſuper quo *appellacio* mouetur, ſit cum *felonia in pace dei & ducis.*

*Quid ſi minor?* §. 7. Sciendum eciam eſt, quod ſi quis *infra etatem* conſtitutus de membris fuerit *appellatus*, ipſe cuſtodiendus eſt, quouſque ad *etatem* peruenerit uel *tradendus cuſtodie* prout iuſticiario placuerit & prout facti merita cognouerit poſtulare.

*Iudicis integritas.* §. 8. Ipſe enim attendere & diligenter adiſcere debet in talibus ueritatem, ut fauorem innocuis & leuamen non exhibeat, nocuis autem ingratitudinem ac rigorem iuris ordine conſeruato.

*Non admittitur* procurator. §. 9. In huiusmodi autem *ſequelis* deducendis nullus alium poteſt ponere pro ſe, niſi *mehaignium* corporis habuerit manifeſtum uel extra *etatem* fuerit conſtitutus.

*Qui ſint* extra aetatem §. 10. Extra etatem ſunt, quorum uita ſpacium *ſexaginta annorum* pertranſiuit. In ſequelis autem criminoſis *appellatores* in clamoribus ſuis in curia iuſte expoſitis, addere poſſunt & eas augmentare. *Subtrahere* autem aut diminuere nihil poſ-

*Proceſſus.*

(41) Non debet *duellum uadia | ri*, id eſt, procedi ad duellum.

ſunt

ſunt in eisdem. Quod ſi quid de clamore facto *relaxauerint*, uel aliquid demiſerint appoſitum in clamore haberi debet ſequela pro irrita & inani.

## CAP. IX.

## De ſequela de TREVGA fracta.

§. 1.

DE *treuga* fracta ſciendum eſt, quod non poteſt fieri ſequela, niſi taliter data fuerit, quod, ex eius datione, *recordatio* haberi ualeat, ſi negetur & niſi plaga cum ſanguine demonſtretur. *Treugae fractae crimen.*

§. 2. Fit autem ſequela de treuga fracta ſub hac forma: *Ego queror de T. qui in pace dei & ducis & in treuga michi ab eodem data cum felonia me aſſaltauit & michi inique fecit plagam & ſanguinem quem oſtendo. Quod ſi ipſe negare uoluerit, ego uel alius, qui pro me facere poſſit & debeat, paratus ſum ei facere recognoſcere ad eſgardium curie una hora diei.* *Formula accuſandi.*

§. 3. Autem ad hoc modo ſuperius annotato recipienda ſunt *uadia* & *duellum* deducendum, ut ſuperius eſt expreſſum. *Duello hic locus.*

§. 4. Si uero *treugam* eſſe datam *negatum* fuerit & obiectum quod ex tali ſimplici plaga, que nec *mortis* nec *mehaignii* reportet periculum, non debet *duellum* uadiari. *Si negatum.*

§. 5. *Appellator* recordationem petat curie, in qua treugam fuiſſe aſſerit ſibi datam. Si autem non ualeat *recordari*, eius ſequela irrita diſcernitur & inanis Si autem *recordatum* fuerit duellum *uadiandum* eſt & *emenda* recipienda de negante. *Appellator ad quid?*

§. 6. Notandum ſiquidem eſt, quod *clamore* facto & eciam *duello uadiato*, in omnibus ſequelis cri- *Tranſactio permiſſa.*

criminoſis *poteſt tractari de pace* per licenciam iuſticiarii & pax eciam *reformari* omni tempore antequam *duellum* deducatur ad effectum. Exceptis tamen ſequelis de *proditione* & *latrocinio*, in quibus poſtquam *uadiata* fuerint *duella*, de pace nullo modo concedit *conſuetudo normannie* eſſe tractandum. Quicunque enim de *proditione* uel *latrocinio* precium recipit uel perſoluit *a talibus criminibus ſe demonſtrat non inſomptem*. Qui uero in predictis ſine licencia iudiciarii de pace tractauerit uel compoſuerit iudiciario grauiter *emendabit* & quicquid per ipſum compoſitum fuerit uel tractatum, eſt ad irritum reuocandum.

*Tranſigens pro* confeſſo.

*Hinc opus* emenda.

CVSTODIA actoris & rei.

§. 7. Notandum ſiquidem eſt, quod in querilis *criminalibus* tam *appellatores*, quam *defendentes* in *priſonia ducis duello* uadiato ſunt retinendi. Si uero *appellator* bonos cuſtoditores dederit, qui ipſum uiuum uel mortuum ad diem nominatum reddere ualeant, eis poteſt ad cuſtodiendum committi. Et huiusmodi dicuntur *uiua priſonia ducis normannie*. Huiusmodi *cuſtoditores* ipſum *uiuum* uel *mortuum* ad diem reddere tenentur, eisdem aſſignatam ſine *exonio* & aliis *dilacionibus* tanquam ſi *ſpiculator* eum redderet, ſi fuiſſet per eum in carcere cuſtoditus.

*Quid ſi male cuſtoditi.*

§. 8. Aliter autem ſunt per *mobile* grauiter puniendi. Si autem forſan ita ſe abſentauerit, quod ipſum iuſticiario nullo modo reddere ualeant nec haberi, affligendi ſunt *pena grauiori* per conſilium *aſſiſie* exprimenda & ipſe *fugitiuus* modo debito ad *aſſiſias* debet *euocari* &, niſi ueniat ante iudicium de *forbanizatione* editum, tanquam uictus habendus eſt & *forbanizandus*.

*Pro conuicto habendus.*

§. 9. Si autem ante *forbanizationem* ſe iuſticiario reddiderit, de eo agendum eſt ac ſi carcerem ducis fugiens confregiſſet.

§. 10.

§. 10. De omni autem maleficio & uiolencia eis ab ipſo irrogatis, quem iuſticiarius uiue *priſonie* commiſerit cuſtodiendum, pertinet ad ipſum diligenter inquirere. Et de maleficiis ſimiliter, que aliis dicetur intuliſſe. Que eciam *cuſtoditores* ſui quibus commiſſus eſt cuſtodiendus tenentur cum ipſo grauiter emendare. Nec ſi ex hoc conuinceretur *uiue* eſſet *priſonie* ulterius committendus. *Proceſſus.*

§. 11. *Defenſor* autem ſi iuſticiario placuerit, uiue poteſt priſonie committi & que dicta ſunt de uiua *appellatoris* priſonia, circa defenſorem ſimiliter ſunt attendenda. Cum autem hec *recredencia* ardenti cupiditatis malicia fuerit introducta, ex *antiqua normannie conſuetudine*, que non fideliter ad ſalutem pacis & ad pericula deuitanda antiquis temporibus fuerat obſeruata. Nullus ſequens uel ſecutus de actione criminali aliquo modo a *ducis priſonia* poterat extra mitti, quousque querela fuiſſet ſolenniter terminata. *Priſonia* appellatoris *&* defenſoris.

§. 12. Si uero in *carcere* fuerint detenti *iuſticiarius* eis *magiſtrum*, qui eos *doceat* & *armet* & *cetera* eis neceſſaria inuenire debet, que omnia ipſi *pagare* tenentur. Notandum inſuper eſt, quod nullus poteſt ſequi de *maleficio*, quod iuſticiario infra *annum* & *diem* non fuerit demonſtratum eidem ſuper hoc *clamore* expoſito prout debet. De *multro* autem poteſt fieri ſequela, cum certa ſigna per legitimum teſtimonium patrie fuerint demonſtrata, per que multrum certum ſit ac notorium fuiſſe perpetratum. *Etiam in cuſtodia* doceantur.

## CAP. X.

## Quod non MVLIERES admittendae ſint ad ſequelas criminoſas.

§. I.

*Pro uxore reſpondeat maritus.*

MUllieres ad ſequelas criminoſas *ſequendas* uel *defendendas* non ſunt admittende. *Viri* autem de maleficiis, uxoribus ſuis illatis, *ſequi* poſſunt in omnibus caſibus ſupradictis & eas *defendere*, ſi fuerint *appellate* & ſi defendere uoluerint. Dum tamen ſit *notorium*, ipſas impoſito crimine eſſe *culpabiles*, ſub graui *priſonia* usque ad diem & annum, modo quo de *uiris* dictum eſt ſuperius, debent cuſtodiri. Et de *uiris accuſatis* contra mulieres ſimiliter intelligendum eſt.

*Purgatio* mulierum *per* aquam *&* ignem.

§. 2. Olim mulieres criminalibus cauſis inſecute cum non haberent, qui eas *defenderent*, *ſe purgabant per aquam* & homines per *aquam* uel *ignem*, iuſticia uel mulieres in criminalib9 eos impetebant.

*Sublata in eccleſiis.*

§. 3. Et quoniam huiusmodi ab eccleſia catholica ſunt abſciſſa, *inquiſicione* locorum eorum frequenter utimur & in multris. De *muliere contra mulierem* in criminalibus cauſis eſt procedendum, ut tantam iuſticiam de infamatis ſuper impoſito crimine credimus eſſe faciendam, que de uiris *infamia* criminoſis ſuperius eſt expreſſa.

## CAP. XI.

## De protectione MONARVM (42) & ORPHANORVM.

DVX *Normanniae* uiduarum *&* orphanorum *tutor.*

QVum autem DVCES NORMANNIE aſſueto ductu cantatis ex antiquo *uiduas* ſub protectione ſua ſuſceperint & *pupillos*, eo, quod eorum fragilitas ſibi alium non prouocet defenſorem, de maleficiis criminoſis eisdem uel per eas aliis il-

(42) Scriptura luculenta eſt & ſenſus apertus, quod ſub *monarum* nomine hic intelligendae ſint *uiduae*. Etymon igitur Graeciae debetur; quaſi dixeris *uiduas ſolitarias* & *ſoliuagas*, agentes ſub tegmine ducis Normanniae.

latis prout factorum requirunt merita, debet iuſticiarius grauem & aſperam iuſticiam exercere, quousque de hiis ueritas plenius per inquiſicionem patrie poterit declarari.

## CAP. XII.
## De FVRIBVNDIS amentibus.

§. 1.

SI autem aliquis extra mentem conſtitutus ſua *demencia* aliquem *interfecerit* uel *mehaignauerit*, (43) perpetuo carceri mancipandus eſt & in eodem de ſuo ſuſtinendus uel de communibus elemoſinis ad eius uite ſuſtentacionem eſt prouidendum (44). *Cautio de amentibus.*

§. 2. Si autem aliquis demens talis fuerit & taliter *furibundus*, quod de eius demencia timendum ſit, ne per ignem uel per aliquod factum eius ſaluti communis uite uel rerum obuians ualeat perturbare patriam, per eos, qui res ſuas habent, debet cuſtodiri & ligatus teneri, ne per ipſum alicui maleficium inferatur. Et, ſi nichil habeat, totum *confinium* ad ſue demencie refrenationem, debet conſilium & auxilium de *ſuis facultatibus* exhibere (45). *Furioſis.*

## CAP. XIII.
## De receptatoribus *dampnatorum* & FORBANISATORVM.

(43) Vaſtauerit, laeſerit, quod dictum ſupra.

(44) Inde patet, onus alendi illos, qui mentis emotae, non ergaſtulis incumbere, ſed noſocomiis. De quo argumento nuper fruſtra litigatum in hac urbe.

(45) Non enim in dominum iuriſdictionis hoc onus eſt deuoluendum. Moribus noſtris hodieque ideo ſubditi tenentur genere tributi, quod *iuſtitien-geld* adpellant. Quod cogere in hunc finem poteſt dominus & dynaſta in pago, ſibi addicto.

§. 1.

*Poena receptatoribus ſtatuta.* OMnes autem *damnatorum* receptores ſcilicet *foriuratorum* (46) & *forbanizatorum* (47) nec non & eorum, qui ad *pacem principis* diffugiunt (48) in *aſſiſiis euocati*, ſi de receptione eorum fuerint diffamati ipſi *principis priſonie* (49) usque ad diem & annum debent committi.

*Fideiuſſores eorundem* §. 2. Niſi ſuper hoc inquiſicionem patrie ſe obtulerint expectare &, ſi expectare uoluerint, per bonos *plegios* (50) debent liberari & eis debet dies, de facienda inquiſicione aſſignari, niſi alio modo prius ſuper hoc conuicti fuerint uel cum fugitiuis deprehenſi.

*Si innocui.* §. 3. Si uero per inquiſicionem inuenti fuerint ſuper impoſito *receptionis crimine* innocui, cum omnibus rebus ſuis in pace debent dimitti.

*Si conuicti.* §. 4. Quod ſi ſuper hoc inuenti fuerint culpabiles, omni *mobili* poſſeſſione, ad uoluntatem principis ſeu iuſticiarii, ſunt priuandi. Et ſi *mobile* non habeant, per grauem ſunt & diuturnam *priſoniam* corrigendi (51).

*Per legem deſreſinae ſe purgantes.* §. 5. Si uero in *non ſcire* eorum *receptionis* maleficium redigatur per legem *deſreſine*, ſi iuſticiarius eos ulterius ſuper hoc uoluerit impetere, poterunt ſe purgare.

---

(46) *Foris* eſſe dicuntur ſigillatim illi, qui *exeſſe* iuſſi ſunt patria. Quod ſi acceſſerit iuramentum, *foriſiurati* audiuerunt.

(47) Eſt uox *Latino-Germanica*. *Forisbannire* idem eſt, quam proſcribere aut prouincia aliqua interdicere.

(48) Quod inferiora iudicia uellent effugere hoc tegumento, quaſi principis requirerent tutelam.

(49) Satis ergo eſt, quod tum a iudice inferiori ſint ſecuri.

(50) Plegii, *pfleger*, fideiuſſores, quod dictum ſaepius.

(51) Quare autem *immobilium* hic rerum nulla ratio? Repono, has nexu gentilitio adfectas fuiſſe, inſtar familiae fideicommiſſorum, ut adeo earum priuatione fieret iniuria reliquis agnatis. Quod creditum fuerat iniquum.

§. 6.

§.6. *Conſenciarii* (52) latronum in latrociniis ſuis & *receptores* eorum alio modo ſunt punien di. Si enim ſuper hoc fuerint conuicti, eamdem penam (53) ſolent in *normannia* reportare, quam & ipſi latrones debent ſuſtinere & ſimiliter omnes participes & conſentientes maleficiorum ſuorum. *Poena receptatorum latronum.*

## CAP. XIV.

## De temporibus in quibus LEGES non debent *fieri* nec *ſimplices* nec *aperte*.

§. I.

NOtandum tamen eſt, quod quedam ſunt tempora, in quibus leges non debent fieri nec *ſimplices* nec *aperte*. Videlicet omnia tempora, in quibus *matrimonia* non poſſunt celebrari. FERIAE quae?

§.2. *Ecclesia* autem, legibus apparentibus, omnes *dies treuge* prohibet ac defendit. Videlicet ab hora nona diei *iouis* usque ad ortum *ſolis* in die *lune* ſubſequente (54). Et omnes *dies ſolennes* nouem *lectionum* & ſolenniorum *ieiuniorum* & IIIIor temporum & *dedicationis* eccleſie parochialis. In qua *duellum* eſt deducendum (55). *Diuinae.*

(52) Iidem, quam criminis participes.

(53) Vulgi ſermone dicimus in uernacula: *der heler iſt ſo gut, als der ſtehler.*

(54) Sunt hae feriae *trium* ſingulis hebdomadibus dierum tales, quae peccant in nimio. Gratae neque Deo neque hominibus. In nouo foedere praeſertim, ubi homini chriſtiano omnes *dies* eſſe debent *feriati*. Qui non in *otio* debent requiri ab operis: ſed in erecto ſemper ad Deum animo. Interim eſt hoc ſingulare omnibus *hierarchiis*, ut occupent ſuis inſtitutis mentes inuoluantque illas feriarum glaucomatibus.

(55) *Deducere* idem hic, quam *omittere*.

## CAP. XV.

# De fugitiuis ad eccleſiam.

§. 1.

*[..]a tem[..]rum.* SI quis autem dampnatus uel fugitiuus ad eccleſiam confugerit uel cemiterium uel alterum ſanctum uel crucifixo adhereat eccleſiaſtico priuilegio debet liberari & in pace a laicali poteſtate dimitti, ita quod manus in eum non apponant.

*Obſeſſio aſylorum, & negatio uictus.* §. 2. Cuſtodes tamen, ne exinde fugiat, *iuſticiarius* debet apponere laicalis & niſi infra *nonum diem* ſe reddere uoluerit iuſticiario laicali uel *normanniam foriurare* (56) nona die completa, iuſticiarius exinde nullum uictum ad eius ſufferet deportari ſuſtentationem, quouſque iuſticiario ſe reddiderit, qui de ipſo eciam reddito ſecundum exigenciam ſue culpe ordinabit uel patriam ſe obtulerit foriurare.

*Formula* urfedae. §. 3. Quam *foriurabit* in hac forma, *manu* extenſa ſuper *ſacroſancta euangelia*, quod ipſe recedet a *normannia*, nunquam in eadem de cetero rediturus & quod nullum *malum* patrie nec gentibus occaſione preteritorum per ſe nec per alium *procurabit*. Et quod in aliqua uilla niſi per *noctem* unam quouſque egreſſus fuerit a *normannia*, nunquam regrediendo nocturnabit.

*Egreſſus ex patria.* §. 4. Et egreſſum ſuum incipiet in inſtanti. Expreſſo tamen prius ab eo, uerſus quas partes iter ſuum dirigere uoluerit, a patria ſic recedens & aſſignatis eidem *dietis* (57) in receſſu, prout poſſi-

(56) Id eſt exilium ſpondere iureiurando. *Forisiurare*; *forisbannire*, cetera.

(57) *Dieta*, in uernacula *eine tagreiſe*, eſt penſum, quod confici poteſt in itinere uno die. Hinc etiam *dieta terrae*, portio agri, quae poteſt uno die uerti aratro. Germanice dicimus *ein morgen*; *tagwerck*. *Prima* uox forte originem

bilitas

bilitas perſone & locorum diſtancia poſtulabit.

§. 5. Et ſi expleto termino ſibi dato inuentus fuerit in *normannia* uel regreſſus fuerit per *leucam* ſuum ſecum *iudicium* reportabit. Sacramento enim ſue *foriurationis* inuentus eſt obuiaſſe, propter quod eidem *eccleſia* non debet ulterius patrocinium exhibere (58).

## CAP. XVI.

## De CLERICIS & perſonis non capiendis.

§. 1.

Nullus autem clericus uel perſona eccleſiaſtica debet *capi* uel *arreſtari*, niſi ad preſens *maleficium* (59) captus fuerit uel detentus uel niſi cum *clamore de haro* fuerit inſecutus. Et eccleſie debet reddi (60) ipſum requirenti. In cuius curia, ſi de iniecto ſibi maleficio confeſſus fuerit uel conuictus, ab omni ordine & priuilegio clericali penitus eſt deponendus & exul a patria profugandus. EXEMTIO clericorum. *Degradatio.*

§. 2. Dum tamen tale ſit maleficium, quod *vite* uel *membrorum* percipere debeat *dampnamentum.* Huiusmodi enim perſone ab omni *laicali* curia ſunt exemte, niſi in quantum exigit *feodum* laicale (61). *In feudis ſingulare.*

---

ſuam inde habet, quoniam labores Germanorum tempore fiunt matutino: a meridie enim illi indulgere ſolent ſuo genio. Hinc etiam leges Germanorum audiunt *enuntiata matutina*, *die morgenſprach.*

(58) Aſyli beneficium non eſt *iterabile* & qui ſemel eo uſus eſt, porro non debet eodem abuti.

(59) Id eſt, in delicto deprehenſus; *der auf friſcher that betretten worden.*

(60) Niſi eum *dignitate & charactere clericali* exuerit eccleſia. Id eſt, *degradauerit.*

(61) Niſi enim in eo nuntium miſiſſent clerici ſuae immunitati uel amiſiſſent feuda, uel nulla porro acquiſiuiſſent, deferenda nonniſi nexu beneficiario.

## CAP. XVII.
# De CRIMINALI querela.

§. 1.

*Interdicta accuſatio inter dominum & uaſallum.*

NOtandum eciam eſt, quod nullus *dominum ſuum*, cui fecerit homagium (62), *criminaliter* poteſt appellare, nec eciam dominus *hominem* (63) ſuum, propter fidem, per quam in homagio tenentur obligati (64). Sed oportet, ſi quis in huiusmodi ſequelą facere uoluerit *criminalem*, ſi dominus fuerit, quod homini ſuo fidem & homagium reddat, antequam *gagium* (65) de eo offerat, appellando & homo ſimiliter.

*Poena ſuccumbentis.*

§. 2. Et ſi dominus ſuccubuerit, *homo* de cetero *terram*, quam tenebat de eo, non tenebit; ſed de domino *ſuperiori immediate* & eas, ei ſuper hoc *faiſancias* faciat & quas domino ſuo de ea faciebat. Si uero *homo* uictus fuerit, terra penitus domino remanebit.

## CAP. XVIII.
# De ſimplici PERSONALI *querela*.

§. I.

*Querela ſimplex.*

DE ſimplici querela *perſonali* agendum eſt. *Simplex* enim dicitur eo, quod per legem

(62) Homagii uerbo hic utitur ICtus in ſenſu paulo ampliori pro fide quacunque iurata, etiam clientelari.

(63) *Homo* hic idem, quam *uaſallus*, cliens, in nexu beneficiario.

(64) Vulgi ſermone dicimus: *getreuer herr, getreuer knecht*. Igitur accuſatio aut delatio admodum inconcinna inter perſonas, quae inuicem ſunt in nexu, uinculo, coniunctae fide ſingulari.

(65) Gage, *gagium* eſt uniuerſim idem, quam *pignus*, *ſymbolum* alicuius rei & indicium. Qui igitur accuſare uoluerat alterum uel cum accuſato in certamen deſcendere, ille *gagium obtulerat* aut ſymbolum uel *arrham* ineundi duelli. Hodieque moris eſt, mutuo dare & recipere *chirothecas*, *numos*, futuri certaminis & compromiſſi *ſignacula*. Ante igitur ſoluendus nexus, quam inter perſonas coniunctas fiat certamen forenſe.

ſimpli-

*ſimplicem* habeat terminari, que uulgaliter *deſreſina* uocatur (66).

§. 2. Eſt enim *desreſina* ſuper iniuria a *querulo* expoſita coram *iuſticiario purgacio* per *ſacramentum* querelati & coadiutorum ſuorum in curia facienda. Deſreſina.

§. 3. Omnium ergo *ſimplicium* querelarum quedam ſunt *de facto*, quedam de *dicto*. De illis que ſunt de facto prius uidendum eſt. *Diuiſio.*

§. 4. Eſt itaque ſimplex querela *perſonalis* de *facto*, quando contentio inter *placitatores* coram iuſticiario uentilatur ex antiqua leſione perſone queruli irrogata. Verbi gratia: *Ego queror de T. qui de palma in facie me percuſſit.* *1) de facto.*

§. 5. Teſte autem conſequenter hoc dicente, hoc eſt uerum, uidi & audiui & *eſgardium* (67) curie ſuper hoc facere ſum paratus. Omnis teſtis in curia *laicali* de *uiſis* & *auditis* debet teſtimonium exhibere. Nec eciam ſufficiens eſt teſtimonium, niſi *eſgardium curie* ſuper hoc offerat ſe facturum. *Teſtium depoſitio.*

§. 6. Querelatus autem poſtea tenetur reſpondere & habebit *licenciam* conſulendi, ſi requirat.

§. 7. Habito autem conſilio debet factum negare, quo accuſatus eſt & offerre, illud *desresnare* (68) in hac forma: *Iſtam leſionem tibi non feci & iſte, qui ſuper hoc teſtem ſe conſtituit, nec uidit nec audiuit, quod paratus ſum deſreſnare &* *Oblatio ad deſreſinum & receptio fideiuſſorum*

(66) *Derationare* eſt idem, quam *ratiocinari*; ſenſu barbaro idem, quam agere in iudicio. Num igitur *desreſina* idem quam *dératiocinatio* aut actio in iudicio? Titubauimus etiam ſupra in etymo huius uerbi.

(67) *Esgardium* idem, quam *esgard* id eſt decretum aut ſententia curialis. Facere idem hic, quam expectare aut etiam requirere.

(68) *Deſrenare* uox forte contracta ex *desratiocinari*, quod eſt agere aut reſpondere in iudicio.

debet

debet *gagium* (69) ſuum dare ad *deſreſnandum*. Quod iuſticiarius recipiet & *plegios* (70) capiet de *deſreſina* (71) facienda. Huiusmodi autem querele unum ſolum *exonium* (72) & unum *defſectum* (73) tantummodo paciuntur.

## CAP. XIX.
## De COMPARATIONE parcium ad curiam pro LEGE ſua facienda.

§. 1.

Recordatio *legis*. AD diem autem terminatam partes debent comparere & *lex* debet *recordari* (74) per iuſticiarium ſub forma uerborum, ſub qua conſtat, eam fuiſſe *uadiatam* (75).

*Iuramentum a*) rei. §. 2. Poſt hoc autem querelatus ad *ſacroſancta* debet accedere &, *manu* deſuper extenſa, in hac forma debet iurare iuſticiario uel alio pro ipſo eidem legem *excariente* (76).

*Formula eius.* §. 3. Hoc audias N., *quod ego tibi talem leſionem non feci nec teſtificatos uidit nec audiuit, ſi me deus adiuuet & hec ſacroſancta*.

*b*) *adiutorum.* §. 4. Poſt hoc a *iuramento* debet ſurgere & *coadiutores* debent ad *iuramentum* accedere nec tracti nec uocati, donec *lex* peracta fuerit & iura-

(69) Eſt ſymbolum, arrha, de non deſerenda lite. Nam *gagio* utebantur non ſolum in ſtipulato duello; ſed etiam in litis conteſtatione. Inde formula in uernacula: *beueſtigung des kriegs rechtens*, quaſi litis proſequendae firmamentum.

(70) *Plegii* iidem, quam fideiuſſores.

(71) Lite proſequenda. Vnde per *gagium* ſignificatur litigandi animus: per *plegios* firmatur.

(72) *Exonium* idem, quam excuſatio neglecta, *Verſäumnuß*.

(73) *Defectus* eſt idem, quam *neglectus* ipſe comparitionis in iudicio.

(74) *Lex* debet *recordari*, idem eſt, quam *praelegi* & recitari in curia.

(75) Lex *uadiata* idem, quam *uiolata*. Nam *uadiare* legem, eſt *transgredi* eam. *Vadiare* idem, quam *uadere*, in uernacula *wadden*.

(76) *Excarire* idem eſt, quam, quod *caret*, ſupplere.

re debent ſub hac forma (77): *de ſacramento, quod T. iurauit, ſaluum iuramentum iurauit, ſi nos deus adiuuet & hec ſancta.* *Formula.*

§. 5. Preſtito autem a ſingulis *coadiutoribus* ſacramento, accuſatus per hanc *desreſinam* (78) liberabitur & accuſans remanebit in *emenda* (79). *Liberat desreſina.*

§. 6. Circa hoc autem notandum eſt, quod, niſi teſtis ſe uidiſſe dixerit teſtimonium, reprobatur &, niſi dixerit eciam *eſgardium* (80) curie ſuper hoc ſe facturum. Notandum eciam eſt, quod *deſresniator* (81), ſi uerba dimiſerit uel mutauerit, que ei in *deſresnatione* fuerint *escariata* (82) eius *desreſina* reprobatur. *Reprobatio teſtium.*

§. 7. Et ſimiliter, ſi quis coadiutor defuerit uel uerba *eſcariata* dimiſerit uel mutauerit uel eciam ſi ad *deſreſinam* oporteat euocari uel compelli uel attrahi.

§. 8. Notandum eciam eſt, quod, ſecundum diuerſitatem *perſonarum*, plures uel pauciores in *deſreſinis* exiguntur adiutores. Inter *pares* enim & *uicinos* poteſt quilibet ſe *tercia* (83) manu facere *desreſinam*. *Numerus teſtium aduerſus 1) pares*

§. 9. Verſus autem dominum *ſexta* manu in curia domini. Si autem in curia domini *ſuperioris* placitauerit, ſe *tercia* manu *deſreſniabit* uerſus *2) dominum*

(77) Cum enim *periuria* ſint frequentiſſima, ad haec cauenda, opus fuerat teſtibus horumque iurata fide: quod iuraturus non ſit eius leuitatis, ut ſuſpicio ſit alicuius periurii.

(78) *Deſreſina* idem quam imputatio facti aduerſus *rationem* & legem. Inde *deſreſinare* accuſare.

(79) *Emenda* idem, quam *ſatisfactio* parti praeſtanda. Nunc *actori*, ſi uicerit, iterum *reo*, ſi repertus fuerit innocens, uti hic loci.

(80) *Esgardium* curiae eſt idem, quam *iudicium* ſiue ſententia, uox Gallica, ut ſaepius dictum.

(81) Idem quam *accuſator*, uerbi ſono idem, quam *derationator.*

(82) In *deſreſnatione eſcariata* id eſt *accuſatione iudicata.* Nam *eſcariare* idem, quam *eſgardiare.*

(83) Quia leuiores hic probationes *trium perſonarum* ſufficiunt.

domi-

dominum & dominus eciam uerſus hominem ſuum ſimili modo.

3) ſeruientem *regis.* §. 10. In curia enim domini ſuperioris placitando ſunt quaſi *pares.* Verſus autem domini regis *ſeruientem* in *quinta* (84) manu debet fieri *deſreſina* (85).

*Inhabilitas* teſtium. §. 11. Ex predictis autem patet, quod nec *ceci* nec *ſurdi* poſſunt in huiusmodi legibus teſtimonium exhibere. *Mulieres* eciam in huiusmodi

mulierum. teſtimonia deferenda, non ſunt recipiende (86), nec eciam coniuncte perſone, ſicut pater, filius, frater, qui immediate ſe contingunt nec eciam infra etatem conſtituti.

Teſtes, *macula notati.* §. 12. Omnes eciam conuicti de *periurio* & *fide leſa* & in *duello* deuicti & omnes *increduli* & publica infamia notabiles a teſtatione exhibenda & a *coadiuuatione* (87) in *deſreſina* ſunt repellendi.

*Quid ſi pars conſentiat?* § 13. Et ſi producti fuerint, *deſreſina* uel teſtimonium eorum non valet, dum tamen pars aduerſa aderit ipſum acceptet (88) non repellens.

*Spatium indeſfructum* §. 14. Notandum eſt enim, quod huiusmodi ſimplices querele ſpacium *XV. dierum* ad reſponſionem ſuam faciendam non requirunt; ſed ad omnem *diem* aſſignatam in ipſis eſt reſpondendum.

(84) Quinque teſtium fide opus.

(85) Accuſatio.

(86) Iure Romano cauſae fuerant, ob quas *mulieres* in teſtimoniis dicendis non admiſſæ. Nam 1) prodire in *publicum*, fuerat contra muliebris uerecundiae rationem & ſepimentum, 2) mulieribus multo minus locus in iudiciis & comitiis. Verum patrio iure *mulieres* uitae liberioris, ut & in iudiciis compareant & in comitiis. Vnde Latii rationes noſtris moribus inconcinnae. Quas tamen ſequi ſolemus in re teſtamentaria hodieque.

(87) Id eſt fide auxilioque. Ob leuitatem, in his hominum generibus *opinabilem.*

(88) Eo ipſo enim *iuri*, pro ſe introducto, mittit nuntium.

§. 15.

§. 15. Notandum eciam eſt, quod poſt *reſponſionem* factam in curia, ſi aliqua partium defuerit in querela condemnatur.

§. 16. Notandum eciam eſt, quod nullus de ſimplici *percuſſione*, quam *ſeruo* ſuo intulerit uel *filio* uel *nepoti* (89) uel cuicunque alii de familia ſua ſiue filie ſiue uxori, (90) non debet ad legem prouocari. *Ius caſtigandi* 1) *ſeruos.* 2) *liberos.* 3) *uxores.*

§. 17. Illud autem correptionis cauſa factum fuiſſe, preſumendum eſt. Si uero querelatus de lege, quam *uadiauit*, inciderit, debet maleficium tam leſo, quam curie *emendare*. *Quia* coercitio.

§. 18. De percuſſione *palme* V. ſolidos. De percuſſione *pugni* XII. denarios. De *proſtratione* ad terram, quod *cadabalum* dicitur, XIIX. ſolidos. De plaga autem facta cum *effuſione ſanguinis* XXXVI. ſolidos. *Aeſtimatio* emendarum *in* iniuriis *diuerſis.*

§. 19. Et hec *emende* inter ſimplices perſonas attenduntur in querelis perſonalibus ſimplicibus. De perſonis autem *autentis* (91) uidelicet, qui tenent *francas ſerianterias* (92) uel qui per *armorum ſeruicia feoda ſua* deſeruiunt (93), aliter attendendum eſt de *emendis*, in querelis huiusmodi per *arma* & *herneſia* (94) que feoda ſua deſeruiunt. *Niſi* perſonarum *diuerſi gradus.*

(89) Sed tamen *nepotes* non ſunt in poteſtate *aui*? uti in Latio. Forte intelligitur hic caſus, ſi *patre* fuerit deſtitutus.

(90) Dummodo *iniuria* abſit. Cum enim matrimonia noſtra indimiſſibilia; bonorum inter coniuges communio: maior omnino auctoritas marito ceu capiti familiae eſt relinquenda.

(91) *Authentia* idem, quam *auctoritas*. Authenticae ſiue *autentae* perſonae eaedem, quam *honoratae* & in munere publico conſtitutae, *proceres*, *magiſtratus*, *iudices*.

(92) *Franca ſerienteria* eſt *liberum* uel publicum munus. Supra dictum.

(93) Omne enim *feudum militare* eſt ſimul *nobile* neque fert perſonas, niſi *nobiles*.

(94) *Herneſia* idem, quam *harniſch* in uernacula.

§. 20.

*Vbi* emenda *grauior*, *praeſertim in* milite.

§. 20. Si enim contra *militem* in huiusmodi querela conuictus fuerit, ei debet *emendare* per plena arma, uidelicet per *equum*, *loricam*, *ſcutum*, *enſem* & *galeam*. Si uero *miles* non fuerit nec habens *feodum lorice* paſſus iniuriam; ſed per plena *arma feodum* ſuum deſeruit, per *rouchinum* (95), *gambeſium* (96) & *capellum* (97) & *lanceam* per ea debet ei ſatisfieri de *emenda*.

Emenda *militi ſoluenda in* armis.

§. 21. Et omnino de huiusmodi perſonis ſciendum eſt, que *feodum* ſuum per armorum ſeruicia deſeruiunt, quod eis *emenda* in huiusmodi querelis debet fieri per *arma*, quibus ad *retrobannium* principis debent ſeruire uel facere *aquitationem* feodorum.

*In* curia *domini.*

§. 22. De *emenda* autem domini, in cuius curia hec aguntur, in huiusmodi querelis, ſciendum eſt, quod XVIII. ſolidos poteſt habere de *emenda*.

*Quid* princeps *ipſe*?

§. 23. Princeps uero ſi in eius curia huiusmodi querela deducetur, XXVI. ſolidos poteſt leuare de *emenda*. Solet autem antiquitas in *normannia* uſitari, quod *maior* non eſſet emenda curiam tenentis, quam perſone iniuriam ſuſtinentis. In *concordationibus* autem & huiusmodi *terminacionibus* querelarum pertinet ad iuſticiarium principis de *emendis* ordinare, prout perſone facultas & facti merita poſtulabunt.

---

(95) *Rochinum* uel *rouchinum* idem quam *rock*, Germanis *ueſtis ſuperior ein oberkleid*.

(96) Veſtis *inferior* breuiorque *ein wames* Germanice. Inde *officiales* in militia uulgi ſermone audiunt: *wames-klopfer*, ob uerbera, quibus milites malos ſolent excipere.

(97) *Capa eine Kape* mitra dicitur in uernacula. Inde parua *capa capellus* dicitur, caſſidis loco apud milites.

CAP.

## CAP. XX.
## De *perſonalibus* querelis, que ex DICTO oriuntur.

§. 1.

VIſo itaque de querelis in perſonam *auctualibus* (1) conſequenter uidendum eſt de perſonalibus querelis, que ex *dicto* oriuntur. Sunt autem huiusmodi querele, quotiens *conuicium* aliquod perſone alicuius ab alio irrogatur. *Iniuriae uerbales.*

§. 2. Vnde notandum eſt, quedam conuicia *criminalia* ſunt quedam *ſimplicia*. *Criminalia* ſunt *conuicia*, quorum actum *corporis* uel *membrorum* uel *uite* ſequitur dampnamentum. Vt ſi quis alicui imputet *latrocinium* uel *homicidium* uel aliquod huiusmodi uicium, quorum actum membrorum uel uite ſequitur dampnamentum. *Conuitia.* (1) Criminalia.

§ 3. Vnde ſciendum eſt, quod ſi *querela* ex tali conuicio fuerit procreata & querelatus fuerit ſuper hoc confeſſus uel conuictus a querulo debet per *iuſticiarium* grauiter per *pecuniam* puniri & paſſo iniuriam per *obprobrium* corporale taliter debet *emendare*, quod *naſum ſuum* (2) *digitis per ſummitatem* tenebit & ſic dicit: ex eo, *quod uocaui te latronem uel homicidam uel de quocunque alio conuicio, quod tibi dixi mentitus fui, quod hoc crimen in te non eſt & ore meo, quo illud protuli, me mendacem exhibeo.* Et hoc ſolenniter debet fieri in *aſſiſia* uel in *placitis* uel in *eccleſia* die *ſolenni*, ut, per uicium impoſitum, nullum *Si conuictus recantatio ſolennis, gerichtlichen widerruff.*

(1) Actualibus, id eſt *realibus iniuriis.*

(2) Nam ex *percuſſione naſi* grandis alios iniuria. Quaſi aliquid exprobretur re ipſa ſic homini *naſutulo.* Inde ſummae contumeliae indicium: *ein naſenſtüber* uel ſi hoc factum intentauerit tantum oſtenſis aut *compreſſis* digitis.

appareat extitiſſe, cum eius actor conuicii ſuper hoc confeſſus fuerit ſe mendacem.

(2) Simplicia. §. 4. In *ſimplicibus* autem *conuiciis* debet querelatus, ſi conuictus fuerit a querulo, *iuſticiario emendare* (3) & paſſo iniuriam *dicendo* ſimpliciter: *quod uicium non eſt in eo, quod ei obiecerit inconſulte.*

*Quid ſi* confeſſus? §. 5. Sciendum tamen eſt, quod ſi aliquis alicui uicium *criminale* obiecerit & hoc *confiteatur* & paratus ſit *probare*, bene poteſt *probare* (4), ſi querela talis ſit, quod ad ipſum debeat pertinere, ut de *homicidio patris* uel *fratris* uel de *furto* ſibi illato uel huiusmodi.

*Num* exceptio *ueritatis?*

*Ratio* procedendi. §. 6. Ad cuius rei *proſecutionem* obiecti criminis eſſe propinquior dignoſcatur. Quod ſuperius, quando tractatum fuit de querelis, & ſequelis earumdem fuit plenius declaratum.

## CAP. XXI.
## De poſſeſſionali querela.

§. 1.

*Querela* poſſeſſionalis. DE *poſſeſſionali* querela ſequitur declarare. Sciendum itaque eſt, quod *querelarum poſſeſſionalium* quedam eſt de *mobili*; quedam de *immobili*; quedam *ſimplex* & quedam *apparens*.

(1) *de* mobili. §. 2. De mobili autem eſt querela, cum ſuper aliqua poſſeſſione mobili inter partes aduerſas contencio uentilatur, ut ſi *Tycius* petat a *Seyo* XII. denarios, quos ei debet. *Mobile* enim dicimus omnem poſſeſſionem, que de loco ad locum transmoueri poteſt. Et omnis talis poſſeſſio *catallum* nuncupatur, ut *bos*, *aſinus*, *aurum*, *argentum* & huiusmodi.

*mobile quid?*

(3) *Emenda* alias dicitur *mulcta* parti laeſae ſoluenda, non iudici.

(4) Niſi enim ſit hoc, ut eius interſit, in *exceptione ueritatis* nullum effugium. Licet poenam omnino debeat mitigare.

§. 3.

§. 2. *Immobilem* autem dicimus poſſeſſionem, (2) *immobile?* que de loco ad locum transmoueri non poteſt, ut *agrum*, *pratum* & omnes poſſeſſiones *fundo terre* inherentes, que feoda *uulgariter* nuncupantur.

§. 3. *Simplices* autem dicuntur querele *poſſeſſionales*, (3) *ſimplex?* quando per *ſimplicem legem* proceſſus earum terminatur.

§. 4. *Apparentes* autem, quando per legem apparentem (4) *Apparens?* uel per *duellum* uel per *inquiſicionem* patrie, que *recognitio* dicitur, earum *proceſſus* terminatur.

§. 5. Inter quas primo uidendum eſt de querela de *mobili* poſſeſſione. *Querela de* mobili *poſſeſſione.* Eſt ergo querela de *mobili* poſſeſſione contencio inter partes aduerſas coram iuſticiario uentilata ſuper *re* aliqua poſſeſſionali *mobili*, ut ſi Tycius *queritur* de *Seyo*, qui ei *aſinum* ſuum *disforciat* (5) & iniuſte teſte modo ſuperius determinato teſtimonium exhibente.

§. 6. Harum autem querelarum quedam ſunt ex *Genera diuerſa detentionum.* *debito*, quedam de *preſtito*, quedam de *pacto*, quedam de *dampno*, quedam de *promiſſo*, quedam de *ablato*, quedam de *pantatione* (6), quedam de *furto*.

§. 7. Et harum omnium quedam ſunt *ſimplices*, quedam *apparentes*. Vnde ſciendum eſt, quod omnis querela de *mobili* poſſeſſione, cum res in cauſa deducta *X. ſolidorum uſualis monete* precium non excedat, per *ſimplicem legem* habet terminari. Si uero dictum precium excedit, per *legem* deducitur *apparentem*.

(5) *Disforciare* idem, quam *per force* aut uim detinere.

(6) *Panta* idem, quam *pignus*; pantatio, pignoratio.

## CAP. XXII.
# De querela ex *debito*.

§. 1.

*Debiti definitio.* DE *debito* autem fit querela, cum aliquis queritur ſuper aliqua re *mobili*, qua tenetur alius eidem obligatus (7). De *debito* autem ſunt omnes querele, in quibus aliqua res procedit, qua *aliquis obligatus alicui de aliquo teneatur*. Que-
*Diuiſio.* dam harum ex *pacto* (8) conficiuntur, quedam ex *preſtito*, quedam ex *alienacione* ſeu *priuatione*.

*Querelae ex* debito. §. 2. Ex *preſtito* autem eſt querela, quotiens fit *contencio* inter partes diuerſas ſuper re aliqua alicui *mutuo* tradita, ut debes mihi *X. ſolidos*, quos tibi *preſtiti* ſeu mutuaui.

*1) proprio.* §. 3. Sciendum eciam eſt, quod huiusmodi querela uariatur ſecundum quod, ex diuerſis cauſis querele uel debita producuntur. Quidam enim *debitores* tenentur pro *ſe* ex eo, quod mutuo receperunt, ut in exemplo premiſſo & hec querela eſt ex debito pro *ſe*.

*2) alieno.* §. 4. Quidam uero pro *aliis*, ut *filius* tycii debitor eſt pro *patre* ſuo uel alio *anteceſſore*, cui hereditarie (9) ſucceditur.

*Non ultra* §. 5. Notandum tamen eſt, quod nullus de *an-*

(7) Vti *debiti uox* eſt etiam patrio iure admodum generalis. *Schuld*, *Schuldheiſs*, cuiusque cauſae & obligationis iudex.

(8) Eſt enim *pactis* etiam nudis obligatio patrio iure. Quoniam *ſchematibus* Latii, quibus adligantur, opus non eſt. Plene & ac definite de *indole pactorum* Latii ſcripſi in opuſculo de *obligatione ſubſcriptoris*.

(9) Iure antiquo addendum: in *patriis bonis*. Nam *patris* factum praeſtare non obligatus fuerat filius ex *bonis auitis*. Quoniam haec acceperat nexu fideicommiſſi, quo ipſo iure fuerant adfecta. Plenius egi ea de re in opuſculis, *uno* quidem: de *obligatione ſucceſſoris in principatum* & clientelam; *altero*: de *donationibus*.

*teceſſo-*

*teceſſoris* debito tenetur reſpondere ultra *ualorem* huius, quod de eius *hereditate* dignoſcitur poſſidere (10). *uires hereditatis.*

## CAP. XXIII.
# De DEBITORIBVS.

§. 1.

DEbitores autem pro *aliis* quidam ſunt per *ſe*, quidam per *accidens*.

§. 2. Per *ſe* autem debitor eſt pro alio qui ſe pro alio *debitorem conſtituit*, ut ſi cato ſe pro tycio obligauerit in ſolutionem X. ſolidorum uerſus naſonem dicitur cato debitor per ſe, pro alio eo quod debitum eius ſe conceſſit pro *eo* redditurum. *Debitores 1) per ſe. 2) per accidens.*

## CAP. XXIV.
# De PLEGIATIONE (11).

§. 1.

HArum autem querelarum quedam ſunt ex *plegiatione* ſimplici, quedam ex *plegiatione* debitum retinente. PLEGIATIO.

§. 2. *Plegiatio* autem *ſimplex* contrahitur in hac forma: *Ego plegio tycium, quod tibi reddet X. ſolidos ad natale*. In *ſimplici* autem plegiatione notandum eſt, quod, mortuo *plegiato*, moritur *plegiatio*. Nec enim tranſit in *heredes* plegiatio ſimplex (12). Sciendum eciam eſt, quod de *ſim-* 1] Simplex *non tranſit ad heredes.*

(10) Neque enim opus *aleae*, adire hereditatem. Quoniam Germani ipſo iure heredes, quibus non opus eſt aditionis ſchemate Latino. Hinc forenſis doctrina: quod heres ex aere defuncti non teneatur ultra uires hereditatis, deſignatae fide iurata.

(11) *Plegiatio* idem, quam fideiuſſio. Vt dictum ſupra.

(12) Eſſet idem hodieque non iniquum. Si ſimplicis fideiuſſoris heredes non obligarentur. Sibi enim tribuerit creditor; ſi formulam *pro me & heredibus meis non urſerit.*

 *plici*

*plici* plegiatione nullus ad *legem apparentem* poteſt duci, ſed per *ſimplicem legem* ſuper hoc accuſatus ſe poterit liberare, dum tamen *recordatio* uel *iuramentum* contra ipſum non prebuerit teſtimonium.

*Probatio plegiationis.*

§. 3. Notandum eciam eſt, quod *plegius* in curia inuentus fateri tenetur uel negare *plegiationem*. Si autem *confeſſus* fuerit, ſe *plegium* extitiſſe, debitum *uadiabit* (13) & terminum habebit illud reddendi uel habendi debitorem in *curia* ſuper hoc, quod jus fuerit effecturum. Si autem debitor ad terminum *apparuerit*, dicens, ſe debitum debere, perſoluat illud uel *nanta* (14) eius debitum ualentia pro *plegio* tradantur. Si autem non habuerit, unde debitum perſolui ualeat plegius, perſoluat totum uel *reſiduum*, quod debitor non poterit perſoluere uel eius *nanta* tradantur pro debito.

*Pignorum tempora.*

§. 4. Vnde notandum eſt, quod nullus *nanta* uel *uadia* (15), pro debito ſibi tradita, *uadiatori* tenetur cuſtodire ultra *ſpacium* XV. dierum (16). Et niſi interim *exuadiata* (17) fuerint per preceptum iuſticiarii coram hominibus, fide dignis, ea debet uendere adeo bene ac ea fide, ac ſi ſua eſſent ac ex eorum precio ſuum retinere debitum & reſiduum ei reddere pro quo ei eadem tradebantur. Et hoc intelligendum eſt de omnibus re-

(13) *Vadiare* idem, quam *wadden*. Inde tropici ſignificatus. Supra.

(14) *Panta*, *pfand*, pignora, ſaepius repetitum.

(15) *Vadia*, pignora, hypothecae. *Vadiator*, qui hypothecam conſtituit aut pignora dat.

(16) Eſt hoc tempus admodum breue. Hinc ſequimur ius Romanum in hoc argumento. Imo *pignorum diſtributio* uel alienatio nequit fieri, niſi in iudicio & ſub haſta ad cauendam fraudem.

(17) *Exuadiata*, id eſt, iterum redemta ex *uadio* ſeu uinculo.

bus

bus aliis pro alicuius debito uenditioni expoſitis.

§. 5. Sciendum eciam eſt, quod ſi *debitor negauerit*, ſe aliquem *plegium* feciſſe & ipſe negatus *plegiationem* perſoluit, iam ipſe debitor per *ſimplicem* legem ſe poterit *deſraiſnare* (18), dum tamen *recognitio* uel fortior *lex* non obuiauerit. Deſreſina *debitoris*.

§. 6. Notandum eciam eſt, quod omnes *homagiati* dominum ſuum debent *plegiare* & tenentur de debitis ſuis (19). Ita tamen, quod nullus tenetur ultra ualorem *redditus* uel *faiſanciarum*, quas ei debet per *unum annum* ipſum *plegiare* (20). Plegiatio *domini*.

§. 7. Perſonam eciam eius *plegiare* tenentur, ſi fuerit in *priſonia* & ipſum in ſuas querelas proſequendas & deffendendas & de ſtando *iuri* & de *emendis* & *nanta* ſua ſi capta fuerint *plegiare*. Et hoc intelligendum eſt, ſi preſentes fuerint, ubi eum ſic neceſſitas compulerit *plegios* exhibere: *re-* *Pro* domino *captiuo ſubditi*.

(18) *Deſraiſnare*, id eſt, diſputando aut ratiocinando liberare. Iterum iterumque dictum.

(19) Hoc acriter diſputatur alias. Praeſertim in Germania, ubi princeps uiuit gaudetque reditibus ſuorum *domaniorum*, praediorum, quae audiunt, *cameralium* ſiue *menſalium*. Quod ſi cauſa infortunii ei cum republica communis, res caret dubitatione, quod ſubditi hunc caſum ſuis etiam humeris debeant ſubleuare. Nam Gallorum argutiae nil ſinceri habent; ſed offucias inanes. Quaſi captiuus rex, porro non ſit rex. Interim indoles formulae imperii his eſt trutinae omnino committenda. Nam quo arctior nexus: eo etiam liberaliores eſſe debent ſubditi in redimendo principe, praeſertim bono. Eſſe tamen non debent hae impenſae ultra modum, quem ferre poteſt reſpublica. Niſi enim ultimum, axiomata iuris attendenda: *regem eſſe propter regnum; non regnum propter regem*. Vt facile ad intelligendum ſit; uter ſeruari debeat, ſi nequeat ſeruari uterque.

(20) Hoc temperamentum eſt ualde rigidum. Nam in reditibus annuis nil damni habent ſubditi: quoniam fructus habentur inſtar allodii, quod etiam ſucceſſor tenetur agnoſcere.

*ſidentes* uero homines per *uicecomitatum* & in *aſſiſia uicecomitatus* dominum ſuum *plegiare* tenentur; ad expenſas tamen eius & ipſe eos *indempnes* reddere ſuper hoc tenebitur. Et, ſi eos incurrere de *plegiatione* dimiſerit, non tenebuntur ulterius *plegiare*, quouſque ſuper alia *plegiatione* & de *dampnis* & de *perditis* ſibi ſatisfactum fuerit euidenter.

## CAP. XXIV.

## De PLEGIIS principalis debitorum.

§. 1.

Plegiatio *quando in ſe ſuſcepit* debitum.

PLegiatio autem dicitur *debitum* retinere, quando *plegium* aliquis de debito aliquo ita ſe conſtituit; quod ſe de eodem obligat debitorem uel *redditorem* ita, quod de eo *plegius* eſt & *debitor* (21) hoc a debito, quem *plegiat*, iam reſoluit.

*Tranſit ad heredes.*

§. 2. Vnde notandum eſt, quod ſi talis moritur, eius *heredes* a debito non ſoluuntur: ſed reddere tenentur. *Debitum* enim iam tranſit in *eumdem*, eo, quod ſuper hoc ſe *debitorem* conſtituit.

*Heres debitor.*

§. 3. Per *accidens* autem aliquis debitor conſtituitur, cum *hereditas* uel *mobile* ad ipſum deuenerit ex *ſucceſſione* alicuius, per quod eius debitum ſoluere tenetur, ut *filius*, cui deuenit hereditas patris uel *executores* uel alii, ad quos deueniunt *catalla* mortuorum uel quicunque recipit ſuper ſe *negocia* alicuius huiusmodi procurare. Et niſi fuerint tales *ſubmoniti* ad certam *di-*

(21) Igitur alius eſt *ſimplex fideiuſſor* ſeu adpromiſſor, qui debitum non in ſe ſuſcipit, uerum tantummodo ſoluere ſpondet, ni ſoluerit debitor: alius *expromiſſor*, *der ſelbſtſchuldner*, cuius etiam ſoluere tenentur heredes.

*em* & certum *locum*, non tenetur ex debito reſpondere nec ut debitores teneri, ut diximus ſuperius, ſed habebunt terminum *negandi* uel *recognoſcendi* debitum competentem. Et huiusmodi in *ſimplici* querela, cum debitum ab ipſis contractum non fuerit, non poterunt *deſraiſinare*. Nullus enim alienum factum poteſt *deſraiſinare*; ſed *querulus* debitum ſuum probabit ſe *tercio* iuratorum.

## CAP. XXVI.
## De PACTIS.

§. 1.

Querelarum ergo huiusmodi quedam eſt ex alicuius *pacti* contractu; quedam uero ex alicuius *rei* obtentu; quedam ex *contractu* (22). Verbi gratia pro *domo*, quam tibi feci, mihi debes X. ſolidos, quos propter hoc michi promiſiſti. *Querela ex contractu.*

§. 2. Querela de *rei* obtentu eſt uerbi gratia debes michi X. ſolidos, quos pro me uel a me recepiſti, quos michi debes eo, quod eos ſic obtinuiſti. Eſt ergo omnis talis querela aut ex *debito* aut ex reſtitutione ex debito uero modo ſupra dicto. *Pactum* enim & *rei* perceptio debitores conſtituunt eorum *receptores* & obligant. Ex *promiſſo* enim nemo debitor conſtituitur, niſi cauſa legitima preceſſerit promittendi (23). *De rei obtentu.*

§. 3. Nullus pro rei *inhoneſte* actu (24) aliquid *Pactum de*

(22) Plane haec definita ſunt in iure Romano; quod ſequi poſſumus, remotis contractuum ſchematibus, quibus non eſt opus, ſi conſtet de uoluntate aliunde, expreſſa, tacita, praeſumta.

(23) Eſt hoc nimium *ciuile*. Interim dantur etiam cauſae creditae & *praeſumtae*, de quibus in iure communi.

(24) Sed Latii opinio haec: quod *ſcortum* non male faciat lucrum promiſſum accipiendo; ſed peſſime, ſe proſtituendo.

*re inhoneſta prohibitum causa debendi exprimenda.* perſoluere tenetur. Nec actor eius fouendus, ſed potius puniendus. Nec eciam *promiſſio* aliquem facit debitorem, niſi *cauſa* (25) promittendi fuerit premonſtrata. Videndum eſt ergo, quomodo in huiusmodi querelis quis debeat querelari.

*Proceſſus peregrinatorum in* terram ſanctam. §. 4. Omnes *laice* perſone ſuper hoc poſſunt *querelari*, exceptis *catalis* mortuorum & *maritagiorum* & *peregrinorum* in ſolennibus *peregrinationibus* profectorum *ſolennes* dicuntur *peregrinationes*, cum peregrini, recepta in parochia ſua licencia, cum *cruce* & *aqua benedicta* & proceſſione extra parochiam ducuntur uel comitantur pergentes *Iheruſalem* (26), *Romam* uel *ſanctum Iacobum* (27) uel in aliam peregrinationem per generalem *cruce ſignationem*. *peregrinationes ſacrae.*

*Priuilegium* crucis. §. 5. Similiter & *cruce* ſignati per *diem* & *annum crucis* retinent priuilegium. Illi eciam, qui infra *minorem* etatem ſunt conſtituti, ab huiusmodi querelis ſunt exemti, eo, quod *diſcretionem* uidentur non habere. Non enim cum talibus *Minores agere prohibiti.*

(25) In *feudis* una cauſa *generalis* ſufficit, nempe *beneficium* ſeu donatio. Inde nullus *uaſallus* poteſt obligari ad cauſam aliam allegandam. Nam omnia feuda debent eſſe *gratuita*, id eſt, collata ob *ſeruitiorum feudalium* ſolam praeſtationem.

(26) Eſt hoc admodum ſingulare. Cum enim ex *uolumine* geſtorum *DEI per Francos* clarum ſit, quod *Europaea nobilitas* contenderit eo, ſub ſpe habendi *uitam aeternam*: plures familiae illuſtres ideo emortuae, quae alias ſibi polliceri potuiſſent huius orbis aeternitatem. Sunt igitur auctorum quorundam argutiae hae: ideo papam ſuaſorem fuiſſe harum peregrinationum; ut inde diteſceret eccleſia. Quoniam haec eorundem iure ſcripta heres.

(27) In Hiſpaniam. Vnde ordo S. Iacobo ſacer. Sed multi dubitant: num S. Iacob unquam uenerit in Hiſpaniam. Mea fides facilior, quoniam certus ſum, chriſto demortuo, eiusdem diſcipulos reliquiſſe Iudaeam, ſibi inuiſam & contuliſſe ſe ad alibi degentes Iudaeos in Europa, Romano imperio ſubiecta.

fine

ſine *plegiis* aliquid eſt contrahendum. Nec eciam *anteceſſorum* debita, quouſque ad etatem peruenerint, reddere tenebuntur in curia *laicali*.

## CAP. XXVII.
## De poſſeſſione IMMOBILI.

§. 1.

Dicto de *mobili* poſſeſſione & *querelis*, ex ea procedentibus, conſequenter de *immobili* dicendum eſt. Dicitur enim *immobilis* poſſeſſio *feodum* ſeu *hereditas*, que ab aliquo poſſeſſa de loco ad locum transmoueri non poteſt. *De immobilium poſſeſſione.*

§. 2. Querele autem ex *immobili* poſſeſſione oriuntur, quotiens *contencio* ex iniuria, occaſione *feodi*, illata coram *iuſticiario* excitatur. Et quam ex diuerſis cauſis oriuntur *laicalis* iuris diuerſis legibus diuiduntur. *Definitio.*

§. 3. Sunt enim quedam de *deſſaiſina* anteceſſoris; quedam de noua *deſſaiſina*; quedam de *maritagio* impedito; quedam de *eſcaeta*; quedam de *dote*; quedam de *preſentacione* eccleſiarum; quedam de *feodo* & *elemoſina*; quedam de *feodo* & *firma*; quedam de *uadio* & *feodo*; quedam ex genere negato; quedam de *ſuperrogatione*; quedam de *ſtabilia*; quedam autem ſunt de *hereditate*. *Diuiſio cauſarum* multiplicium *poſſidendi immobilia.*

§. 4. Que quidem *querele*, quam diuerſe ſunt, diuerſos habent proceſſus, ad contentiones earum dirimendas diuerſe ſunt *leges* ſuper hoc inſtitute. *Deciſio.*

§. 5. Normannorum itaque principes *pupillis* (28), *uiduis* ac ceteris, peticione ſiue conſilio carentibus, ne fortiorum ſeu potentium aſtutia iu- *a*] Breuia *principum* Normanniae.

(28) Sunt etiam in iure communi his perſonis ſtatuta fori priuilegia.

re debito puniantur, quasdam ſupradictarum querelarum per *breuia* terminare uoluerunt. Omnes uidelicet, que ſuperius ſunt notate, excepta illa, que eſt de *hereditate disforciata*, que per legem *duelli* eſt terminanda.

b] *legem duelli.*

CAP. XXVIII.

## De poſſeſſione FEODALI.

§. 1.

*Feudales cauſae definiendae 1] inquiſitione, 2] lege.*

NOtandum itaque eſt, quod querelarum de *poſſeſſione immobili*, que *feodales* dicuntur, quedam per *inquiſitionem*, quedam per *legem desraiſine* (29) terminantur.

*De inquiſitione.*

§. 2. Inter quas de *inquiſitionibus* primo agendum eſt. Vnde primo uidendum eſt, quid ſit *inquiſitio* & per *quos* & *quomodo* habeat terminari. Eſt igitur *inquiſitio* recognitio *ueritatis* rei, ſuper qua contencio uentilatur, per *ſacramentum XII. hominum* uidelicet *militum* (30) uel *aliorum* fide dignorum, qui *neutri* parti aliqua occaſione debita ſunt ſuſpecti.

*Facienda per XII. teſtes.*

*Inhabiles.*

§. 3. Vnde patet, quod nullus ad aliquam inquiſitionem faciendam recipiendus eſt, qui *ſuſpectionis* aliqua legitima occaſione uel racione ab eadem debeat amoueri.

*Nominatim*

§. 4. Fieri eciam debet in *aſſiſia* ut *recordationis* robore fulciatur. Omnes eciam perſone *periurio* uel falſo *teſtimonio* uel alia *deteſtabili* infamia notabiles ab omni inquiſicione ſunt amouendi. *Inquiſicionum* autem quedam ſunt de

(29) *Inquiſitionis* aut *accuſationis* uiae omni iure diſtinctae.

(30) Iure communi hoc adparatu XII. teſtium non eſt opus. Nam ſufficit praecedens facti denuntiatio & teſtis unus ac alter. Vnde inquiſitio poteſt inſtrui. Veritas autem eruenda eſt eo modo, quem proceſſus deſcribit.

quere-

querelis *perſonalibus*, quedam de *poſſeſſionalibus*. De *perſonalibus* dictum eſt ſuperius.

§. 5. De *poſſeſſionalibus* (31) uero ſciendum eſt, quod quedam ſunt de *poſſeſſione mobili*, quedam uero de *immobili* & quod de mobilis poſſeſſionis inquiſitione dictum eſt, de inquiſitione *immobilis poſſeſſionis* dicendum eſt. *Inquiſitio de* poſſeſſionalibus.

§. 6. Sciendum eſt, quod inquiſitionum quedam eſt ex *inſtitutione*, quedam ex *iure*. Ex *iure* a] *ex iure.* ſunt inquiſitiones ille, que ex iudicio *iuriſperitorum* ductu rationis uel ex *conſuetudine* approbata fieri conſueuerunt. Verbi gracia: *Si quis autem uerſus fratrem ſuum porcionem hereditariam requirat & alius excipiat contra ipſum quod terram habuit & C. ſolidos pro portione*, unde ſe tenuit ad *pagatum*, quod paratus eſt, monſtrare, ſi negauerit, requirente autem aſſerente, quod nichil habuit de hereditate ſupra dicta, unde paratus eſt *inquiſitionem* ſuſtinere, inquiſitio ſuper hoc ex conſuetudine eſt facienda.

§. 7. Ex *inſtitutione* autem ſunt inquiſitiones omnes ille uidelicet, quam materia in *breuibus* continetur, quarum multiplicitas paululum ſuperius eſt diſtincta, que inquiſitiones, per *breuia currentes recognitiones* nuncupantur. Inter quas primo agendum eſt de illa *recognicione*, que fit per *breue noue deſſaiſine*. *b) ex inſtitutione.*

## CAP. XXIX.

# De breui NOVE DESSAISINE (32).

(31) Noſtro iure inquiſitioni in ciuilibus locus non eſt. Nam actoris eſt, probare. Neque iudex ex *officio*, quod dici ſolet, hic aliquid debet decernere.

(32) *Deſſaiſina* idem, quam *deposſeſſio* ſiue ſpoliatio, *reſaiſiare* idem, quam ſpoliatum reſtituere. *Noua* autem dicitur, quia, ſi tacet poſſeſſione deiectus, alteri reliquiſſe uidetur *poſſeſſionem*.

§. 1. No-

§. 1.

*Actio de ſpolio.* NOtandum ſiquidem eſt, quod *breue noue deſſaiſine* in hec uerba eſt inſtitutum: *Precipe Tycio, quod iuſte & ſine mora reſſaiſiat betum* (33) *de terra apud betum de quà deſſaiſiauit eum iniuſte & ſine iudicio* poſt ultimum auguſtum ante iſtum. Quod, niſi fecerit, ſubmoue recognitionem de *uiſneto* (34), quod ſit ad primas *aſſiſias* (35) *bailliuie*, terram interim uideri facias & eſſe in pace.

*Inde executio.* §. 2. Hoc breui debet mitti *ſpade ſeruienti* (36) de *bailliuia*, qui recepto *breui* diem *uiſionis* tenende debet querelanti aſſignare & aduerſam partem ad ipſam diem pro *uiſione* ſuſtinenda ſubmonere & usque ad *XX. homines uiciniores* terre uidende & fide digniores tales uidelicet, qui neutri parti ſint ſuſpecti uel affines & tales eciam debent eſſe, qui querele ipſius ueritatem certius credantur cognouiſſe. Et in eorum preſencia terra, que a *querulante* oſtenditur in manu principis debet *arreſtari* (37), ſi pars aduerſa preſens uel abſens fuerit indifferenter. Nec a dicta manu debet extramitti quousque querela inter eos fuerit terminata.

*Poena adu. opponentes* §. 3. Et ſi quis aduerſantium manum miſerit interim in eadem per *corporis* eſt *proprii captionem* compellendus, quousque *emendauerit* competenter & plene reſtituerit, ſi quid per *factum* ſuum habuerit imminutum.

(33) *Betum* idem quam *ſolum*; quandoque etiam *canon* ſiue *tributum*. Hic uidetur accipi in ſignificatu priori. Nam *ſolum* dicimus, noſtra lingua, *boden*.

(34) *Visnetum* idem forte, quam *uis illata* aut etiam idem quam ocularis inſpectio a *uidendo Von augenſchein*.

(35) *Aſſiſia* eſt *ſeſſio curiae*. Quia ultra hanc non debet differri.

(36) *Executori* armato.

(37) *Sequeſtrari*, quod hodie dicimus,

§. 4. Si

§. 4. Si quis autem interim ad *iuſticiarium* acceſſerit, dicens: ſe *ſaiſinam* illius terre *habuiſ-ſe* tempore, quo principis manu fuerit *arreſta-ta*, eidem dies ad *aſſiſiam* debet aſſignari, ad quam alii *contentionarii attornantur* (38). Et peracta recognitione inter eos & *ſaiſina* reddita, obtinenti dies *uiſionis* (39) aſſignabitur ultimo requirenti & fiet inquiſicio eius *proceſſu* deducto, prout decet in hiis uerbis: Utrum ille exigens tempore illo, quo terra illa capta fuit in manu principis, pro querela *deſſaiſine* predictorum erat *ſaitus* (40), de eadem & quomodo. Et ſi inquiſitio pro eodem fuerit *deſſaiſina* (41) ei reddetur indilate & alius *emendabit* (42) & ſi conuictus fuerit requirens, emendabit. *Niſi allegauerit cauſas.*

§. 5. Sciendum ſiquidem eſt, quod huiusmodi *querele* unum ſolum *exonium* (43) & unum ſolum *defectum* (44) patiuntur, qui uidelicet *defectus* & *exonium* ad *aſſiſias* reportentur (45). Si enim ad aſſignatam *uiſionem* aliqua partium non acceſſerit, eius *defectus* ad *aſſiſias* inſtantes debet *reportari* & iuſticiari precipietur ibidem pro *defectu*. *Bis ueniam rogare nefas*

(38) Conſortes actionis hic barbare *contentionarii* dicuntur. Et *attornare* idem eſt, quam *aduocare* ſimul in iudicium.

(39) *Viſionis* uerbum idem, quam *ocularis inſpectionis*, in noſtra uernacula: *der augenſchein*. Omnia barbare.

(40) *Saitus*, quaſi *ſaiſitus*. Nam *ſaiſſire* idem, quam *ſaiſſir* poſſidere, *ſitzen* etiam in noſtra uernacula.

(41) *Deſſaiſſina* id eſt *depoſſeſſio* ſiue res, unde deiectus de poſſeſſione ei reſtituatur.

(42) *Emendare* idem, quam ſoluere *emendam* in iudicio.

(43) *Exonium*, *Verſaumnuſs*, id eſt ueniae rogatio ab abſente.

(44) *Defectum*, germanice *das auſſenbleiben*. Abſentiae contumacia.

(45) *Reportare* in iudicio ſiue *aſſiſia*, ſeſſione; idem, quam proferre, in uernacula: *fürbringen*, a portando *bringen*.

§. 6.

*Contumaciae proceſſus.* §. 6. Et ſi ad aliam *aſſiſiam* non acceſſerit uel *exoniatus* non fuerit, *uiſio* teneri (46) precipietur & *dies* tenendi eam aſſignabitur, eo, quod iam duo *deffectus* concurrerunt, quos facere non licebat. Et debet *uiſio teneri* ſiue preſens ſiue abſens (47) fuerit, ad eamdem & recognitio ad ſequentem *aſſiſiam* terminari.

*Deſcriptus.* §. 7. Si autem acceſſerit, *diem uiſionis reportabit*, ad quam, ſi defuerit eius defectus, ad *aſſiſias* ſequentes *reportabitur* & procedetur, ut dictum eſt eo, quod *duo deffectus* concurrerunt. Si autem ſe *exoniauerit* de uia curie *exoniator* (48) de eo habendo ad aliam aſſiſiam diem reportabit, ad quam ſiue comparuerit ſiue non, procedetur, ut dictum eſt. Huiusmodi enim querela non poteſt ulterius prorogari. *Defectus* eciam debent *emendari* & *exonia* ſaluari uel *emendari*, ſi preſens qui fecerit, fuerit in curia, antequam inquiſitio (49) *teneatur*.

*Contumacia poſt uiſionem.* §. 8. Nec tamen ex *defectu* facto *poſt uiſionem* in huiusmodi querela abſens uel deficiens, *tenetur ſaiſinam* amittere. Nec querelans ſequelam, ſed *pecunialiter emendabit* ſupra de *querulo* & infra de *defectu* (50) *querelantium*.

§. 9. Notandum etiam eſt, que ſi *querelans* de-

(46) Eſt Germaniſmus: *beſichtigung halten*; uiſionem tenere.

(47) Nam alias *inſpectio ocularis* legitima non eſt, niſi utraque parte praeſente. Inſtar autem praeſentis habetur, qui abſens eſt altera uice. Nam *bis* non licet ueniam rogare & excuſare abſentiam.

(48) *Exoniator* idem quam *rogator ueniae*, excuſator, *der das Verſäumnüſs Vorbringet*, reportat in iudicio.

[49] *Inquiſitio teneatur*, Germaniſmus ſupra notatus: *gericht halten, unterſuchung halten.*

[50] Omnia uerba barbara expoſita ſunt ſuperius. *Defectus* idem, quam contumacia: *ſaiſina*, poſſeſſio: *querelans*, agens: *querulatus*, reus, cetera.

fuerit

fuerit, (51) *querelatus* ad diem comparens recedet *ſine termino* reſpondendi & terra, que capta fuerit ob *ſequelam* deficientis eidem debet liberari.

§. 10. Sciendum ſiquidem eſt, quod *deſſaiſinarum* quedam ſunt de terra; quedam de *herbagiis*; quedam de *redditibus*; quedam de *faiſanciis*; quedam de *ſeruiciis*, quorum *Breuia* (52) uariantur ſecundum uarios terminos eorum perceptionis. *Diuiſio* poſſeſſionum *uel quaſi.*

§. 11. De *terris* autem in quibus *fructus* ad *auguſtum* (53) colliguntur, fit recognitio de *ultimo auguſto* ante iſtum, eo quod *deſſaitus* eſt in iſto, qui ſaitus erat in precedenti uel tempore intermedio eum fructuum *ſaiſina* percipitur in *auguſto*. *1) in* terris.

§. 12. De *herbagiis* & *paſturis* ſimiliter. De *redditibus* autem debent fieri *recognitiones* de ultimo termino ad quem redditus ſolui ſtatuuntur ante iſtum ſcilicet, qui ultimo preteriit, in quo *deſſaiſina* fit cum redditus contratenetur, ut ſi terminus perſoluendi redditus ſit ad *natale* debet fieri inquiſitio per *breue* de ultimo *natali* ante iſtud & ſimiliter de aliis terminis intelligendum eſt. *2) herbagiis.* *3) reditibus.*

§. 13. Notandum eſt, ſiquidem quod quedam *ſaiſine* ſingulis *annis* renouantur & *annuales* dicuntur, ut de terris, que annuatim excoluntur & de redditibus, que ſingulis annis ſoluuntur. Quedam uero ſunt *tardiores*, ut de *auxiliis tercionariis*, que de *tercio anno* in tercium colliguntur, de quibus inquiſitio debet fieri, utrum querelans erat de ea *ſaitus* ad proximum ſeu ultimum termi- *Saiſinae* *a) annuales.* *b) tardiores*

(51) Nam *actori* non licet abeſſe & *terminum circumducere*.

(52) Breue idem, quam *brieff*, libellus.

(53) Haec tempora differunt pro *climatis* ratione. Hinc Italiae iurisprudentia temporum exulat in Germania noſtra.

num ante iſtum quo auxilium iſtud fuit collectum.

*Pasnagia, faiſanciae, ſeruitia,*

§. 14. Similiter de *paſnagiis* (54), *faiſanciis* (55) & *ſeruiciis*, que non annuatim, ſed ex *caſu* ſiue *gratia* eueniunt. Ex *gracia* ut *pasnagia* & cetera *fructuagia*, que ex *dei gratia* non ſingulis annis, ſed aliquando ad hominum ſuſtamentum generis effunduntur. Ex *caſu* autem eueniunt ut *diruptiones* excluſarum, *innouationes foſſetorum*, reparaciones domorum & ſimilia, que non ſingulis annis, ſed caſualiter aliquando eueniunt. Ad quorum reparationem ſeruicia conſueta (56) requiruntur.

*a) ex gratia.*

*b) ex caſu.*

*In quaſi poſſeſſorio ultimi actus.*

§ 15. Que ſi *negata* fuerint *recognitio* debet fieri de eis de ultimo *pasnagio* (57) ante iſtud de ultima *diruptione* ante iſtam uel *renouatione* uel *reparatione*: utrum ſaiſina petita tunc habebatur & ſimiliter intelligendum eſt de omnibus *ſaiſinis* quarum actus non ſingulis annis, ſed cum ipſa rerum natura uel euentus depoſcit euenerint, tunc enim fit de *pasnagio deſſaiſina* cum euenit & contra tenetur ſimiliter & in aliis prenotatis.

§. 16. Sciendum eciam eſt, quod ſi ſupra dicta poſtquam euenerint, *contratenta* (58) fuerint aut ſilencio commendata, nulla tamen ſuper hoc iuſticiario querimonia *deportata* (59) per ſpacium

(54) *Pasnagium* ſiue etiam *pannagium* idem, quam ſeruitus alteri, praeſtandi alimenta, ſiue homini ſiue bruto animali *die maſt, azung.* Germanice *nagen* idem, quam *edere*, *rodere*. Sed *panis* haud dubie a Germanico *backen.*

(55) *Faiſantia* a faciendo ſiue praeſtando ſeruitia clientelaria.

(56) Germanice dicimus *frohnen*, angarias.

(57) Actus enim nouiſſimus in ſummariiſſimo attendendus omnino, niſi ſit *turbatiuus*. Nam cetera iuris requiſita: num *clam, per uim, precario* inſtruunt cauſam in *ſummario*.

(58) *Contratenta* Germaniſmus *das gegentheil halten.*

(59) Portare *bringen*; *deportare*, *fürbringen*. Latine dicimus *proferre*.

diei

*diei* & *anni*, nulla ſuper hoc recognitio *noue deſſaiſine* (60) ulterius eſt ſuſtinenda, niſi partes ad hoc ſpontanee uoluerint conſentire.

## CAP. XXX.
## De BREVI noue DESSESINE.

§. 1.

DE illis autem, qui in *iheruſalem* (61) uel aliam *peregrinationem* ſeu negociationem longinquam profecti ſunt, ſciendum eſt, quod, nondum elapſis *die* & *anno*, regreſſi ſunt, recognitionem de *ſaiſina* habebunt quam habebant *die* & *anno*, quoa patria proficiſcentes receſſerunt. Hieroſolemitanae *peregrinationis priuilegia*,

§. 2. Notandum eciam eſt, quod huiusmodi *recognitiones* nullam priuilegii *crucis* uel *exercitus* patiuntur. *Singularia.*

§. 3. Notandum ſiquidem eſt, quod huiusmodi inquiſiciones ad *uiſiones* ſuſtinendas ſeu ad recognitionem *iuramenta* de eis facienda, milites non requirunt, ſed ſine *militibus*, quidquid ad earum *uiſiones* pertinet, poterit *recordari* per illos uidelicet XII. cum *iuſticiario*, qui *uiſionem* tenuit, qui *a iurea noue deſſaiſine* aliquam legitimam rationem non debeat amoueri. *In teſtibus neceſſariis.*

§. 4. Hoc ſane tamen intellecto, quod *uiſiones* de *baroniis* uel de *membris* earum nec non & *ſerianteriarum* feodalium, que inter *maſculos* ſucceſſores nullam *diuiſionem* (62) patiuntur, qua- *Ad inſpectionem ocularem.*

(60) Poſſeſſionis nouiſſimae, id eſt, ultimae. *Saiſina*, *ſitz*; *deſaiſina*, *entſetzung*, *depoſſeſſio*, id eſt, *deiectio*.

(61) Nam uti Hieroſolemitana itinera occupauerant tum omnem orbem chriſtianum, opinione meriti aeternae ſalutis; ita his omnino fuerat ita proſpiciendum, ne cultus ſacer & religio illis nocere uideretur.

(62) Ob neceſſitatem ſeruitiorum. Ne, feudo deminuto aut diuiſo, tum domino deeſſent, deſtituto ita, quae faciunt ad uictum & cultum.

rum occaſione heredes eorum infra etatem conſtituti ſunt in *cuſtodia* dominorum ſine militibus non debent ſuſtineri.

*In* uiſneto. §. 5. Dum tamen milites in *uiſneto* (63) ualeant reperiri, qui iuſto *ſconio* (64) uel rei ipſius ignorancia ab ipſa *iurea* (65) non debeant amoueri.

## CAP. XXXI.

## De aſſignatione VISIONIS *breui* noue DESSAISINE.

§. 1.

*Ritus* inſpectionem *inſtituendi.* POſt hec autem de VISIONE uidendum eſt, quomodo debeat aſſignari & quomodo debeat teneri.

*Definitio.* §. 2. Eſt enim *uiſio* huiusmodi *inſpectio* rei petite per *querulum* demonſtrate coram iuſticiario ad hoc in *aſſiſia* (66) deputato uidelicet *ad uiſiones* tenendas cum *hominibus* fide dignis, nulla debita occaſione ab ipſa recognitione repellendis per dictum iuſticiarium citandis. Debet autem *uiſio* ad certam *horam* & certum locum per *iuſticiarium* aſſignari.

*Aſſignatio a) horae* prima *quae* §. 3. Solent enim diuerſe *hore*, que ad *uiſiones* ſuſtinendas ſolent uſitari, uidelicet prima eſt in *mane* & in hac debent conuenire aduerſe partes iuſticiarius & *uiſores* in *ortu ſolis* & expectare debent ſi neceſſe fuerit usque ad *primam* (67). Qui

(63) *Viſnetum* a uiſione idem quam inſpectio *beſichtigung*.

(64) *Sconium* idem forte, quam *uenia*, *exſonium*, excuſatio, *Verſaumnuſs*. Quo de ſuperius.

(65) *Iurea* idem, quam iuramentum.

(66) In *conſeſſu* iudicii idem, quam in *aſſiſia*.

(67) Horologia enim tum temporis diſtinxerant diem & noctem. Hinc *prima* audita in principio diluculi & temporis matutini. Qua de re etiam actum in *commentario* ad *A. Bullam* Caroli IV. an. 1356. Et errores notati in interpretibus, huius computi ignaris.

enim

enim infra *primam* ad uiſionem ſe non preſentauerint, pro *abſentibus* debent reputari.

§. 4. Alia autem uiſionis aſſignatio eſt ad *primam* & in hac expectandum eſt, ſi neccelle fuerit, usque ad *terciam*, alia eſt ad *terciam* & in hac expectandum eſt, ſi neccelle fuerit, usque ad nonam. Alia autem eſt ad *nonam* & in hac expectandum eſt usque ad *ueſperas* i. e. usque ad *medium* tempus inter *nonam* & *ſolis* occaſum. Alia autem uiſionum aſſignatio eſt ad *veſperas* & in hac expectandum eſt usque ad *occaſum ſolis*. Qui uero infra terminos ſuperius annotatos ad *uiſiones*, prout aſſignate fuerint, non comparuerit, pro abſente reputandus eſt & deficientis pena puniendus. ſecunda, tertia, *ſequentes*.

§. 5. Sciendum eciam eſt, quod ad *eccleſiam* parochie, in qua *uiſio* debet *teneri* uel ad alium locum proprio nomine cognitum propinquiorem rei uidende terminus debet aſſignari, ad quem partes aduerſe & iuſticiarius conueniant & *uiſores*. Eorum autem facto conuentu debet iuſticiarius coram omnibus materiam querele in *breui* (68) expreſſam recitare uel *legi* ipſum *breue*. Poſt hec autem querulus debet *terram* ſeu rem *petitam* oſtendere uidelicet terminos *latitudinis* & terminos *longitudinis*. Nichil enim in huiusmodi querela poteſt obtineri, cuius termini cum intermedio non fuerint demonſtrati. Ipſa eciam *terra* ſeu res demonſtrata ad uiſionem coram *uiſoribus* in manu *principis* (69) eſt capienda nec eciam eſt reddenda quousque *querela* plane fuerit declarata. *b) loci*.

(68) Saepe dictum *breue* dictum a *brieff* in uernacula, necquicquam a breuitate.

(69) Quaſi, quod interim neutrius eſſet, illud eſſet principis, uti omnia adeſpota.

*Progreſſus.* §. 6. Ad uiſionem autem demonſtratione facta iuſticiarius debet *querelato* precipere, quod ipſe *reſſaiſiat* (70) querelantem, ut in *breui* penitus eſt expreſſum. Quod ſi idem fecerit uel non, *Executio.* nihilo minus ad *aſſiſias* diem partibus debet aſſignare. Et notandum eſt, quod ſi *querelatus querulo* rem petitam ad *uiſionem* non dimiſerit (71) & eam poſtea ad *aſſiſiam* dimiſerit licet *manum* in re petita non impoſuerit detentionem tenebitur *emendare* (72). Qui enim ad uiſionem dimiſerit, non uidetur contratenere rem petitam.

*In* iudicii *conſeſſu.* §. 7. Et propter hoc *uiſores* (72) ad *aſſiſias* precipiuntur comparere quocunque ad uiſionem dicto non obſtante uel omiſſo, ut *uiſio* per eos, ſi neccesse fuerit, *recordetur* uel *recognitio teneatur*. *quid partes de* poſſeſſione *litigantes?* Suſtentata autem *uiſione* & ad *aſſiſias* recognitione *adiornata* partibus ad *aſſiſiam* aſtantibus *breue* legendum eſt. Ipſo autem lecto iuſticiarius tenens *aſſiſias* uel eius uices fungens a *querulo* interrogabit, utrum *breue* ſuum proſequi uoluerit. Si dicit *quod non*, clamorem temerarium *emendabit*. Et ſimiliter, ſi de proſecutione *breuis* ſe conſtituerit neſcientem. Si autem *breue* ſuum ſe uelle proſequi dixerit, ſeparatim a *querelato* querendum eſt, utrum *breue* lectum uoluerit ſuſtinere. Qui ſi dixerit, quod uiſio de hoc *breui* ſeu de *uerbis* in eo lectis, non fuerit ſuſtentata, cum *recognitio breuium* non ſit ſuſtinenda, niſi de eo, quod in *breui* continetur uel exprimitur & quod

(70) *Reſſaiſire* eſt in *poſſeſſionem reſtituere.*

(71) Paruerit ſententiae & iuſſui de reſtituenda poſſeſſione rei actori, id eſt, *querulo* ſeu querulanti. Nam *querulatus* eſt reus. Vt faepe dictum.

(72) *Emendam* ſoluere idem, quam emendare aut præſtare mulctā.

(73) *Viſores* dicuntur *die beſichtiger*, iudex & teſtes adhibiti in inſpectione oculari.

eciam

eciam ad uiſionem recitatur. Hoc *breue*, quod a *uiſione* penitus eſt alienum, non tenetur ſuſtinere, ſed per *uiſorum recordamentum* debet hec dilacio terminari. Si autem dixerit quod *breue* non uoluerit ſuſtinere, cum nihil *reclamet* uel habeat in eo, quod ad *uiſionem* fuerit demonſtratum. Inquirendum tunc erit, utrum per comparationem uel factum eius uel alterius pro ipſo *querulus ſaiſina* ſua aliquo modo fuerit ſpoliatus.

§. 8. Et omnimodo ſciendum eſt, quod nemo in *noua deſſaiſina* poteſt aliquem uocare ad *garantum*. *Garantum* (74) autem maxime dicimus illum, qui, in curia euocatur, ad rem querele defendendam uel *excambiandam*. Et ſi in aliquo in *ſaiſina* contentionis inuentus fuerit culpabilis, *emendabit* principi & dampna parti aduerſe reſtituet, que in re *contentionis* receperit, prout per *iuratores* melius poterit declarari. Et querulo remanebit *ſaiſina*, que ei per dictum recognoſcetur *iuratorum*. Si autem dixerit querelatus, ſe eſſe paratum *recognitionem* ſuſtinere, tunc iuratores in *conſpectu placitorum* ad iuramentum ſinguli ac nominatim uocabuntur & eorum *nomina* in *ſcriptis*, in *aſſiſis* redigentur. Et poterunt ex eis *placitatores ſonare* (75) quos racione legitima eſſe uiderint repellendos. *Vbi locus garanto?*

§. 9. Et quidem nomine eius in ſcriptis redacto iurabit ſub hac forma: *Hoc audiatis domine bailliue, quod ego uobis dicam ueritatem de hac querela nec pro aliqua re dimittam ſi deus me adiuuet & ſacroſancta.* Secundus autem iurabit ſub hac *Iuramenta placitatorum ſeu XII ſacramentalium.*

(74) *Guarantus* id eſt *gewehresmann*, qui praeſtat euictionem. Inde *guarantum* cautio facta partium de non deferenda lite uel obtemperando ſententiae in iudicio dictae.

(75) *Sonare* in uernacula *verruffen*, id eſt, dicere ſuſpectos, minus idoneos, inhabiles ob cauſam.

forma: *expreſſo nomine* primi, ut ſi uocetur Cato de querela de qua Cato iurauit de ſe uerum dicere: *ego dicam de me ſi deus adiuuet & ſacroſancta.* Et omnes alii *decem* iuratores ſimiliter iurabunt.

*Proceſſus poſt* iuramenta *praeſtita.*

*Incantamentum iudicis in teſtes.*

§. 10. Poſt ſacramentum factum nullus cum aliquo *iuratorum* debet habere aliquod *priuatum conſilium* uel *coloquium* nec eciam in publico excepto iuſticiario, qui eis iniunget uerum dicere ſub hac forma (76): *Recognoſcite uerum per fidem & credulitatem, quam in deum dominum noſtrum Iheſum Chriſtum habetis & quam in baptiſmo recepiſtis & ſuper ſacramentum quod corporaliter in preſencia noſtra modo preſtitiſtis: ita, quod ſi in aliquo de re iſta mendaces fueritis uel ueritatem celaueritis, quod anime ueſtre in perpetuum dempnentur & corpora ueſtra opprobrioſe perditioni apertisſime exponantur. Et recognoſcite, inquam, utrum GETVS* ad ultimum *auguſti* uel poſt habuit *ſaiſinam* illius terre, quam uobis monſtrauit & quomodo eam habuit & qualem *ſaiſinam*. Et utrum CATO poſt dictum terminum eum *deſſaiſiauit* de eadem & *quomodo?* Exinde ineant iuratores inter ſe conſilium (77) de ueritate rei deferenda & dicenda.

Teſtes *interim* cuſtodiendi.

§. 11. Et interim per fidelem cuſtodiam, cuſtodiantur, ne *maligna perſuaſione* corrumpatur ueritas eorumdem. Habito autem inter ſe *conſilio*

(76) Admonere enim debet iudex teſtes de dicenda ueritate & memoria facti iuramenti & uitandi periurii. Quoniam facilius obliuiſcimur iurisiurandi praeſtiti de rebus futuris.

(77) Succeſſus rei ualde ſuſpectus. Nam poſſunt teſtes ita facile conſpirare ad idem mendacium. Rectius igitur teſtibus *ſilentium* imponitur rerum, quas requiſiti reſponderunt. Vt poſtea iudex conferre queat teſtimonia diuerſa & arguere ex eorundem concentu uel diſſenſu ad ueritatem.

redire

redire debent *iuratores* coram iuſticiario in *asſiſia* & per unum eorum, ſi *concordes* fuerint, debet eorum *reſponſio recitari.* Si uero *diſcordes* fuerint, ab *unoquoque* eorum ſua eſt reſponſio proferenda. Si uero dixerint, quod GETVS habuit *ſaiſinam feodalem*, ut aſſerit & quod *Cato* eum *deſſaiſiauit*, ut dictum eſt: *ſaiſina geto reddenda* eſt & Cato *emendabit.*

§. 12. Inſuper autem *coutume* (78) inquirendum eſt per eosdem de *dampnis* que *Tycius* paſſus eſt in illa *deſſaiſina* ſeu de *herbagiis* ſeu ex quibuscunque aliis ex terra uiſa prouenientibus, quorum ad *eſtimationem* iuratorum debet *cato geto* reſtituere quod haberet, ſi ad debitum tempus *ſue etatis* perueniſſent. Si autem dixerint iuratores, quod GETVS erat *ſaitus* non feodaliter, ſed ex preſtito uel *uadio* uel *conductione* uel quacunq; alia racione, que *feodum* non fecerit requirenti, dum tamen ſit terminus, quod talis *ſaiſina* debeat terminari, *ſaiſina* debet manere poſſidenti & querulus emendabit. *Spoliatus cum* omni cauſa *reſtituendus.*

§. 13. Si uero in huiusmodi *ſaiſinis iuratores* de termino fuerint neſcientes, tenenti ſua *ſaiſina* remanebit & *querulus*, ſi uoluerit, probabit terminum, quem ignorant. *Quid ſi* neſcii *teſtes*?

§. 14. In nouis autem *deſſaiſinis* maxime attendenda eſt qualitas ſaiſine & quomodo habebatur. Non enim omnis *ſaiſina* reddenda eſt requirenti. Si quis enim ſpontaneus uel per iudicium *ſaiſinam*, quam habet, alii in *feodum* tradiderit, ſi deinceps eam requiſierit, non habebit. Si quis autem *ſaiſinam* requiſierit, quam ui uel *uiolencia* ſubintrauerit uel a tali receperit qui nichil *feodi* *Rei in ſpolio amiſſae qualitas. feudalis. furtiuae.*

(78) *Coutume* conſuetudo uulgo. *Koſten* in uernacula *damna*, *expenſae.*

habebat in eadem ſi ita ſit recognitum, talis *ſaiſina* non eſt reddenda requirenti cum ſit omnis *uiolenta* uel *furtiua* proceſſio deteſtanda (79). *Violenta* autem dicitur *poſſesſio*, que nullo iure, ſed contra ius *ui* uel *uiolencia* occupatur, ut ſi quis alium a *domo* uel *agro* uel *aliqua* alia *ſaiſina* ſua *ui* uel *uiolencia* extramiſerit & ipſe expulſus eam ſine ui & uiolencia *rehabuit*. Huiusmodi ſaiſina non eſt reddenda, ſi requiſierit expulſori.

*Poſſeſſio uiolenta.*

*Poſſeſſio furtiua.*

§. 12. *Furtiua* autem dicitur poſſeſſio, que *furtiue ignorante* domino ſublata eſt, ut ſi quis *prepoſitus* uel alius *cuſtos* terre alicuius terram, quam habet in *cuſtodia*, inuito & *abſente domino*, alii tradiderit, huiusmodi *ſaiſina* pro *furtiua* reputatur &, ſi eam dominus ſine ui & uiolencia *rehabuerit* & alius eam per *breue* requiſierit, dum tamen ita fuerit recognitum, non eſt ei reſtituenda.

*Non indulgenda.*

§. 13. Si uero in huiusmodi caſibus *ſaiſina* fuerit *recognita* & modus & qualitas ſaiſine per iuratores in *non ſcire* redigantur, *deſſaiſiato* ſua reſtituetur ſaiſina.

DESSAISINA *auctoritate iudicis.*

§. 14. Et de *deſſaiſina* ſimiliter ſciendum eſt. Si enim *ſaiſina* iuſta fuerit, manifeſtum eſt, quod *deſſaiſina* erit iniuſta. Et ſciendum eſt, quod ſi quis per *iudicium* fuerit *deſſaiſitus*, *ſaiſinam* illam non poterit per *breue* reuocare (80), licet ad eum de iure pertineret, niſi iudicium factum prius fuerit infirmatum.

(79) Ceſſant igitur hic iuris communis axiomata: *etiam furem ſpoliari; ſpolium committi in re propria.*

(80) Nam pro iudice eſt praeſumtio & fides, quod uim nemini inferat. Sed illa cedit tamen ueritati & contrariae probationi.

§. 15 Et

§. 15. Et omnino ſciendum eſt, quod ſi aliquis *ſaiſinam* contra aliquem obtinuerit & conuictus in eadem *ſaiſina* manum appoſuerit, per *captionem proprii corporis* & rerum ſuarum *iuſticiandus* eſt, quousque alii dampna de *deſſaiſina* ſibi per ipſum irrogata reſtituerit & usque curie *emendauerit* contemtum & transgreſſum iudiciorum eiusdem. Aliter enim contingeret, quicquid in curia iudicaretur ad *irritum cotidie* reuocari. Quicquid enim in curia per iudicium fuerit terminatum, inuiolabiliter debet obſeruari, quousque per iuratorum & diſcretiorum ſententiam iudicium illud ſi infirmatum fuerit reuocetur.

*Poſſeſſio a iudicio indulta.*

*In iudicio nonniſi reuocanda.*

§. 16. Si autem *accuſatus* de huiusmodi transgreſſionibus, ſe dixerit in hiis de *nichilo* procuraſſe & *plegios* dederit de inquiſitione ſuper hoc ſuſtinenda, ipſe eum rebus ſuis debet liberari per bonos *plegios* usque ad *aſſiſias*, in quibus inquiſitio debet teneri. Et ſi tunc ſuper premiſſis inuentus fuerit culpabilis, grauiter punietur per *mobile* uel per *priſoniam* corporis, ſi mobile ſufficere non ualeat ad *uindictam*. Si uero ſuper hiis inquiſitio ipſum reddiderit innoxium, accuſans eſt ſuper hoc *pena* conſimili puniendus.

*Mendax poſſeſſor puniendus a) multa. b) priſonia.*

## CAP. XXXII.

## De defectu ſuper BREVI noue DESSESINE.

§. 1.

SCiendum enim eſt, quod ſi petens defuerit, *querelatus* recedet ſine *diei* aſſignatione ei facta &, ſi ultra querelans contra ipſum procedere uoluerit, ipſum de *nouo* faciet recitari & ipſam querelam ſic contingit reuocari, unde *querelatus* exin-

*Actore deficiente reus ſecurus?*

exinde ſe deffendet, quaſi tunc primum querela fuiſſet inchoata.

*Poena actoris deſertoris.*

§. 2. Vnde notandum eſt, quod *querelans* ex defectu ſuo *ſequelam* ſuam amitteret, ſi interim tempus *ſaiſine* reuocationis haberetur reputatum. Cum infra *diem* & *annum* poſt *deſſaiſinam* factam moueri debeant ſuper hoc queſtiones. *Deffectus* enim petentis *querelam*, quam mouit, facit *irritam* & *inanem*.

*In* noua *poſſeſſione nullus* guarantus.

§. 3. Notandum eciam eſt, quod in nouis *deſſaiſinis* nullus poteſt aliquem trahere ad *garantum*. *Violentum* enim eſt & nullo modo ſuſtinendum, quod poſſeſſionem alienam nec per ſe nec per alium preſumat retinere uel auſu temerario perturbare. De tali autem facto quilibet actor puniendus eſt.

## CAP. XXXIII.

## De muliere deſſeſita abſente uiro.

§. 1.

*Mulier abſente uiro* deſſaiſita *auditur.*

NOtandum eciam eſt, quod ſi *mulier deſſaiſita* fuerit uiro ſuo extra *ducatum* commorante. Dum poſt uiri ſui receſſum *deſſaiſita* fuerit in uiri ſui abſencia, audienda eſt per *breue* noue deſſaiſine.

*&* deſſaiſians *reſpondere tenetur.*

§. 2. Et ſimiliter, ſi ipſa aliquem *deſſaiſauerit* poſt uiri ſui receſſum tenetur reſpondere *ſine uiro*, ſi non fuerit in ducatu, per *breue* ſupra dictum.

## CAP. XXXIV.

## De BREVI de anteceſſoris SAISINA.

§. 1.

*Deceſſoris* poſſeſſio ut *doceatur?*

DE anteceſſoris *ſaiſina* conſequenter agendum eſt, que per *breue* fieri uel *teneri* ſolet in hac forma. Si Tycius dederit *plegios* de *clamore*

ſuo

ſuo proſequendo, ſubmone recognitionem de *uiſneto*, quod ſit ad *primas asſiſias bailliuie* ad recognoſcendum: utrum CATO erat *ſaiſitus* in hoc *anno*, quo obiit de terra, quam ei *disforciat* GETVS apud *cambam* & quomodo & utrum ſit propinquior ad habendam illlus *eſcaetam*.

§. 2. Terra interim *uideatur* per eos & ſit in *pace*. Hoc *breue ſpade ſeruienti* debet deferri, qui uiſionem debet deferenti aſſignare infra *quindenam* querelarũ & *recognitores* ad eamdem certo loco & certa hora ſubmonere & terram ſeu redditum uel aliam rem, quam querelans monſtrauerit in manu *domini regis arreſtare* ſiue pars aduerſa comparuerit ſiue non, nec a manu regis exiet, quouſque *recognitio* fuerit celebrata. Et omni eodem modo in hac recognitione procedendum eſt, ſicut in *noua deſſaiſina*, de qua ſuperius eſt tractatum. SPADAE ſeruientis *officium.*

§. 3. Notandum tamen eſt, quod nullus annos *diſcretionis* iam attingens ex *conſuetudine normannie* hanc *recognitionem* habebit, niſi *breue* ceperit infra *diem* & *annum*, quo anteceſſoris illius mors fuerit communiter publicata, cuius *ſaiſinam* nititur obtinere. Illis autem, qui nundum annos diſcretionis attingerunt, nulla *temporis diuturnitas* preiudicat, quin habeant *inquiſicionem* ſupradictam. *De iuribus* minorum.

§. 4. Hec autem recognitio ad heredes pertinet propinquiores, qui *antenationis* (81) aut per ſe aut per anteceſſores obtinent dignitatem, ut antenati uel filii antenatorum. *Heredes.*

§. 5. Notandum ſiquidem eſt, quod ſi quis ultra *mare ieruſalem* (82) uel *galicia* (83) uel aliis *Quid de mortuis extra patriam?*

(81) *Antenationis* iura ſunt ea, quae debentur *ante nato*.

(82) De ſuperſtitione peregrinationis in *Hieroſolimam* & palaeſtinam dictum ſapins.

(83) Nam in *Gallaeciam* fuerat pere-

peregrinationibus uel negociationibus extra normanniam uel infra deceſſerit infra diem & annum, quo mors eius ad *reſidentiam* ſuam fuerit publice promulgata, licet longo tempore ante hoc deceſſerit, heres tamen *recognitionem* habebit de *ſaiſina*, quam habebat hora & die, qua receſſit a propriis ſiue a patria (84) & quamdiu in non etate erit recognitionem hanc habere poterit.

*Excluſi ſucceſſione 1) baſtardi. 2) religioſi. 3) inceſtuoſi. 4) leproſi.*

§. 6. Sciendum eciam eſt quod *baſtardi* & *religionem profeſſi* & ex *dampnato* ſanguine procreati & omnes dampnati, licet propinquiores ſint in genere nullam anteceſſorum ſuorum *ſaiſinam* poterunt *reclamare*. Nec eciam *leproſi*, quod ſuperius in capitulo de *ſucceſſione* plenius eluceſſit.

Saiſitio *anteceſſorũ.*

§. 7. In *recognitione* autem huiusmodi attendendum eſt; utrum anteceſſor *ſaiſitus* erat? *Saiſitus* autem aliquis dicitur, cum per ipſum uel nomine ipſius uel ad opus ipſius *ſaiſina* dicitur. Vnde patet, quod *firmarii*, *prepoſiti ſeneſcali* & huiusmodi licet terras excolant, prouentus percipiant, ſub *nomine* tamen eſt & ad opus *alienum* & auctoritate eius qui poſſidet (85). Ille enim dicitur rem poſſidere: cuius imperio ſeu *auctoritate res* ipſa tractatur. Super quo ſuperius in *breui noue deſſaiſine* plenius tractatum eſt & eciam de modo & qualitate *ſaiſine*.

*Quo iure non habendi nomine alieno.*

Normanniae mercatoribus multoties excurrendum. Imo cauſa etiam ſacra fuerat peregrinationis ſuſcipiendae *Compoſtellam* ad uidendas S. Iacobi reliquias.

(84) Nam heredes in patrio iure ſunt inſtar *ſuorum*, quibus *defuncti* prodeſt *poſſeſſio*. Vt opus non ſit, illam propriis manibus apprehendere ſibique uindicare.

(85) Poſſidere enim ciuiliter dicitur, qui animo & re poſſidet ſibi habendi: non utendi fruendique nomine alieno. Inſtar conductoris, uſuarii, uſufructuarii, habitatoris, creditoris, cetera.

CAP.

## CAP. XXXV.

# De BREVI propinquioris & heredis.

§. 1.

VIdendum eciam eſt, quod *propinquioritas* (86) attendenda eſt ad anteceſſorum *ſaiſinas* obtinendas. Propinquior autem heres patris eſt filius primogenitus & in eadem linea ſuccedentes. Hac autem delata *linea*, propinquior eſt *ſecunda* & ſic de aliis *lineis* (87).

*In ſucceſſione propinquior* LINEA.

§. 2. Et hoc idem intelligendum eſt in ſexu femineo. Et ſciendum eſt, quod quamdiu aliquis in una *linea maſculina* uel *femina* ſuperſtes fuerit (88) aliquis alterius linee eorum anteceſſorum non poterit ſuccedere decedenti. Notandum tamen eſt, quod de nouo introducta eſt quedam conſuetudo huic antique conſuetudini contraria.

*Idque ſemper.*

§. 3. Videlicet: quod ſi quis *duos* habuerit *filios* & *primogenitus* ſuſcepto de uxore filio deceſſerit, poſtea uero patre decedente non *nepos*, qui filius eſt primogeniti eius *ſaiſinam* obtinebit, ſed eam *filius* ſuperſtes obtinebit. Licet in nullo alio caſu hec conſuetudo reprobanda conſeruetur; que non de *iure* uel *conſuetudine*; ſed ui & oppreſſione *potentium* fuit introducta (89). Filius

*In caſu omni* linealis *ſucceſſionis*.

*excepto filio, excludente primogeniti nepotem.*

(86) Propinquior conſanguinitas. Nam omnia fingere & refingere licet calamo barbaro.

(87) Iterum iterumque repeto: patrio iure propinquitatem ſanguinis & ſucceſſionis aeſtimari intuitu *lineae*, *gradus* nulla habita ratione.

(88) Praeſertim in *feudali* ſucceſſione, quae iuris Longobardici, id eſt Germanici. Pudeat ergo patriae iureconſultos problematum: utrum lineae an uero gradibus locus faciendus? Cum *linealis* ſucceſſit tantopere ſtabilita lege, conſuetudine, uſu. Fauor autem ſexus in feudis attendendus & praeferendus ſemper.

(89) Nam is caſus exceptus ideo, quod aliquid omnino datum

autem

autem ad *ſaiſinas* habendas omnes, quas pater eius ſi uiueret, haberet per propinquitatem generis eſt admittendus. Excepto hoc *reprobando* caſu (90), quod ad *ſaiſinam* patris uel *matris* propinquior eſt filius, quam nepos, qui primogeniti eſt filius. Si tantum *ſorores* fuerint *heredes* primogenite iam deffuncte *ſaiſinam* patris uel matris obtinebunt; alia ſorore non obſtante.

*non item ſorores* primogenitae *heredes.*

*Mors anteceſſoris probanda.*

§. 4. Si quis autem petat *ſaiſinam* anteceſſoris & ei obiiciatur ex aduerſo quod adhuc ille uiuit, cuius requirit *ſaiſinam*, mors probanda eſt primo antequam *inquiſitio* teneatur.

*Probatio* mortis.

§. 5. Et probari poteſt per *teſtimonium* duorum uel trium proborum *hominum* fide dignorum, qui eum *uiuum* & *mortuum* aſſerant per *ſacramentum* ſe uidiſſe uel per *litteras* patentes ordinari & poſtea inquiſitio tenebitur. Ad *uiſionem* autem nullum placitum debet teneri; ſed oſtenſio rei petite fieri.

Viſionis.

Saiſina minoris.

§. 6. Si quis autem contra minorem aliquem propoſuerit, *minorem* dicimus, quicunque *uiceſimum primum annum* etatis ſue nundum attingit. Quod licet pater eius quando obiit *ſaiſinam* haberet, quam exigit, ad ipſum tamen non debet deuenire, eo, quod *terram illam* non tenebat niſi ad uitam uel terminum uel tali modo, quod poſt eius deceſſum uel receſſum alii debeat deuenire.

Qualitas ſaiſinae *anteceſſoris inquirenda.*

§. 7. In huiusmodi autem & in omnibus *ſaiſinis* dicimus, quod qualitas *ſaiſine* anteceſſoris uel *disforciationis* ueritas inquirende ſunt. *Heredes*

*filiationi* uiuo patre. Quo mortuo, in *linea*, in quam ſemel ſucceſſio translata, illa debet patrio iure continuari. Sed Germani etiam hic indulgemus *repraeſentationis* iura primogeniti filii. In Latio eadem omnibus iura ſunt: quod nihil praecipui prioribus natu.

(90) Magis imperio, quam cum ratione iure introducto.

enim

enim *ſaiſinam* habere non debent ex hoc, que ex ſucceſſione hereditatis ad eos non debeat euenire. Quod eciam in illis, qui *etatem* habent obſeruari debet. Modus enim tenendi poſſeſſionem frequenter ad alios quam heredes facit deuenire. *Et heres non ſtatim poſſeſſor,*

§. 8. Si quis enim aliquod feodum ad vitam ſuam ſolummodo poſſideat, talis *ſaiſina* ad heredes non deſcendit. *Vti in* feudo.

## CAP. XXXVI.

# De BREVI MARITAGII impediti.

§. 1.

COnſequenter de *breui maritagii impediti* (91) uidendum eſt. Et ſciendum eſt, quod *relicta* infra *diem* & *annum* poſt obitum mariti ſui, qui illud fecit *impedimentum* (92), debet mouere *breue* & *clamorem* excitare (93). Si enim diem & annum tacite permitteret pertranſire, ei ſuper hoc per patientum de breui nullatenus eſſet reſpondendum. *Actio rei uxoriae in repetenda* dote.

§. 2. Notandum tamen eſt, quod *uir uxori* ſue dicitur *maritagium impedire*; cum illud *a ſaiſina* ſua quocunque modo patitur declinare (94). Si eciam ipſa illud *uenderet* uel *abiuraret*, niſi per *legem*, plene & per *iudicium* celebratum, obtentum fuerit & receptum uel per *duellum* uel per *recognitionem* (95) plene uel per iudicium deductam. *Quam maritus nequit obligare.*

(91) *Maritagium*, quaſi bonum, *maritationis* cauſa, datum, in uernacula, *heurathgut*, *ehegeld*. Adpoſite magis, quam *dos* apud Latinos, quae uniuerſim de omni *dono*.

(92) *Impeditum maritagium* idem quam *negatum* & diſputatum, demortuo marito. Latini ideo in dulgere ſolebant *uxoriam actionem* ad *maritagium* ſiue dotem repetendam.

(93) *Breue* hic idem, quam *libellus* ab actore oblatus. *Clamorem excitare* eſt in uernacula *klage erheben*.

(94) A *ſaiſina declinare* in uernacula *von handen kommen laſſen*.

(95) Nam ueritas, *duello* probata, eadem, quam probata *iudicio*.

Quin ſi hoc per *concordiam* (96) fieret, mulier non tenetur obſeruare.

*Viua uxore.* §. 3. Cum enim mulier ſub *poteſtate uiri* ſui ſit conſtituta, uir eius de ea & de rebus ſuis & hereditate ad ſue *arbitrium* uoluntatis poterit *diſpenſare.* Nec ea, eo uiuente, aliquid de predictis poteſt uendere uel impedire in eius abſencia, ſed eius factum poteſt reuocare & irritare.

*Sed tamen maritus uiuus debet audiri.* §. 4. Nec aliquid *reclamare* contra alium ipſa poteſt nec reuocare; ſed *uir* cum ipſa de omnibus, que ad eam pertinent, debet audiri.

*Exceptio, ſi ſit atrox.* §. 5. Sunt autem quidam caſus in quibus ea in *abſencia uiri* ſui debet audiri. Videlicet, ſi uir eius eam *mehagniauerit*, & eruendo ſibi *oculum*, infringendo *brachium* uel huiusmodi uel eius corpus enormi *percuſſione* frequenter & indebite, male & *inſanioſe* tractare conſueuerit. Huiusmodi enim actiones correctiones non iudicantur.

*Peregrinatione longinqua.* §. 6. Item ſi mulier uiro ſuo in celebri *peregrinacione* uel negociatione longinqua *deſſaiſita* fuerit uel ei aliquid obuenerit ſeu exciderit, licet uir eius abſens fuerit, audienda eſt, ne *mora uiri* ſui ei auferat inquiſitionem, infra diem & annum in tali caſu conceſſam. *Viro* tamen in *prouincia* exiſtente in eius abſencia nullo modo audienda eſt.

*Formula:* breuis de MARITAGIO *repetendo.* §. 7. Sciendum tamen eſt, quod de *maritagio impedito* debet *breue* currere in hac forma. *Si M. tibi dederit plegios de clamore ſuo proſequendo, ſubmone recognitionem patrie, quod ſit ad primas aſſiſias balliuie, ad recognoſcendum, utrum terra, quam eo CATO disforciat, ſit de eius MARITA-*

(96) Licet enim maritus ſit *dominus dotis*, eam tamen nequit *obligare*, uxore inuita.

GIO

*GIO uel de hereditate ejus, ad quem ea deuoluta & utrum S. maritus eius, qui in hoc anno obiit illud eidem impediuit & quomodo terra uideatur & ſit in pace.*

*Quid de garanto? & eius ſubſtitutione? ultra quartam.*

§ 8. Hec *uiſio* modum ſequitur *noue deſſaiſine*. Excepto tamen, quod *garantus* in ea poteſt uocari, uocatus ad *garantum* alium poteſt uocare *garantum* & alius tercium. *Tercius* autem uocatus ad *garantum* non poteſt *quartum* uocare. Quia ſic contingeret ultra *quartam* in deffenſione perſonam querelam protendere. Nullus enim ultra *quartum exonium* tercium *garantum*, qui eſt quarta in *deffenſione* perſona, poteſt querelam prorogare.

Defectus *ultra* quartam *aſſiſiam puniendus.*

§ 9. Nec eciam aliquis *fugitiuus* ultra *quartam aſſiſiam* poteſt *abſentare*, quin ſtatim *forbanizationis* (97) iudicium ſubſequatur. Nec eciam aliquis ultra quartam aſſiſiam, poſt *uiſionem terre*, ratione hereditatis impetite poteſt *deficere*. Quod ſi factum fuerit, aduerſe parti debet terre *ſaiſina* remanere uel reſtitui.

*Vxor in iure mariti.*

§. 10. Sciendum itaque eſt, quod, ſi quos *uxoris ſue* hereditatem, eidem obuenientem ſeu excidentem ex *anteceſſorum defectu*, licet eius *ſaiſinam* nundum habuerit ſiue in toto ſiue in porcione & uir eius eam uendat uel alio modo impediat, defuncto uiro ſuo infra *diem* & *annum* ipſa eamdem ſaiſinam habebit, quam uir ſuus impediuit.

*Ius* retractus *in locum uxoris etiam marito competit.*

§. 11. Si uero quis terram *uenditam* reuocauerit, racione *uxoris* ſue, eo quod ipſa propinquitate generis eſſet *propinquior* ad uenditionem obtinendam & ipſe eam poſtea *uendat*, poſt eius de

(97) Ne perpetuo cludatur iudicium; demum in *quarta uenia* eſt acquieſcendum: Nam *foriſbaniſatio* tum ſequitur; id eſt; *proſcriptio* ſiue *eiectio foris* extra territorium.

ceſſum, eam poterit ipſam reuocare (98) ut *maritagium* impeditum.

*Diſſoluto poſt mariti mortem iure.*

§. 12. Non enim maritus eius res uenditas ad *opus ſuum*, ſed ad *opus uxoris* ſue reuocare potuiſſet: unde non ſibi, ſed uxori ſue eam reuocauit. Si quis uero *terram* emerit, que per *hereditatem uxori* ſue debeat deuenire uel ad cujus uenditionem ipſa eſſet propinquior ad *reuocandum*, huiusmodi emptio uiro, non mulieri remanebit & eius heredibus. Ipſe enim eam ad opus ſuum emit & non ad opus mulieris ſue reuocauit.

*Num uxor heres mariti?*

§. 13. Sciendum eciam eſt, quod nulla mulier, uiuente *ſponſo*, (99) aliquid hereditatis per emptionem ſeu *feodationem* poteſt retinere, quod mariti ſui heredibus, poſt eius deceſſum, non oporteat remanere. In emptionibus autem hereditatis quas *uir* fecerit, nullam habebit portionem *uxor*. Excepto *burgagio* (100) in quo medietatem habebit. Si qua uero hereditas mulieri data fuerit poſt contractum matrimonium, eam bene poterit ipſa poſſidere.

*Succeſſio maſcula præ foeminis.*

§. 14. Nulla uero mulier contra *fratres ſuos* uel eorum *heredes* aliquid *reclamare* poteſt ratione hereditatis, niſi id ſolummodo, quod ei ad eam *maritandam* datum uel conceſſum fuerit, prout *per recordationem maritagii* probatum fuerit euidenter (101). Si enim ei nichil datum fuerit, nichil

(98) Nam *ius retractus* tum exercet maritus non proprio iure; ſed iure uxoris. Viuo autem eo non eſt, quod uxor interpellet facta mariti, domini ſui.

(99) *Sponſus* hic pro *marito* accipitur. Nam *ſponſorum* patrio iure nulla ſucceſſio. Imo ne coniugum quidem, niſi *thalami conſcenſio* facta, *daſs das Ehebett beſchritten.* Plenius in opuſculo de *matrimoniis principum per procuratorem initis* ea de re cauſaque actum.

(100) Burgagium diſtinguitur hic a *feudo* uti allodium.

(101) *Maſculorum* ſucceſſio in patrio iure eſt admodum ſingularis:

chil ultra *racione* hereditatis poterit reclamare contra fratres uel eorum heredes. *Sorores* tamen ſemper erunt equales.

§. 15. Mulier autem ultra *terciam* partem uerſus fratres ſuos uel eorum heredes non poteſt *reclamare*. Si uero duo uel unus *frater* fuerint & una *ſoror* uel quantumcunque plures fuerint ſorores, omnes ſolummodo *terciam* partem habebunt hereditatis per ſucceſſionem ad eas deuenientem.

*Tertia filiarum eſt legitima tantum.*

§. 16. Sciendum eciam eſt, quod ſi *quatuor* fuerint *fratres* & una *ſoror*, ipſa maius *maritagium*, que porcio unius eorum non poteſt habere, niſi de conſenſu fuerit eorumdem.

§. 17. Vnde ſciendum eſt, quod omnes ſorores quotquot fuerint non poſſunt habere racione *hereditacionis*, niſi *terciam* hereditatis ſolummodo. Vna autem, ſi fuerit contra *X. fratres* uel plures uel pauciores, maiorem porcionem quam unus fratrum habere non poterit. Si autem pater ultra *terciam* hereditatis ſue *filiabus ſuis dederit*, eius ſucceſſores die & anno poſt obitum ſuum per inquiſicionem illud poterunt *reuocare* (102).

*Nefas eſt: patrem filiae dare ultra tertiam.*

§. 18. Quodcunque autem *frater* uel *nepos* uel

cum excludat *foeminas*. In ueteri Latio idem olim obſeruatum. Poſt Tribonianus in gratiam foeminarum demum omnia peruertit & utrique ſexui iura ſucceſſoria ſtatuit aequalia. Sed hoc inſtitutum euentum habuit, triſtem familiis. Inde eſt, quod *familiae nobiles* in patria uetuſtatem ſplendoris & opum habeant aeternam. Quoniam foeminarum hereditas nulla, ſed tantummodo *dos*, modica & alimenta. Vt adeo ſucceſſoria haec lex *conſeruatrix familiarum*.

(99) Neque immerito. Nam intereſt patriae, ut familiarum conſeruentur uetuſtas, ſplendor, opes. Filiae finis familiae: filii ſoli familiae ſuſtentacula. In alia omnia eunt Romani; quibus portio legitima *maris* & *foeminae* eſt eadem. Vnde in Latio familiae raro uetuſtae in opibus & amplitudine. In qua multoties homines noui.

*Maritagium ſororis.* *auunculus* uel quicunque alii exceptis patre & matre mulieribus in *maritagium* dederint, firmiter eſt obſeruandum & a datoribus (103) *garantizandum.*

*De rebus mobilibus filiabus.* §. 19. Parentes autem primi *filias* ſuas quotquot habuerint *maritare* poſſunt de *catello* (1) & uni porcionem omnibus debitam dare poſſunt nec eam heredes poterunt *reclamare.*

*Praeſcriptio anni unius.* §. 20. Nullus autem *maritagium* in debitum poterit *reclamare*, niſi ſuper hoc queſtionem mouerit *anno* & *die* poſt deceſſum *donatoris* & eam ſine intermiſſione fuerit proſecutus uel ex *die* & *anno* poſt eius deceſſum ad *etatem* peruenerit.

*Fratres maritant ſuas* ſorores, *ceu* tutores. §. 21. Si uero *ſorores* contra *fratres* ſuos *maritagium* requiſierint, ſi fratres eas *cuſtodire* (2) & *maritare* uoluerint competenter, eas in ſuam *cuſtodiam* usque ad *annum* & *diem* habebunt & eas *maritent* competenter.

§. 22. Dum tamen eisdem *neceſſaria*, prout facultas hereditatis requirit, inueniant (3) competenter.

*Quid ſi negligant hi officium?* §. 23. Si uero per *teſtimonium uicinie* fratrum defectum probare poterint porcionem ſibi debitam ad *maritandas* ſe recipiant. Quod plenius in capitulo de *porcionibus* eſt tractatum.

(103) Moribus hiſce uiuunt utunturque illuſtres familiae hodieque: *ut ſorotibus innuptis exhibeant alimenta*, quousque inierint matrimonium. Vbi illis ſoluenda dos. Inſtar *portionis legitimae.*

(1) *Catellum* ſiue *catallum*, nam reperitur utrumque, idem eſt, quam *capital*, opes in aere. Imo accipitur etiam de omni *bono mobili*. Nam immobilia debuerant relinqui maſculis, familiae ſuſtentaculis.

(2) *Cuſtos* hic idem, quam *tutor*; *cuſtodire* idem, quam *tutelam* gerere.

(3) In dote aeſtimanda cenſum merentur opes, natales, dignitas gentilitia, mariti conditio, reliqua.

CAP.

## CAP. XXXVII.

# De DOTE lege & uſibus eiusdem.

§. 1.

DIcto de *maritagio impedito* & lege & uſibus, per quos habeat reuocari, de *dote* poſtea uidendum eſt & *lege* & *uſibus* per quos de dote contencio procreata debeat terminari. Notandum igitur eſt, quod *relicta* in *dotem* habere debet per conſuetudinem normannie. Quod ſi fecerit, quicquid datum eſt, ultra *tercium*, poſt eius deceſſum debet ad *irritum* reuocari (4). *Minorem* autem dotem, quam *tercium* poteſt habere relicta ſecundum condiciones in contractu matrimonii habitas & conceſſas. Si enim mulier, quando ducta fuit in *uxorem*, conſenſit & conceſſit, ſe dotari de *mobili* uel de terra *ſpecificata* illud ei poſt deceſſum mariti ſui debet ſufficere, quod in contractu matrimonii ſe conceſſit pro dote recipere & conſenſit. Si enim in contractu matrimonii *nulla dotis* fuerit mencio uel condicio promulgata, relicta ad *tercium ſaiſine feodi ſui uiri* poterit recurrere (5) quam habebat quando ipſam duxerat in uxorem.

*Propoſitio.* — Dotis *quantitas* tertia. — *aut minor.* — *Dote non determinata* — eſt tertia.

§. 2. Notandum eciam eſt, quod relicta nec *dotem* nec porcionem de *acquiſicionibus*, quas poſt contractum matrimonium maritus eius fecerit, reportabit (6). Excepto *burgagio* in quo habebit

*Quid in acqueſtu?*

(4) Alias conferre tenetur dotem. Imo, niſi heres eſſe cupiat, non tenetur conferre. Niſi donatio fuerit *inofficioſa*

(5) Nam portio *ſtatutaria*, quae hic *tertia* eſt pars bonorum, non poterit deminui ſine eius conſenſu.

(6) *Acquaeſtus das errungene* Romano iure non debetur uxori. Quoniam haec, moribus Latii, non habet honeſtos modos acquirendi. Contra in Germania noſtra, uxor laboris & operarum ſocia; ut adeo iure meritoque particeps rerum acquiſitarum ſit inſtar mariti.

*medietatem* (7) ſed *dotem* huiusmodi habere non poterit.

*Si maritus in communione feudi?*

§. 3. Notandum eciam eſt, quod ſi maritus habens *comparticipes* tempore matrimonii contracti & totum *feodum* anteceſſorum poſſidet, uxor tamen eius *dotem* non habebit de porcionibus *comparticipum* ſuorum. Nec eciam ſi ad eumdem per *excidenciam* poſt tempus facte porcionis redierint. Si autem *terciam* partem tocius *feodi* (8), quod maritus ſuus tempore matrimonii contracti dignoſcitur poſſidere.

*Si feudum ſit adhuc penes patrem, auum?*

§. 4. Notandum eſt eciam, quod ſi maritus eius tempore matrimonii contracti nullum *feodum* poſſidebat; ſed *pater* uel *auus* totum feodum poſſidebant, dum tamen ipſi contractui preſentes (9) affuerint in *facie eccleſie* uel ipſum matrimonium procurauerint, conſenſerint & approbauerint, *relicta* de *feodo tercium* habebit, quod pater uel auus tempore matrimonii contracti hereditarie poſſidebant. Dum tamen ipſi alios heredes non habuerint. Si enim alios heredes haberent ipſa *dotem ſuam* percipiet de porcione *maritum ſuum* attingente, & hec dos facienda eſt poſt deceſſum patris uel aui, ſi uidua remanſerit.

*Si quidem conſenſerint connubio?*

*Quid ſi diſſenſerint?*

§. 5. Si uero *pater* uel *auus contractum* (10) ma-

(7) In Germaniae pluribus locis uxori, mortuo marito, liberum: uel dotem repetere uel collata dote bonorum allodialium ſibi uindicare alteram partem.

(8) Eſt etiam hoc in Germaniae locis pluribus in uſu, quod *uxor ex feudo* accipiat *tertiam* pretii partem. Sed iure communi feudum debet liberum manere neque affici eius generis onere. Quoniam uero *feuda Germaniae* ſunt oblata, id eſt, ex allodio conuerſa, tum indulgentioribus eſſe licet uaſallis.

(9) Nam tacens habetur pro conſentiente. Imo, quod magis, conſentiens aut praeſens connubio, cenſetur etiam conſentire legi connubiali, ſoluendo dotalitio.

(10) Cum hic, tum alibi *matrimonium contractus* dicitur, quod hoc cenſu omnino illud ante aeſtiman-

trimo-

trimonii non conſenſerint; ſed ipſum *reprobauerint* matrimonium (11) poſt deceſſum mariti, relicta nullam *dotem* reportabit, niſi *de ſaiſina* (12) mariti, quam habebat, quando eam duxit in uxorem uel de eo *feodo*, quod poſtea ad eum deuenit *recta linea deſcendendo*.

§. 6. Notandum ſiquidem eſt, quod *relicta* maiorem dotem non poteſt habere, quam *tercium* feodi quacunque in contractu matrimonii mariti ſui condicione appoſita. Nullus enim, ultra *tercium* feodi, poteſt in dotem concedere (13). De *feodo* ſuo uendiderit uel tradiderit *dotem* ſuam relicta poteſt requirere contra *feodi* poſſeſſores. *Pacta ultra* tertiam *inualida.*

§. 7. Notandum eciam eſt, quod *garantus* in huiusmodi querela poteſt uocari (14) omni eodem modo, ſicut ſuperius dictum eſt in reuocatione *maritagii* impediti. *Ad quid* garantus?

§. 8. Duobus autem modis poteſt mulier dotem ſuam contra detinentes requirere aut per BREVE de *dote* aut per RECORDATIONEM (15). Per BRE- *Modi requirendi* dotem.

dum, quam irrepſiſſet opinio, illud fore *ſacramentum*, id eſt, actum, quo, ſub uiſibili ſpecie, confertur gratia inuiſibilis.

(11) Olim per iura Latii opus fuerat conſenſu patris omnino in contracto matrimonio liberorum. Nam uxor filii in patris domum deducta oneraque omnino humeris illius incubuerant; filia autem fuerat dotanda ac dimittenda e domo: ſed cum patrio iure *matrimonium* inter cauſas ſit *emancipationis* adeoque etiam filius maritus ſolicitus ipſe ad quaerendum uictum ac cultum, nullo onere in patre remanente, dotare autem filiam arbitrii paterni, quoniam filia, mortuo patre, haeres: igitur pleraeque *conſenſus* cauſae ceſſant, extra ſponſum & ſponſam, ab aliis impetrandi. Vt magis ad honeſtatem, quam iuris neceſſitatem pertinere uideatur. Interim parentibus hodieque illud relictum: matrimoniis liberorum in parentela & auxilio non deeſſe.

(12) De *bonis* ſiue *ſaiſina*, in uernacula, *der haab, was er in handen*, mariti.

(13) Ne feuda nimium iuſtoque magis onerentur.

(14) Ne iudicium, deferendo litem, reddatur eluſorium.

(15) Id eſt aut *pacto* aut *lege*. Nam *pacta* dant legem contractui.

1) *per breue.* VE autem requirit mulier dotem ſuam, quando materia querimonie in BREVI redacta: per LEGEM 2] *per legem.* inquiſitionis coram iuſticiario proceditur in querela. Conficitur autem BREVE de *dote* in hac *Formula* breuis. forma. *Si M. dederit tibi plegios* (16) *de clamore ſuo proſequendo, ſubmone recognitionem de uiſneto* (17), quod ſit ad primas *aſſiſias bailliuie* ad recognoſcendum: *utrum N. maritus ſuus erat ſaiſitus*, quando eam duxit in uxorem, de terra apud *ualonium* modo, quo eam dotare poſſet & deberet cuius dotem ei *diuforciat*. T. minus iuſte, ſicut dicit, *uiſionem* terre interim teneas & ſit in *pace*. Huiusmodi autem *inquiſitio* de *verbis* in *breui* (18) expreſſis, omni eodem modo facienda eſt, ſicut ſuperius eſt expreſſum in capitulo de *breui noue deſſaiſine*.

§. 8. Poteſt autem hec inquiſitio fieri de *ſaiſina*, quam pater maritus obierit nundum factis porcionibus & heres de *tercio* feodi relictam dotauerit, porcionibus poſtea factis & reclamatis, ipſa *relicta* (19) dote priuabitur & dotem in ſola

Si igitur *breue matrimonii*, in uernacula *ein heuraths-brieff*; *Ehezärter* adſit, tum eius recognitione facta, illo omnino eſt ſtandum. Si minus, tum acquieſcendum eſt *lege* & portione ſtatutaria.

(16) Fideiuſſores *pfleger*, ut ſaepe dictum.

(17) *Viſnetum* idem, quam *uiſio*, *inſpectio*. Igitur *breue* (*der brieff*) producendum in conſpectum aut alteri eſt *inſpectio* permittenda.

(18) Videtur igitur hic contractus eſſe omnino *litterarius*, nullus ſine ſcriptura & in ſimplici conuentione. Quod ſi autem *teſtes* produci potuerint, crediderim neque horum adſerta negligenda. Cum iuris axioma: *ex pacto non datur actio*, *ſit tantummodo Latinum*. Imo conuentio dotis iure Iuſtinianeo eſt obligatoria etiam ſimplici & nudo pacto.

(19) *Relicta* hic idem, quam *uidua*, id eſt, a marito derelicta uxor. Hinc etiam uox haec donata ciuitate Germanica: *relicta hatte ihr eingebrachtes geſuchet*. Inde in uernacula: *hinterlaſſene*. In Latio autem uox haec inconcinna ideo, quoniam matrimonia eius dimiſſibilia, ut uxor *relicta* eſſe po-

*mariti*

*mariti ſui* percipiet porcione non in porcionibus aliis, in quibus dotem percipere non poterit nec habere. Non enim quis de *feodo*, quod non ſibi, ſed aliis poſſidet (20), poteſt dare uel uendere uel *feodare* uel in *dotem* tradere, niſi hoc ſolum, quod ad ſuam pertinet porcionem.

*Diuortio facto dote priuatur.*

§. 9. Notandum eciam eſt, quod nulla mulier dotem reportabit de *feodo* mariti ſui, ſi inter ipſos *diuortium* (21) fuerit celebratum, licet *pueri* (22) ex ipſis procreati hereditatem habeant & legitimi reputantur. Illa enim mulier ſola *dotanda* eſt de *mariti* ſui feodo, que in morte cum eodem inuenitur in matrimonio copulata.

*Conſummatum matrimonium, ſi uxor cum marito in cubiculo eodem.*

§. 10. Si autem contracto matrimonio maritus deceſſerit, nundum ipſis *inſimul* in eodem receptis *cubiculo* (23) relicta de ſua terra nullam poterit dotem reportare. Tunc enim mulier per *conſuetudinem normannie* (24) ius in dotem habendam dicitur obtinere cum mariti ſui *ponderem* (25) *cubiculi ſubintrauit*. Heres ſiquidem anteceſſoris *relictam* dotare non tenetur, niſi de ſolo *feodo* anteceſſoris, quod poſſidet. Si autem

fuerit ex cauſis diuortii aliis, ſine ulla uiduitate.

(20) Vt *locator*, *uſuarius*, *adminiſtrator*, reliqua.

(21) Non diſtinguitur hic diuortium quoad *thorum* & *menſam* ab illo, quod eſt quoad *uinculum connubiale*. Primum in Latio fieri uix potuit: partim, quod matrimonia Latina dimiſſibilia ſemper, partim, quod maritorum ea *Zelotypia* eſſet & ſuſpicio aduerſus uxorem, ut illam e domo ſua non dimitterent, iterum recipiendam.

(22) *Puerorum* uox quandoque complectitur utrumque ſexum & eſt ſynonymum *liberorum*.

(23) Iure Latii *conſenſus* fecit matrimonium & *deductio* in domum: ſed Germanico iure tum demum matrimonium perfectum eſſe creditum, ſi coniuges futuri in eodem *lecto* ac tecto. In hac lege tertium habetur: *ſi utrique in uno cubiculo*. Vnde praeſumtio ad operas connubiales.

(24) Eſt enim hoc omnino ſingulare: *cubiculi* ergo matrimonium haberi pro *conſummato*.

(25) *Portam* cubiculi *ſubintrauit*.

*mari-*

*maritus* uel *mater* uel *auus* uel *auia* mariti ſui tempore contractus matrimonii poſſidebant, ad quod matrimonium *interfuerint* uel *procurauerint*, que ſiquidem *ſaiſina* hereditarie deſcendere debeat ad maritum. Huiusmodi autem dotem, poſt deceſſum eorum, poteſt *reclamare* contra detinentes, ſi maritus eius de ipſorum *feodis* in *maritagio* nullam habuerit porcionem.

## CAP. XXXVIII.

# De RECLAMATIONE (26) dotis.

§. I.

*Alter modus per* RECORDATIONEM *requirendi dotem.*

PEr *recordationem* (27) autem eorum, qui ad contractum matrimonii *preſentes* affuerint, poteſt *dos reclamari* uel *defendi*, dum tamen in contractu matrimonii *dos* de *pecunia* uel de *terra ſpecificata* fuerit aſſignata & in huiusmodi *recordatione* non poſſunt parentes uel amici *ſonari* (28) cum ad *ſolempnitatem* matrimonii parentes uel amici ſpecialiter *requirantur* & quod per *recordationem* maioris partis, dum tamen *ſeptennarii* attingat (29) quantitatem, recognitum fuerit, de-

(26) *Reclamare* aliquid, eſt idem, quam in *ius uocare*, Germanice *wiederruffen, reclamiret*. Quae uox etiam ideo Germanica ciuitate donata. Cum enim iudicia olim ſub dio celebrata in ſolennibus comitiis & conuentibus: ideo *actori* opus fuerat elata uoce, id eſt, *clamore*. Hinc etiam *uindicare* & *reclamare* ſynonyma.

(27) Reuocationem in memoriam in iudicio coram iudice.

(28) *Sonare* teſtem idem, quam repellere, *verruffen* in uernacula. Vt ſupra dictum.

(29) Romani hunc teſtium numerum habuerant ex cauſis ſingularibus. Nam *quinque* teſtes repraeſentabant *quinque curias* Romae, quibus abſoluta Romanorum comitia. Cum uero neque hoc ſatis eſſet in *teſtamentis*: ſed opus praeterea *imaginaria uenditione*, in eaque *antiſtato* & *libripende*, duo fuerant addendi omnino. Vnde numerus *ſeptennarius*. Verum Germani in hoc numero *myſteria* quaerunt uel diuina uel humana uel Latii glaucomate ſunt obducti & occupati.

bet

bet obſeruari, receptis tamen prius ſacramentis a ſingulis de *ueritate recordanda* (30).

§. 2. Vnde notandum eſt, quod *recordatio eſt rei facte ad memoriam reducta ſeries & in curia enarrata* (31). Quedam uero ſunt *recordationes* curie *regie* (32), quedam uero *ſcacarii* (33): quedam *aſſiſie* (34): quedam *duelli* (35): quedam *uiſionis*: quedam *paſnagii* (36) & alia *maritagii*, que ſuperius eſt expreſſa. Que recordationes cum de *lege*, que per recordamentum habet fieri tractabitur, declarabuntur inferius euidenter. Recordationis *definitio diuiſio.*

## CAP. XXXIX.

## De BREVI de iure PATRONATVS.

### §. I.

De iure autem *patronatus* & *preſentatione eccleſie* (37) agendum eſt. Cuius inquiſitio cum ſuper *ſaiſinam* preſentandi moueatur per *breue* ſolet terminari in hac forma: *Si Tycius plegios* *Definitio* patronatus *eccleſiaſtici.*

(30) *Recordanda* ueritate, id eſt, dicenda ueritate.

(31) Habes igitur hic ſignificatum Normannicum uerborum: *recordationis, recordatoris, recordamenti.*

(32) *Palatinae in dem hoffgericht.*

(33) *Scacarii*, iudices, miſſi, delegati, noſtro aeuo *commiſſarii*. A *ſchiken*; *ſcacarii* dicti.

(34) In publico iudicum *conſeſſu*.

(35) Nam & *duella* habuerunt ſuos *iudices*.

(36) A *pane* praebendo. Vbi iudicia *alimentorum*.

(37) Eſt *ius patronatus* ſiue *antiſtites* in eccleſiis *praeſentandi* admodum ſolenne nobilibus dynaſtis. Nam olim paſtores non alii, quam in urbibus, inſtar *medici*, *chirurgi*, *pharmacopolae*. Quod uero ſacra otia etiam in *pagis* facta, hoc quidem beneficio debetur *nobilium* landſaſſiorum: qui numos & agros erogarunt adſignaruntque ad templum & ſacerdotem alendum. Vt adeo iniquiſſimum ſit; ſi largitoribus nobilibus non referatur gratia a paſtoribus uillaribus eisque id relinquatur, ut poſſint ſuo iudicio & palato eccleſiae eligere & conſtituere paſtorem. Plura diximus in opuſculo: *de patrono haeretico.*

*dede-*

*dederit de clamore ſuo proſequendo ſubmone recognitionem patrie, quod ſit ad primas aſſiſias baillivie ad recognoſcendum: utrum quis perſonam ultimo mortuam preſentauit ad eccleſiam uernolii, quam Cato disforciat eidem interim eccleſiam uideas & ſit in pace.*

*Modus iudiciarius.* §. 2. Vnde ſciendum eſt, quod iuſticiarius, recepto clamore, litteras ſuas patentes *ordinario* debet deſtinare ſub hac forma: *Cum Tycius ſuum clamorem nobis monſtrauerit, quod cum parochiam ultimo mortuam ad eccleſiam talis loci preſentauerit, quam ei Cato disforciat* (38) *auctoritate ſua parochiam nouam preſentando, uobis ad eamdem ex parte* ducis normannie *firmiter inhibemus, ne aliquam perſonam ad dictam eccleſiam recipiatis, quousque contencio inter eos plene ſuper hoc fuerit terminata.*

*Praeſcriptio actionis de* iure patronatus. §. 3. Sciendum tamen eſt, quod niſi contencio infra *ſex menſis* a uacatione ſua fuerit terminata, *ordinarius* (39) loci, qui eccleſiis ſingulis ſue dioeceſis tenetur prouidere eam, cui *uoluerit* (40) conferre poterit & debebit.

*Iure deuolutionis tum obtinente. Sed adfixo temporis ſpatio certo.* § 4. Notandum eciam eſt, quod facta inhibitione, infra *ſpacium* ſupradictum pendente contencione, nulli poteſt conferri eccleſia ſupradicta. Nec *ordinarius* aliquem recipere poterit ad eamdem & huiusmodi inquiſiciones ad modum

(38) Eſt omnino Gallica uox. Nam idem, quam *par force* aut per uim extorquere, negare, in ius uocare, diſputare.

(39) Vox *ordinarii* hic accipitur in ſenſu eccleſiaſtico notatque cuiusque loci *epiſcopum* aut *antiſtitem* primarium. Nam praeſes ordinis utpote collegii ICtorum etiam in academiis dicitur *ordinarius*, quaſi *ordinator* & ordinis dux & anteceſſor.

(40) Cauſa eſt manifeſta: ne ultra ſemeſtre ſpatium grex ſine paſtore.

*noue deſſaiſine* (41) tractande ſunt & debent maturari.

§. 5. Et notandum eſt, quod in huiusmodi & *nouis deſſaiſinis*, ſi querelatus ſe abſentauerit, quousque terra, que capta fuerit ad *uiſionem* & in *aſſiſia* ſequente per *quadrigenam* in manu principis fuerit ſeruata, quod ipſe *deſraiſnationem* (42) ſuper ſubmonitione precedente non habebit hac racione, quia iam plures pateretur defectus huiusmodi, contencio, que unum ſolum *exonium* (43) & unum *defectum* debet ſuſtinere. *Quod tamen maturandum.*

§. 6. Poſt *iurationem* autem factam inquirendum eſt a *iuratis*, quis perſonam *ultimo* mortuam preſentauit & quomodo uidelicet utrum tanquam *patronus* uel *loco* patroni. Aliqui enim *una uice* preſentant, qui alia uice non debent preſentare, ut habetur in quibusdam racione *porcionis* hereditarie, inter quos aliquando ita compoſitum eſt ſuper *patronatu* alicuius eccleſie, quod unus una uice (44) & alius alia preſentabit. *Nouiſſimus actus attendendus.*

§. 7. Multociens enim contingit, quod aliquis racione *cuſtodie* (45) uel *firme* (46) uel fundi *inuadiati* (47) cum ius patronatus fundo inhereat *Isque ſingularis & prius.*

(41) *Deſſaiſina* idem, quam *depoſſeſſio*. Nam *ſaiſina beſitz*: *deſſaiſina entſetzung*.

(42) *Deſraiſnatio* idem, quam fori ratiocinatio aut diſputatio.

(43) *Exonium* idem, quam excuſatio a contumacia abſentiae. Quae hic ideo non indulgenda temere: quoniam ſacri coetus intereſt, conſequi paſtorem, neque uacare eccleſiam.

(44) Eſt hoc optimum conſilium, ſi duo concurrant in eligendo paſtore, ut iure utantur uiciſſitudinario. Nam ſi inuicem ſibi contradixerint, tum deueniri ſolet ad *ſuffragatoriam ſortem*, de qua ſcripſimus opuſculum ſingulare.

(45) *Cuſtodia* eſt tutela. Igitur innuitur hic ius tutelare.

(46) Firma eſt *conductio perpetuaria*, *der erbpacht*, de qua ſcripſimus opuſculum ſingulare, quod in libro extat: *de iure clientelari iuxta mores Germanorum*.

(47) *Inuadiare* fundum eſt idem oppignerare. Vt ſupra dictum.

uel racione *attornationis* (48) ad aliquam preſentat eccleſiam & tales non tanquam *patroni*; ſed *loco patronorum* preſentant. Sed tales *ſaiſine* prius preſentatibus non ſunt reddende, ſed illis, quorum loco preſentauerunt uel eorum propinquis heredibus, ſi ipſi de medio ſublati ſint.

*Quid ſi minus conſtet?*

§. 8. Si autem in *non ſcire* redactum non fuerit, quis perſonam ultimo mortuam preſentauerit per *legem patrie*, poterit *querulus*, ſi uoluerit, in *querelam* ulterius de proprietate *placitare*, tanquam de alio *feodo* laicali, cum *ſaiſina* remaneat querelato.

*Quid ſi lis haec inter* clericum & laicum?

§. 9. Sciendum tamen eſt, quod ſi de *iure patronatus* alicuius eccleſie contencio inter perſonam *laicalem* & *eccleſiaſticam* fuerit procreata *breuii uiſio* per IIIIor milites & IIIIor *probiores* loco propinquiores & *fide digniores*, qui nulla digna *ſconatione* (49) a *iurea* debeant amoueri *breuo* autem lecto debet ſuſtineri.

Inquiſitio, *ſi minus conſtet de poſſeſſione?*

§. 10. Plures tantum, quam *quatuor* debent ſubmoneri, ſi ſufficientes poſſunt inueniri & per eosdem in *aſſiſia* recognitio debet fieri de eodem preſente ordinario uel alio uiro diſcreto & honeſto loco eius, qui cum *bailliuio* & *militibus*, in *aſſiſia* aſſiſtentibus, ſingulos *iuratores* ſeparatim examinabunt & primo inquirent de iure *proprietatis* & ei, ad quem ius proprietatis cognouerint per examinationem factam pertinere *ius patronatus* reddant per iudicium militum iuratorum dictis eorum in *aſſiſia* publicatis. A iuratoribus plane prolato ſe ita ueritatem in examine protuliſſe, ut

(48) *Attornatio* idem quam procuratio; *Attornatus* procurator, ordinator, negotiorum geſtor. Etiam *turnus* idem, quam *ordo*.

(49) *Sconiatio* eſt hic obiectio aut reprobatio teſtis. Nam *ſonare teſtem* idem, quam *verruffen*. *Soniatio* ſiue *ſconiatio das verruffen, verwerfung eines zeugens.*

a iu-

a iuſticiario eſt *recordatum*, ſuper quo a militibus debet fieri iudicium. Si autem de iure *proprietatis* ſe fecerunt neſcientes, ex tunc, quis perſonam ultimo mortuam preſentauit, per eos inquiretur & ſecundum dicta eorum agendum eſt, ut in hac querela antiquitus fuerit uſitatum & eſt modo inter perſonas.

§. 11. Rex enim PHILIPPVS (50), ad inſtantiam *prelatorum*, cum aliqua eccleſiaſtica perſona, racione *ſpiritualitatis* uel *eccleſie*, ſuper hoc conqueritur uel *querelatur*, inquiſitionem eisdem per ſuas litteras patentes conceſſit ſuper hoc faciendum modo prenotato. *Regis Galliæ* PHILIPPI *reſcriptum.*

§. 12. Notandum ſiquidem eſt, quod *inquiſitiones* de *patronatu* ſunt faciende per *milites* & *nobiles* & tales, qui *fide* & ueritate ſint *laudabiles*, dum tamen ſuper hoc ſcire preſumantur ueritatem per *conuerſacionem*, quam in *uiſneto* habuerint diuturnam & debet fieri ſuper deficientes in huiusmodi caſibus iuſticia firmior & durior, quam in aliis *breuiis*, ne per elapſum *ſex menſium* eccleſie collatio ad ordinarium deuoluatur. *Per quos fieri debeat inquiſitio?*

§. 13. Sciendum eciam eſt, quod ſi ordinarius defuerit, ad *aſſiſias*, *baillinius* propter hoc *iuream* tenere non omittet & ſi eciam *probiores* ad *uiſionem* noluerit mittere, ſuper hoc requiſitus iuſticiarius per laicos, ſecundum *uſum* antiquum recognitiones huiusmodi pertractabit. *Deficiente* iudice *ordinario.*

§. 14. Cum enim PHILLIPVS REX (51), ad inſtanciam prelatorum, hoc eisdem priuilegium conceſſerit; ſi deffectus in ipſis circa hoc ſuper hec, *Priuilegium* R. PHILIPPI.

(50) De PHILIPPO Galliae rege, Normanniae domino, exactis Anglis, actum eſt ſupra dictumque: quod plures Normannis dederit leges, quarum frequens cum hic, tum alibi memoria.

(51) De hoc ſtatim dictum in *num.* 50.

que ad ipſos conceſſit pertinere, ſit inuentus, ad uſus prohibitos recurrendum eſt, ne more *diſpendio iuris* declaratio condempnetur & ne rei collatio propter elapſum *ſex menſium* ad ipſos ordinarios (52) deuoluatur.

Garantizatio *nulla*.

§. 15. In BREVIBVS autem prenotatis nulla *garantizatio* (53) poteſt nec debet ipſam querelam prorogare. Si autem carta aliqua pretendatur uel *recordatio* uel alia ſufficiens racio, per que *ius patronatus* aliquis deffendens breue captum uoluerit infirmare, bene audiendus eſt & ualebunt, ſi poſt *preſentationem* perſone, ultimo deceſſu, facta fuerint, prout debent.

*Si ecclesiaſtica perſona patimur.*

§. 16. Si autem ad *eccleſiaſticam* perſonam pars contentionis aliqua pertineat, cum tunc agendum ſit de proprietate, quod *carta* teſtatur, obſeruandum eſt, dum tamen legitima fuerit & ab eo confecta, ad quem *ius patronatus* pertinebat.

Edicta *principis hic attendenda omnino.*

§. 17. Inſuper ſciendum eſt, quod, quicquid per *chartas principum normannie* in querela, de iure patronatus eccleſie, eſt expreſſum, debet *inuiolabiliter* obſeruari, cum ipſius teſtimonium *contentiones* ſingulas *defendendas*, niſi condicio aliqua uel alicuius pacti contractus ualeat econtrario exhiberi, per quod *ius patronatus* eccleſie, de qua agitur, ad alium fuerit *deuolutum.*

*Inde iuxta* cartam *poſſeſſio.*

§. 18. Nec in hoc *carta* principis non infirmatur, eum id, quod in ea continetur, ueritatem habere, non negatur; ſed poſt ipſius confectionem poſſeſſor carte *ius patronatus*, quod per eam obtinebat, bene potuit tradere alii uel transferre.

(52) Eſt hoc *ius deuolutionis*, in gratiam eccleſiarum introductum, ne illae iuſto diutius uacent.

(53) *Garantizatio* hic idem, quam *gewehr*, cautio.

§. 19.

§. 19. Sciendum inſuper eſt, quod *charte principum querelantibus* non debent nec tenentur reſtituere *ſaiſinam* alicuius poſſeſſionis *feodalis*; ſed poſſeſſionem habitam defendunt plenius & conſeruant, niſi contractus aliquis poſt eorum confectionem interuenerit, quod debent obſeruari. *Niſi poſtea quid actum.*

§. 20. Sciendum iterum eſt, quod ſi aliqua eccleſia per *ſex menſes uacauerit*, poſt habitam noticiam de deceſſu rectoris alicuius, & communiter publicatam, *ordinarius* loci eam dare poterit, cui uoluerit (54), nec eius collationem *patronus* illius poterit impedire, ſiue ex *contencione* mota de iure patronatus ſiue ex *negligentia* patroni uacauerit. Lite tamen terminata, quis *ius patronatus* obtinuerit, *fidelitatem* de rectore accipiet inſtituto. *Ius* DEVOLVTIONIS *intra* ſemeſtre.

## CAP. XL.

# De breui de FEODO & VADIO (55).

§. I.

DE querela autem, que per *breue* de *feodo* & *uadio* terminatur, agendum eſt poſt premiſſa. Vnde notandum eſt, quod *breue* huiusmodi *Actio de* feudo.

(54) Eſt ius deuolutionis per gradus receptum: ut primo patronus; tum ordinarius; deinde ſuperior; demum papa det eccleſiis paſtorem, ſi priores nectant moras aut ſint negligentes in ſacra ſparta conferenda. In Germania noſtra *iure deuolutionis* utuntur principes in ſuis territoriis; ſi patroni eccleſiarum trimeſtri aut ſemeſtri ſpatio deſint hic ſuo officio. Quoniam ius dioeceſanum pontificis & epiſcoporum eſt ſublatum. Quid autem de iure Caeſaris, ſi euangelici epiſcopatus aut abbatiae uacauerint ultra tempus? Cauſa uentilata fuit olim in *Quedlenburgenſi* abbatia, cui ideo nominare uoluit abbatiſſam imperator. Sed negarunt hoc euangelici. Demum facta capituli electio.

(55) *Vadium* eſt *pignus*. Vti *inuadiare* eſt pignori dare. De etymo uerbi ſuperius prodidimus coniecturam.

ſolet currere (56) in hec uerba: *Si Tycius dederit plegios de clamore ſuo proſequendo, ſubmone recognitionem de uiſneto, quod ſit ad primas aſſiſias bailliuie ad recognoſcendum; utrum terra ſiue feodum, quod ei disforciat Seyus, ſit feodum tenentis uel uadium iuuadiatum per manum C. poſt coronamentum regis RICARDI* (57) *& pro quanto &, utrum ſit propinquior heres ad redimendum & terra interim uideatur.*

*Decretum.*

*Richardi R. ultima memoria.*

*Indulta curialia.* §. 2. In hac inquiſicione per *modernam* (58) ueram normannie conſuetudinem tres *exonie* & quarta de *uia curie* poſſunt fieri, niſi *primo*, *ſecundo* & *tercio* fuerit celebrata. Si enim *primo* uel *ſecundo* uel *tercio* lata fuerit *exonia* de *uia curie*, *quarta* exonia reprobabitur.

*Inſpectio* ocularis *nullum locum.* §. 3. Notandum eciam eſt, quod in huiusmodi querela *uiſio corporis* non recipitur nec *iurari langor* permittitur. Sed facto ultimo *exonio*, *exoniatoribus* per iuſticiarium precipiendum eſt, ut *exoniatum* habeant ad *primam* aſſiſiam, quem, ſi non habuerint omnes *exoniatores*, & eorum *teſtes* erunt in *emenda* & feodum contencionis in *manu principis* capietur & *uiſio* aſſignabitur de eodem ad *primas* poſt feodi uiſionem *aſſiſias*.

*Modus* procedendi. §. 4. Inquiſicio de *breui* tenebitur & hec obſeruanda ſunt ſiue pars ad *uiſionem* uenerit & ad *aſſiſias* ſiue ſe prebuerit abſentem & huiusmodi

(56) *Currere in haec uerba* eſt Germaniſmus. Nam dicimus: *die worte lauffen dahinaus.*

(57) Nam conſenſu regali opus cum in feudo alienando, tum *in uadiando* ſiue oppignerando. Exempli gratia autem nomine utitur *Richardi* Regis Angliae & Normanniae ducis.

(58) *Moderna* pro, hodierna conſuetudine, dixere huius aeui ſcriptores. Vox barbara eſt, qua tamen delectatus Heinſius. *Moderne*, *mode*, tam in Gallia, quam in Germania uſitatum de *conſuetudine recentiori.* Plura de hoc uerbo diximus in *comment. ad inſtitutiones Iuſtinianeas in prooem. cap. 7.*

*inqui-*

*inquiſicio* in curia tenebitur eodem modo, quo de aliis *inquiſicionibus* ſuperius eſt prolatum.

§. 5. Notandum eciam eſt, quod illud, quod ab *undecim iuratoribus* fuerit concordatum, de querela contenta in breui, debet firmiter obſeruari, non obſtante *duodecimi* contradictione uel non ſcire. Et ſi *duo* iuratorum *X. contradixerint* uel querelam in *non ſcire* reduxerint, dictum eorum *decem* irritatur & totum in *non ſcire* reducitur (59). *Iuratores XI. aduerſus* duodecimum.

§. 6. Ex tenore prenotati breui patet, quod *ſex* per illud inquiruntur, uidelicet: utrum feodum contencionis ſit feodum *poſſidentis* & utrum ſit *inuadiatum* per manum Catonis & pro *quanto* & utrum petens ſit ad *redimendum* propinquior & utrum infra *tempus preſcriptionis* (60) deputatum; utrum autem contencionis feodum ſit *tenentis*, per inquiſitores implorandum eſt. *De feudo uindicando aut reluendo.*

§. 7. Si enim feodum ſit tenentis, quod per *uadium* ad *manum ſuam* non uenerit nec ad manum eorum, a quibus hoc feodum dinoſcitur habuiſſe, eidem in pace remanebit & petens pro *falſo clamore* ad *emenda* compelletur. *Poena* friuoli *actoris*

§. 8. Vnde patet, quod, ſi quis terram ceperit in *feodum* ab eo, qui eam habebat in *uadium*, (61) non propter hoc debet eius *feodum* iudicari. Nullus enim terram, quam tradit uel *feodat*, poteſt *meliores* uel *diuturniores* condiciones facere capienti, quam ipſe habebat in eadem, niſi ſe *Ius* reluendi

(59) Eſt hoc ualde durum, ſed uſu medii aeui adprobatum: *quod duo teſtes non ſufficiant.* Verum requirantur uel XII. uel XI.

(60) Nam praeſcribitur etiam pacto de reluendo: niſi uenditor ſibi reſeruauerit hypothecam. Non enim ſatis eſt formula: *quocunque tempore reluero.*

(61) Neque enim plus iuris in alterum licet transferre, quam quis quod habet.

per *excambium* ad condiciones ſeruandas uoluerit obligare. Si enim quis terram ſibi in *uadium*, traditam alii tradiderit, in feodum tenens ſuper hoc ad *garantum*(62) uocare poterit traditorem, qui eam ſibi tenetur *garantizare* uel excambiare.

*Garantizator gewehrsmann.* §. 9. Qui ſi terra uiſa *garantizare* uoluerit ſuper ſe eius *defenſionem* recipiet &, ſi ſuccubuerit, ad ualorem *excambiabit* (63) *garantizato*.

*Quorum ſi plures.* §. 10. Si uero terra *uiſa*, ſe ei non debere dixerit *garantizare* ipſi tenenti ſua defenſio remanebit &, ſi ſuccubuerit, pro *excambio* recurrere poterit ad *garantum* & tot *garanti* in querela huiusmodi breuii uocari poſſunt, quot in aliis querelis diximus ſuperius euocandos & unusquisque eorum dilaciones ſuas poteſt habere.

*Num feudum ſit pignus.* §. 11. Queritur autem: utrum feodum, per hoc *breue* requiſitum, ſit *uadium*, a iuratoribus inquirendum eſt. Si enim in *uadium* non fuerit, non poteſt per hoc *breue* reclamari.

*Modi, quibus* uadium *conſtituitur.* §. 12. Et notandum eſt, quod *uadium* duobus modis fit. Videlicet cum *unum feodum* pro *alio* feodo uel pro *pecunia* uel pro *re alia* in *uadium* traditur & in huiusmodi terminatione *uadii* debet parti utrique res ſua reſtitui. Quod ſi *uadium* ad aliquam partium fuerit denegatum & poſtmodum per *inquiſitionem* declaratum, petens *uadium* obtinebit & detinens tenetur *amittere ipſam rem*, quam pro *uadio* tradiderit denegato & inſuper *emendare*. Et hoc ad principis, ut dictum eſt, pertinet dignitatem & ei racione *uadii* denegati remanebunt.

(62) Tenetur enim *uenditor* aut traditor ad euictionem. Dummodo ei lis fuerit denuntiata.

(63) *Excambiare* eſt proprie *austauſchen*. Hic accipitur: pro ſoluere ualorem.

§. 13.

§. 13. Alio autem modo fit uadium, cum feodum traditur in *uadium* pro *equo* uel pro huiusmodi usque ad certum *terminum* petenti interim precium rei tradite, de *prouentu feodi* traditi perſoluatur. Huiusmodi autem *uadium* ad terminum petenti quiete debet liberari & denegans conuictus graui *emenda* puniri. *Vadii ſiue pignoris modi alii.*

§. 14. Et quicquid ex eo poſt terminum *leuauerit*, tenetur plene reſtituere petenti uel requirenti & hec omnia debent per huiusmodi *inquiſicionem breuii* penitus declarari. Per cuius autem *manum* factum fuerit *uadium* & maxime, utrum per *manum C.* expreſſi in *breuio* inquirendum eſt, ut, cognita perſona *inuadiatoris*, facilius cognoſcatur, ad quem ius *exuadiandi* (63) pertineat rem petitam. Si enim per *manum* alterius factum fuerit uadium, quam per manum illius, qui expreſſus eſt in *breuio*, totum breuium irritatur, cum falſitas contra hoc inueniatur in eodem. *Reſtituendi fructus.* *Manus manum liberat*

§. 15. Pro *quanto* fuerit *inuadiatum*, inquirendum eſt eo, quod ſi *uadium negatum* fuerit, *redemptionis precium principi* remanebit. Cum per inquiſitionem *uadium* fuerit declaratum. Si uero *uadium* factum fuiſſe confeſſus fuerit, querelatus ſub *maiori* ſumma pecunie quam in breuio ſit expreſſum de *quantitate* pecunie facienda eſt inquiſitio. Et notandum eſt, quod in omni *breuio* facienda eſt inquiſicio de *articulis* in breuio denegatis recognito principali &, qui per inquiſicionem conuictus fuerit, *emendabit*. *Quantitas crediti.*

§. 16. Notandum inſuper eſt, quod *uadiorum* quodam *uiuum* quodam *mortuum* nuncupatur. VADIVM a) *mortuum.*

(63) *Vadium* pignus; *uadiare* pignorare; *uadiator* pignoris largitor; *exuadiare* reluere pignus.

*Mortuum* autem dicitur uadium, *quod* de ſe nichi redimit uel *acquittat*, ut terra tradita in uadium pro *centum ſolidis*, quam, cum obligator rehabere uoluerit, acceptam pecuniam reſtituet in ſolidum. *Viuum* autem dicitur *uadium*, quod ex *ſui* prouentibus *acquitatur*, ut terra tradita in uadium pro C. ſolidis usque ad tres annos, que elapſo anno tercio (64) reddenda eſt obligatori uel tradita in uadium, quousque pecunia recepta de eiusdem prouentibus fuerit perſoluta.

b) *uiuum.*

*Actor qui propinquior?*

§. 17. Utrum autem petens ſit *propinquior* heres *inuadiatoris*, inquirendum eſt. Ad eum enim qui fecit *uadium* uel ad eius propinquiorem heredem pertinet *redemptio* feodi per *uadium* obligati. Ille enim dicitur *uadium facere*, pro quo & ſub cuius nomine feodum per *uadium* obligatur.

*Si uxoris bona pignorata?*

§. 18. Si quis autem *terram uxoris* ſue in *uadium* tradiderit, ipſa deffuncta eius propinquior heres erit ad *redimendum*, cum maritus eam, quaſi *cuſtos* racione uxoris ſue poſſidebat.

*A tempore coronamenti Regis* RICHARDI I. *nulla relutio.*

§. 19. Sciendum autem eſt, quod inquiri debet per hoc *breue*: utrum poſt *coronamentum regis RICARDI* (65) factum fuerit hoc *uadium*. Si enim ante regis *Ricardi coronamentum* uadium factum fuiſſe conſtiterit, non poteſt ulterius reuocari.

*Neque poſt* praeſcriptionis *lapſum.*

§. 20. Et ſciendum eſt, quod huiusmodi preſcriptio ſolebat currere de XXX. annis. Terra

(64) Germanice *uadium uiuum* dicimus: *gegen ablauf.* Nam praedium alteri uenditur, oppigneratur, elocatur, (omne enim hoc unum hic idemque) ea lege, ut prouentus tempore definito debitum abſumant fundusque reddatur liber.

(65) Nam RICHARDVS I. Angliae rex fuerat etiam NORMANNIAE DVX anno CIϽ C XC. coronatus. Poſt igitur XXX. annorum lapſum; partes ſemper requiſiuere, utrum ius *coronatione Richardi* uetuſtius, id eſt, XXX. annis antiquius ſit: an minus.

autem

autem, que ultra *XXX. annorum* ſpacium dimittebatur *inuadiata*, non erat per hoc *breuium* reuocanda. Et quoniam tempus XXX. annorum non erat ad *memoriam* ex facili reducendum; uoluit PRINCEPS NORMANNIE per prudencium uirorum prouincie *conſilium*, ut huiusmodi *preſcriptionis* terminus auctoritate alicuius rei ſolennis uocaretur & propter hoc ſolebat uſitari: utrum *uadium* factum fuerit poſt CORONAMENTVM REGIS RICARDI & poſtea, quia longius tempus fuerat reuolutum & plurimum, quam *preſcriptio* requireret, inſtitutum fuit tempore *illuſtrisſimi regis PHILIPPI* (66) per ordinationem *ſcacarii*, quod huiusmodi *preſcriptio* curreret de tempore CORONAMENTI REGIS RICARDI, de qua ad preſens cum tempus *amplius* (67) poſt CORONAMENTVM regis RICARDI conſtet eſſe, quam requirat preſcriptio reuolutum, expedit *in proximo* per dominum regem, qui ſibi *principis* retinet dignitatem, *preſcriptionis* terminum limitare.

*per Regis Philippi ordinationem ſcacarii.*

§. 21. Inſuper autem ſciendum eſt, quod preſcriptio huiusmodi attendenda eſt in multis aliis querelis, ſicut inferius exprimetur.

*Praeſcriptioni ubique locus.*

§. 22. Notandum iterum eſt, quod ſi querelatus defuerit tradito *breuio* & *uiſione* partibus aſſignata, eius defectus ad *aſſiſiam* debet deferri & in ea debet uocari & pro *deficiente* denunciari &

*Quid ſi contumax reus?*

(66) Nam PHILIPPVS *Auguſtus*, Galliae rex, RICHARDVM & magis illius fratrem IOANNEM Angliae *regem* an. CIↃCC. Normanniae ducatu exuit eundemque adſeruit ſibi ac Galliae regno.

(67) Illud uult, annum 1220, fuiſſe quidem olim trigeſimum a tempore *coronamenti Richardi* Angliae regis: ſed cum plures iam anni poſt lapſi ſint, tum porro non opus eſſe, ut ad diadema Richardi recurratur: uerum illud potius ſatis eſſe, quod requiratur ius poſt XXX annorum lapſum.

eius defectus in ſcriptis in *aſſiſia* redigi & per rerum ſuarum captionem debet iuſticiari. Que ei non debent reſtitui, quousque bonos *plegios* dederit, quod ad primam *aſſiſiam* comparebit iuri pariturus.

*Semel ac iterum.* §. 23. Si autem ad aliam defuerit *aſſiſiam* nolens per rerum captionem comparere in curia, iterum in *aſſiſiam* uocabitur & pro *deficiente* in aſſiſia denunciabitur & *defectus* iſte *ſecundus* in ſcriptis redigetur & precipiet bailliuus ſeruienti bailliuie, quod terram contentionis capiat *in manu regis* pro iuſticiatione.

*Cautio praeſtanda a parte.* §. 24. Nec tamen propter hoc *iuſticiatio* per res facta mobiles dimittatur. Nec huiusmodi *captio* poteſt relaxari, niſi per *baillium* acceptis *plegiis*, quod iuri pariturus ad primam aſſiſiam comparebit. Sciendum eſt, quod, niſi ipſum *plegii* ad terminos habuerint aſſignatos, omnes erunt in *emenda*.

Tertium *contumax.* §. 25. Si uero ad *terciam* non comparuerit aſſiſiam, terra contencionis in *manu domini regis* debet capi & usque ad aliam *aſſiſiam* teneri in eadem & de defectu ſicut ſuperius eſt agendum.

*Quartum ſi contumax,* §. 26. Si uero ad *quartam* non comparuerit aſſiſiam, de defectibus agendum ut ſupra & debet *Tum* uiſio *decernenda licet abſentis.* *uiſio* aſſignari in *abſencia* querelati propter defectum IIIIor *aſſiſiarum* & teneri ſiue comparuerit ſiue non. Et ad tenendam hanc *uiſionem*, *IIIIor milites* ad minus non *ſuſpecti* & de *uicinio*, ſi infra unius *leuce* terminum poſſint inueniri, re-Inſpectores *rei.* quiruntur. Si uero infra leucam non poſſint tot milites inueniri, alii *remotiores* ad hoc debent intereſſe. Qui uero iurabunt de *querela*, ne ad *ignoranciam* redigatur. Sed *uiſionis recordamentum* per eos, ſi neceſſe fuerit, ſuſtinebunt.

§. 27.

§. 27. Et obſeruandum eſt, quod in omni uiſione feodi, cuius querela *tres exonias* recipit, IIII. *milites* (68) non ſuſpecti ad minus requiruntur. Facta autem *uiſione*, ad ſequentem *aſſiſiam*, que *quinta* erit in deductione querele, debet inquiſitio celebrari & poterit utraque pars *ſonare*, prout de iure uiderit expedire. Si uero *querelatus* non uenerit, nichilominus inquiſicio eſt tenenda & iurabitur, ſicut ſuperius in aliis inquiſicionibus dictum eſt. *Inſpectionis requiſita.* *Effectus.*

§. 28. *Bailliuus* tamen iuratoribus ante iurationem precipiet; ne aliquis eorum ad *iurandum* accedat, qui *aliqua partium amore* uel *odio* uel *affinitate* uel *conſanguinitate* (69) uel alia debita *racione* a preſtando iuramento debeat per iudicium amoueri. *Bailliuus admoneat teſtes* iuraturos.

§. 29. Et ſi quis contra hoc ad iurandum acceſſerit, tanquam *pariurus* (70) debet puniri & illa pars terram obtinebit, ad quam per dictum ueniret *iuratorum*. *Sin acceſſerit* inhabilis, *inſtar* periuri *habendus.*

§. 30. Et notandum eſt, quod factis *exoniis* uel *deffectibus* locorum eorum de captatione terre & uiſione tenenda ſimiliter eſt procedendum. Contumacia *ut punienda?*

---

(68) Nam de *feudo militari* teſtis eſſe non debuerat alius, quam miles, id eſt, homo *nobilium* natalium. Hodieque uiuimus his moribus: quando teſtibus docenda *nobilitas atauita* XVI. aut XXXII. maiorum nobilium. Tum enim teſtes ignobiles habentur minus idonei, licet adfirmauerint idem.

(69) Noſtro iure audimus teſtes iuratos nihilominus. Quia parti aduerſae ſeruamus ſua iura in formula: *ſaluis exceptionibus*. Verum hic ſtatuitur ex aduerſo, quod quilibet teſtis, ſi minus idoneus, cauſam ipſe debeat prodere & a teſtimonio dicendo abſtinere.

(70) Quaſi idem eſſet, *peierare* & *iurare temere*.

CAP.

## CAP. XLI.

# De BREVI de feodo & FIRMA (71).

### §. 1.

*Formula* BREVIS *de* feudo *aut* firma.

DE *feodo* autem & FIRMA *breuium* conficitur in hec uerba: *Si Tycius tibi dederit* plegios *de clamore ſuo proſequendo, ſubmone recognicionem de uiſneto, quod ſit ad primas aſſiſias bailliuie ad recognoſcendum, utrum terra quam* disforciat *ei P. ſit feodum, teneuris* (72) *uel firma* nobilis tradita per manum g. poſt *coronamentum regis RICARDI* & ad quem terminum & utrum *dictus Tycius ſit propinquior* heres illius, qui eam tradidit ad firmam. *Viſio* interim teneatur.

*Proceſſus ordo.*

§. 2. In *deductione* huius querele procedendum eſt omnibus modis ut in *breuio* de *feodo* & *uadio* prenotatis. Et notandum eſt, quod, ſi tenens ipſam terram dixerit, ſuum eſſe feodum, negans penitus ipſam eſſe *firmam nobilem* & per *iuramentum iuratorum* ipſam eſſe *firmam* nobilem conſtiterit, licet IIIIor uel plures anni maneant de *firma* adhuc terra ulterius non remanebit *tenenti* eo, quod eam aſſerebat ſuum eſſe *feodum* fraudulenter. Et dominus *rex* pretium habebit *annetarum reſiduarum*; remota tamen inde *firma*, que reddi ex ea debębatur.

*Termino* firmae *elapſo.*

§. 3. Notandum eciam eſt, quod ſi per iuratorum dictum fuerit declaratum terminum *firme uno anno* uel pluribus iam fuiſſe elapſum, ipſe *tenens* precium *annetarum* (73) poſt elapſum deten-

(71) *Firma* dicitur a ſtabilitate aut *firmitudine*. Inde *firmae* nunc feuda hereditaria; nunc *emphyteuticea*; nunc *laſſitica* bona; nunc *conductitia* iure perpetuario.

(72) *Feuda* Anglis dicuntur, a *tenendo* aut poſſidendo, *tenurae*, *tenementa*. Vti *allodia* dicere a *poſſidendo* ſolent *poſſeſſiones*, Germanice *ein Ritterſitz*.

(73) *Annatum* idem eſt, quam *anni ſpatium*. Inde *annatarum*

torum

torum, poſt reclamationem partis aduerſe tenebitur reddere requirenti.

§. 4. Multi autem *iurisperiti* dicunt & conſentiunt, quod ſimiles debeant fieri inquiſitiones de *terris*, quas aliquis alicui commiſerit *cuſtodiendas* & inquiri debet, utrum ipſa *terra* contentionis ſit feodum *tenentis* uel terra tradita ei ad *cuſtodiendum* per manum requirentis uel eius anteceſſoris. *Idem in custodia terrae.*

§ 5. Et ſimiliter agendum eſſe credamus de terris traditis alicui in *preſtitum* (73) & inquiſiciones ſimiliter de iure eſſe faciendas. Nulla enim eſt racio, quod poſt requirendum ſit de *uadio* uel *firma mobili*, quam de commiſſione terre in *cuſtodia* (74) uel *preſtito* facto de eadem & omnes raciones, que faciunt, ut inquiratur de *firma* mobili & de *uadio*, faciunt eciam, ut inquiratur de *cuſtodia* & *preſtito* & licet per hec *breuia* currere non ſoleant, *formam* tamen in inquiſitione facienda *breuiorum* retinent predictorum. *Idem in praeſtito.*

## CAP. XLII.

# De breui de STABILIA & RECOGNITIONE.

nomen in iure eccleſiaſtico. Quapropter *princeps* ſede uacante ſibi arrogauit *unius anni* reditus epiſcopi, canonici, abbatis, antiſtitis. Sed quod ſit *annetum*, illud neſcirem definire, ſi quidem ſana ſcriptura.

(73) *Praeſtitum* eſt idem, quam *canon annuus*, a praeſtando dictum. Igitur pro annuo cenſu traditus fundus, id eſt, elocatus, dicitur *terra in praeſtitum*. Quam dominus iterum poteſt uindicare. Vel ſemper & cum lubet uel temporis definiti ſpatio elapſo.

(74) *Cuſtodia* idem eſt, quam *tutela*. Inde *terra incuſtodia*, eſt terra iure tutelari poſſeſſa. Idque liberiori conditione, quam per leges Latii. Quoniam tutelae, patrio iure, ſunt *fructuariae*. Quo de in opuſculo ſingulari: *de tutela fructuaria*.

§. I.

§. 1.

*Iuriſdictio corporum principis ſolius.*

CUm in NORMANNIA iuriſdictio *corporum* ad *principem* pertineat (75) eo, quod *fidelitate legitima* ſoli principi teneantur; uolens diuitum & potentum iniurioſam reprimere maliciam *duas leges recognitionum* communi tam *prelatorum* conſilio, pia intentione *ſtabiliuit*, quam *baronum*.

*Duplex a*) ſtabilia *b*) recognitio *ſuper* demanda.

§. 2. Vnde uidelicet dicitur STABILIA & altera RECOGNITIO de ſuper *demanda* uocitatur per *breuia* currentes, quas *querelati* de *poſſeſſione* ſua feodali contra *querelantes* petere poterunt & habere. Querelantibus autem ubi non *ſpontanee* querelati conſenſerint & conſenſerunt penitus & denegatur huiusmodi *breuia* de proprietate *feodi*, ad quem proprie pertineat, inquiretur.

Breue *de* STABILIA.

§. 3. Fit autem breuium de STABILIA (76) in hac forma: *Queritur N. quod S. iniuſte exigit ab eo quandam terram apud uallonium unde petit domini principis normannie STABILIAM & ad RECOGNITIONEM, quis maius ius habet in illa.* Ille, qui *tenet*, an ille, qui exigit & terra interim *uideatur*. *Plegiis* prius receptis de *ſtabilia proſequenda* & *uiſoribus ad uiſionem* ſubmonitis uiſioneque ſuſtentata dies ipſis & aduerſis partibus aſ-

(75) Inde etiam *criminalis* iurisdictio quondam nullius, quam *principis*. Neque aliud patiebantur uel *libertas* ſubditorum uel rei *grauitas*; ut ſubditus in ſubditum exerceret ius uitae & necis aut adſtringeret eum ſeruitiis immenſis. Sed cum iurisdictio criminalis plerumque oneroſa: principes illam poſtea ſub nexu clientelari contulerunt ſuis uaſallis. In Germania noſtra praeſertim: in qua pleraque praedia nobilium hoc iurisdicundi genere gaudent inſtructaque ſunt carnifice & mala cruce.

(76) *Stabilia bona* eadem, quae immobilia, iacentia *liegend.* Nam oppoſitum eorundem, *mobilia* bona, quae audiunt *currentia fahrend.* Igitur *breuium* de *ſtabilia* eſt decretum principis ſuper fundo, dolo alterius ac minis impetito, ut interim manu principis teneatur, usque dum facta cauſae deciſio.

ſigne-

ſignetur. Et *exonie*, ſi facte fuerint, ad inſtantiam partis aduerſe, *ſaluande* ſunt. *Exoniae.*

§. 4. Deffectus *exonias* & dilationes omnes deductio huius breuii recipit. Et huiusmodi breuii *exonie* & *deffectus* faciendi ſunt eo modo, quo in *breuio* de *feodo* & *uadio* ſuperius eſt expreſſum. *Proceſſus ordo.*

§. 5. Sciendum eciam eſt, quod facto *tercio exonio* in curia precipiendum eſt a iuſticiario *exoniatum* uideri & querendum eſt ab eo, qui eum *exoniat* (77), ubi eum dimiſerit *infirmatum*. Quo expreſſo, aſſignandus eſt dies *uiſionis*, ad quam debet uideri, ſicut in *capitulo* de *langore* eſt expreſſum. Exonia *quot?*

§. 6. Sciendum eciam eſt, quod poſtquam aliquis aliquem in curia *exoniauerit* ad omnes terminos curie tenetur ſe offerre, quousque *exoniatus langorem* iurauerit uel ad curiam ſe preſentauerit *exonias* ſuas ſaluaturus. Et ſi quis contra hoc defuerit, omnes *exonie* pro defectibus reputabuntur. Facta autem *uiſione* corporis poteſt *exonium* fieri de *uia curie* ubi ante *uiſionem* factum fuerit & receptum. *Et quae?*

§. 7. Huiusmodi autem *breuii* proceſſus faciendus eſt in hac forma. Breuium autem STABILIE requiritur, cum quis ab aliquo *terram* uel *redditum* uel *feodum* uel aliud, quod poſſidet, interrogat aut requirit & cum hoc querelatus pro reſponſione ſua ad querele ſue *deffenſionem* propoſuerit STABILIVM (78) domini principis *normannie* paratum ſe ſuſtinere debet STABILIAM *uadiare* (79) Stabiliae *quando locus?*

(77) *Exonium* idem, quam excuſatio abſentiae; *exoniatus* excuſatus; *exoniare* excuſare. Etymon ſubobſcurum. *Verſäumnuſs*, *am termin ſich verſaumet*, dicimus in uernacula: purgatio neglectus *exonium*, *ausſaumnuſs*, excuſatio.

(78) Quaſi *manutenentiam* principis aduerſus iniurias ac uim.

(79) *Vadiare* eſt cauere.

& dare

& dare *plegios* (80) afferendi eam infra *quindenam* & requirendi terminum *uiſionis* ſuſtinende. Si uero in curia principis petierit *ſtabiliam*, ei terminum iuſticiarius aſſignabit *uiſionis* & *breuium* confici faciet prenotatum.

*Taxa* breuii. §. 8. De quo breuio *clericus iuſticiarii*, qui illud *confecit* ſeptem habebit *denarios*, (81) & ſeruiens, qui *uiſionem* tenebit *XI. denarios* habebit pro liberatione ſua. Nec de illo breuio aliquid ultra poſſunt requirere, licet in pluribus locis & diuerſis terris hoc teneatur & inprimis debet dare *plegios* ſeruienti de *breuio* proſequendo, quibus datis debet *uiſio* aſſignari.

*Poena contumaciae primae a*) mulcta. §. 9. Si autem lator *ſtabilie* ad proſecutionem breuii defuerit, ipſe & *plegii* ſui, quos de proſequendo *breuio* tradiderit, per *catallum* (82) iuſticiandi ſunt per preceptum *aſſiſie*, in qua debet in ſcriptis redigi defectus, quem fecerit & notari. Si uero ad *ſecundam aſſiſiam* non uenerit ſe offerens, iuri pariturum feodum contentionis pro iuſticia, id eſt, tanquam *catallum* arreſtetur & in manu principis teneatur. Et huiusmodi *iuſticiationes* non ſunt remittende, quousque bonam ſecuritatem dederit de *emenda* & maxime, quod iuri ad primam comparebit *aſſiſiam* pariturus.

*b*) *ſequeſtratio rei*. §. 10. Si uero ad *terciam* non uenerit *aſſiſiam* feodum contentionis de ipſa querela in *manu principis capiendum* eſt ſolenniter & tenendum &

(80) *Plegii*, fideiuſſores.

(81) Pro ratione & ualore numorum iſto aeuo. Cum uero auri & argenti pretia nunc creſcant iterumque deminuantur: nihil ini qui habet, ſi *taxae* multoties mutentur.

(82) *Catallum* idem, quam *mulcta*, pecuniaria poena. Quia ſummam aeris dicimus *catallum*, *das capital*. Hinc etiam cautio facta aere dicitur *per catallum*.

hoc

hoc ad *audientiam parochie* (82) & *uicinorum* congregationem per *ſeruientem* debet denunciari. Cum autem princeps ſiue eius iuſticiarius ipſam contentionem per *quadragenariam* usque ad *quartam aſſiſiam* tenuerit alio *iuri* non *comparente* (83), in *quarta aſſiſia* per iudicium debet *uiſio* aſſignari in abſencia partis diffugientis & teneri & ad hanc *uiſionem* decet ad minus IIIIor *milites* non ſuſpectos, cum aliis XII. hominibus fide dignis non ſuſpectis intereſſe. Ita quod per XII. eorum non ſuſpectos, quorum *IIIIor milites* ſint, ſi opus fuerit, ualeat uiſio *recordari*. c) *Viſio.*

§. 11. Viſione autem facta debet diffugiens per *IIIIor aſſiſias*, quarum quelibet XL. dierum obtineat ſpacium, *euocari* & contencio in manu principis teneri & in *quarta* ultima aſſiſia elapſa *hora*, legibus debita, uidelicet *hora meridiana*, infra quam querelantes ad diem aſſignatam ſe debent curie preſentare, ſaiſina feodi querele debet tribui *exigenti*. d) *euocatio.* e) *executio.*

§. 12. Si uero *exigens* defuerit, eius defectus debet ad primam *aſſiſiam* reportari in ſcriptis redigendus & lator *ſtabilie* (*) recedet ſine diei asſignatione cum *ſaiſina*, quam habebat, quam in pace tamdiu poſt aſſumptam *ſtabiliam* (**) poſſidebit, quousque per iudicium cauſam obtineat uel amittat. *Quid ſi contumax; actor.*

(82) *Parochia* non in ſenſu eccleſiaſtico hic ſumitur, uerum communi ac uulgari, *pro coetu plurium*, in uicinia habitantium. Nam ideo uni templo plures deſtinati, ut conſtituant eccleſiae quoque *parochiam*.

(83) *Iuri comparere* idem eſt, quam in iudicio ſe ſiſtere.

(*) Lator *ſtabiliae*, id eſt, manutenentiae principalis. Nam *ſtabiliam* hoc fine princeps concedit: ne alter poſſeſſionem infringat aut in eadem turbet. Eſt enim *ſtabile* idem, quam *durabile*.

(**) Poſt *adſumtam ſtabiliam* idem, quam poſt obtentum & acceptum decretum inhibitorium, *de non turbando*.

*Terra ſeque-ſtrata a principe.* §. 13. Et ſciendum eſt, quod terra capta per iudicium in *manu principis*, ſi eam eius *poſſeſſor* requiſierit in *asſiſia* ſemel reddenda eſt & extra asſiſias nequaquam. Si autem iterum *terra capta* fuerit, nullo reddenda eſt, quousque contentio fuerit determinata. Si uero contencio per iudicium factis *defectibus* indebitis *uiſa* fuerit, usque ad diffinitionem querele in *manu principis* eſt tenenda.

*Teſtes militari ſanguine nati.* §. 14. Sciendum enim eſt, quod, ad *recognitionem* huiusmodi *breuii* faciendam, debent iurare *milites* & alii ex *militari ſanguine* (84) procreati & alii homines fide digni, qui infra *uiſnetum* (85) originem contraxerunt & *reſidenciam* diuturnam, qui tales eſſe debent, quod de eis debite preſumatur & quod rei *ueritatem* de eo, quod ſciuerint, proferant inquiſiti & *iurabunt in conſpectu* partium, ſicut ſuperius declaratur & partes aduerſe ſconabunt ſi uoluerint, quos *ſuſpittionis* racio debita de *iuratione* demonſtrauerit amouendos. Et ſi *milites* uel *nobiles* infra *uiſnetum* (86) non ualeant inueniri, per alios de uicinio quos fide dignos fama fecerit, inquiſitio teneatur.

*De* uicinio *qui dicantur?* § 15. De *uicinio* autem illos dicimus, qui infra *leucam* uel in *parochia*, in qua fundus contentionis ſitus eſt, *reſidenciam* obtinent *originalem* (†) uel in parochiis eidem adherentibus immediate.

(84) Nobilitatem gentilitiam hic intelligit. Nam nemo tum *miles*, quam *nobilis*. Sed ideo non omnis nobilis miles.

(85) Hoc eſt in *conſpectu* quaſi nati ſunt.

(86) *Viuetum*, uiſio, *beſichtigung*. Locus *infra uiſnetum* eſt locus *eiusdem conſpectus*, *in einer reſier, ſlur*, *lage*, *bezirck*, dicimus in uernacula.

(†) Nam ſi aduenae, non creduntur rei habuiſſe notitiam. Hodieque atauia nobilitas ita probatur: *wenn Edelleute aus dem lande ſolchen aufgeſchwohren.*

§. 16.

§. 16. Sciendum eciam eſt, quod ſi *XI. iuratores* conſenſerint, dictum XII. nullam efficaciam obtinebit &, ſi *duo* eorum X. contradixerint uel in *non ſcire* ueritatem rei reduxerint inquirende, totum in *non ſcire* redigetur. *Numeri teſtium.*

## CAP. XLIII.

# De BREVI de SVPERDEMANDA.

§. I.

DE *breuio* autem, quod de *ſuperdemanda* (87) appellatur, conſequenter agendum eſt. Quod tale *nomen* ſortitum eſt propter hoc, quod ad *deffenſionem* earum rerum uidelicet *reddituum* uel *ſeruiciorum* pretenditur, que per dominos *feodorum* a *tenentibus* ſuis indebite petebantur. Et *deffenſione* huiusmodi breuii uti poſſunt omnes illi, qui *terras* uel *feoda* poſſident, de quibus domini *feodorum faiſancias* requirunt ampliores, quam de feodis habere debent per eorum poſſeſſores. *Demandae definitio.*

§. 2. Multa enim ſeruicia & *faiſancie amore* uel *timore* (88) feodorum dominis perſoluuntur, que *hereditarie* ab eis non debent poſtulari & *Nam, quae ex liberalitate, illa non ex debito.*

(87) *Superdemanda* una uox, ſenſu eadem, quam *mandatum in exceſſu iniuſtum.* In uernacula: *über die gebühr den Vaſallen anſtrengen und beſchwehren. Super* enim hic idem, quam ultra *modum*, in lege definitum: *demanda* idem, quam *petitum* aut *mandatum.* Hinc etiam quiuis exceſſus in *petendo*, *agendo* & *iudicando* audit *ſuperdemanda*.

(88) Haec uerba omnino faciunt ad rem. Quis enim bonus *uaſallus* litigare uellet cum ſuo *domino*, requirente ipſum in re modici damni aut praeiudicii? Sed inde ſi dominus ex *gratuito* facit *debitum*, omnino uaſallus habet, de quo iuſtas moueat querelas. Ideo cauere ſolent etiam noſtri ruricolae, ne faciliores ſint iuſto in angariis. Vulgi ſermone dicitur: *aus bittfuhren werden mit der Zeit Zwangfuhren.* Sed in his modum tenere, *iudicis* eſt, rerum omnino gnari. Multoties enim peccatur ignorantia; nonnunquam partium quoque ſtudio.

propter hoc, ductu diuine pietatis, *principis normannie*, *ſtabiliuit* ſolercia, ut in huiusmodi caſibus *breuium* de *ſuperdemanda* fundi, feodorum haberent poſſeſſores, quod conficitur, in hac forma.

Formula ſuperdemandae.

§. 3. Queritur N. quod *Tycius* (89) iniuſte exigit ab eo ſeruicium *ſecandi guerbas* ſuas racione feodi ſui, quod tenet de eodem. Vnde petit *ſtabilimentum* domini *regis*, quis maius ius habeat, ipſe tenens, qui *disforciat* uel exigens, racione feodi prenotati.

*Proceſſus.*

§. 4. Propter quod, ſi dederit *plegios* de breuio ſuo proſequendo, ſubmone recognitionem de *uiſneto*, ut ſit ad primas *aſſiſias bailliuie* ad proſeuerendam ſuper hoc ueritatem. Interim *uiſio* teneatur. *Breuium* autem huiusmodi omnes condiciones & proceſſus breuii retinet ſupradicti.

## CAP. XLIV.

## De BREVI de feodo & ELEMOSINA.

### §. 1.

*Definitio.*

POſt predicta uidendum eſt, quod per breue de *feodo* & *elemoſina*, ad inſtanciam poſſidentis, quedam inquiſicio in *normannia* uſitatur,

(89) Vti iura Latii, exempli loco, utuntur *Titii* & *Sempronii* nominibus: ita Graeci contra adhibent nomina *Petri* & *Pauli*. Id eſt talia, quae in uernacula ſua uſitata ſunt. Hinc etiam *philoſophis* Petri & Pauli nomina in uſu. Quoniam Graecis debetur philoſophia. In patrio ſermone concinnum magis eſſet, etiam patria nomina adhibere. Sed, licet olim ſacro fonte & aqua tincti aut conſperſi, alia *nomina* apud nos non haberent, quam Germanica: ſeculo tamen XII. contigit, ut *Latina nomina* etiam tranſcenderent alpes & ad nos peruenirent. Hac potiſſimum cauſa: quoniam nomina *baptiſmatis* aut ſacrae initiationis, ſuperſtitione duce, requirimus a *diuis* ſiue *ſanctis canonicatis*, coelitum numero adſcriptis ſolemniter.

que

que ſolis *poſſeſſoribus* conceditur *querelarum*. Si quis enim ab aliquo petit in curia *laicali* feodum aliquod, tanquam *hereditatem* ad ipſum pertinentem, *querelatus*, ſi uoluerit inquiſicionem habebit, utrum *feodum contencionis* ſit *elemoſina* poſſidentis uel *laicale feodum* requirentis & conficitur breue in hac forma.

§. 2. Si N. dederit *plegios* (90) de *clamore* (91) ſuo proſequendo, ſubmone recognitionem de *uiſneto*, quod ſit ad primas *aſſiſias bailliuie* ad recognoſcendum; utrum *feodum* quod P. exigit ab eo ſit *elemoſina* poſſidentis uel *laicale* feodum requirentis. Viſio autem feodi interim teneatur. **Breuis formula.**

§. 3. Huiusmodi autem *breuium* deductionem recipit in *breuio* de *ſtabilia* ſuperius annotatam. In hoc autem caſu poteſt *querelatus* aliam pretendere, ſi uoluerit *deffenſionem*, que fit per *inquiſicionem* ſine *breui racione preſcriptionis*. Si reſpondeat, ſe non debere ſuper *uiſo feodo*, contra querelantem reſpondere (92) in curia *laicali*, cum illud per XXX. *annos completos* pacifice tanquam *elemoſinam* ad ipſum poſſiderit pertinentem. Super quo inquiſitionem patrie paratus eſt ſuſtinere. **Proceſſus.**

§. 4. *Viſio* debet de inquiſicione ſuſtinenda *aſſignari* & huiusmodi *inquiſicio* uſus & modos retinet procedendi, quos retinet *breue noue deſſeſine* (93). Si autem querelatus harum deffenſionum nullam uoluerit pretendere *racionem*, per *legem* **Praeſcriptio *XXX. an.***

(90) P*legii* iidem, qui fideiuſſores, ut ſaepe dictum.

(91) *Clamor* idem, quam *actio*.

(92) Eſt enim *praeſcriptio* inter exceptiones referenda, litis ingreſſum impedientes.

(93) *Breue nouae deſſeſinae* eſt quidem ſigillatim expoſitum multoties. Nam *breue* in uernacula *ein brief*. *Deſſeſina* idem, quam *depoſſeſſio*, deiectio de poſſeſſione. *Breue noue deſſeſinae* igitur *decretum reſtitutorium poſſeſſionis recuperandae*.

 patrie

*patrie* deffendet *feodum* querele uel amittet. Si autem reductum fuerit in *non ſcire*, hiis caſibus prenotatis huiusmodi rei *iurisdictio* iudici *eccleſiaſtico* remanebit.

*Proceſſus* contra *eccleſiam.* §. 5. Si quis enim petat e conuerſo aliquod feodum, tanquam *elemoſinam*, quam aſſerat poſſidens ſuum eſſe feodum *laicale*, inquiſicionem, ſi uoluerit, ipſe habebit, utrum feodum petitum ſit ipſius *tenentis* feodum *laicale* uel *elemoſina* requirentis.

Formula *breuis.* §. 6. Et conficitur breue illud modo ſupra dicto uerſo termino *tenentis* & *requirentis.*

*Forum curia principis.* §. 7. Et notandum eſt, quod in quacunque curia huiusmodi *inquiſitiones* requiruntur, in *principis* tamen *curia* debent teneri & omnes alie *inquiſitiones*, que ad declarationem *iurisdictionis eccleſiaſtice* & *laicalis* occaſione pertinent *feodorum* & ad huiusmodi inquiſitiones faciendas, debet *ordinarius* uel *uices gerens* ipſius perſonaliter intereſſe & ad hoc debet legitime *ſubmoneri.*

*Forum* controuerſum. §. 8. Si quis *iurisdictionem* iure contentionis ſibi uoluerit uendicare in *eccleſiaſtica curia*, ſopita erit contentio, quousque declaratum fuerit, ad quam curiam huius rei pertineat iurisdictio (94). Et ſi in *non ſcire* inquiſitio reducta fuerit, ad curiam recurrent, ſub qua poſſeſſor ſe deffendere contendebat.

Donatio *ad pias cauſas prohibita.* §. 9. Sciendum eciam eſt, quod nullus in *normannia* poteſt de *feodo* ſuo *laicali* puram facere *elemoſinam* ſine conceſſione & aſſenſu *principis principali* (95). Cum enim princeps iuſticiatio-

(94) Eſt enim haec *quaeſtio praeiudicialis*, ante expedienda, quam *litis* fiat *conteſtatio.*

(95) Donatur feudum eccleſiae uel cum onere ſeruitiorum uel ſine eo. In *ultimo* nihil agitur: in *primo* etiam dominus ſentit damnum. Nam *clerici* inhabiles ad ſeruiennem

nem & iurisdictionem habeat in omnibus feodis *laicalibus* in *normannia* & *forsiuraciones* curie & reſponſionem de dominis feodorum coram ſe ſuper hiis, quibus eos uoluerit accuſare: palam eſt, quod ipſe ſolus poteſt *puram elemoſinam* facere, cum alius non poſſit has principis conferre in *elemoſinam* dignitates. Nemo, in ſuo feodo aliquid poteſt *elemoſinare* (96) niſi, quod habuerit in eodem & hoc in *terris* manifeſtum eſt per alios dominos *elemoſinatis*. *Princeps* enim ſuam habet *iurisdictionem* plenam de eis, que ad *feodum* pertinent *laicale*, ſuper illos uideſicet qui fundum poſſident eorumdem.

§. 10 Et illi, quibus collata eſt *elemoſina*, illud percipient in eisdem, quod ad dominos pertinebat. Conferentes & illud ſolum in *feodis elemoſina* dici poteſt (97). Nullus autem in feodo, quod *elemoſinauerit*, poteſt aliquam iurisdictionem reclamare, niſi eam ſpecialiter retinuerit in eodem. *Res tranſit ad eccleſiam cum onere.*

§. 11. *Elemoſina* autem *pura* eſt, in qua princeps

dum in militia. Deinde eccleſiaſtica bona ueniunt in manus mortuas & deſtituunt dominum ſpe aperturae. Taceo incommoda alia. Vt, niſi donationibus, ad pias cauſas ſtatuatur modus: demum eccleſiaſtica bona capient inuidenda incrementa, ut respublica poſt quaerenda in eccleſia & quae reliqua.

(96) *Eleemoſinare* idem, quam eccleſiae donare inſtar eleemoſinae. *Eleemoſinatum* idem, quam donatum.

(97) Nemo enim plus iuris poteſt in alium, adeoque ne in eccleſiam quidem, conferre, quam quod habet. Verum eccleſiae & clerici ſibi falſo perſuadent, quod ex indole eccleſiaſticorum bonorum, donata ad pias cauſas conſequantur immunitatem. Quod eſt omnino falſum. Nam uſus hoc docet perpetuus, etiam in Germania cognitus ex inſtrumentis: quod praedia donata ſine onere ſeruitiorum feudalium opus habuerint conſenſu principis territorialis eoque ſingulari. Alias neque eccleſiae ac clerici ſe ſubtrahere poſſunt oneribus, quae oſſibus fundi donati adhaerent.

*Pura* eleemoſina *quae?*

nichil *terrene* retinet ſibi *iurisdictionis* ſeu dignitatis. Et huiusmodi *elemoſine totalis* iurisdictio, ad *eccleſiaſticam* pertinet dignitatem.

*Elemoſina praeſcribitur XXX. annis.*

§. 12. Cum autem omne *feodum*, quod ſub nomine *elemoſine* ſeu tanquam elemoſina per XXX. annos in *pace* poſſeſſum fuerit euidenter, pro elemoſina debet haberi ac teneri. Nec in *laicali* curia ſuper eo, in quantum eſt elemoſina, nullus teneatur (98) reſpondere.

*Reuocari tamen poteſt, in maritagio.*

§. 13. Tamen ſi per breue de *dote* uel de *maritagio* impedito fuerit requiſitum *laicalis* curia, ius ſuper hoc *requirentibus* exhibebit. Aliquis autem poſt impeditum *uxoris* ſue *maritagium*, per ſpatium XL. ſeu L. ſeu LX. annorum poteſt uiuere cum eadem. Anno tamen poſtea (99), quo uir eius deceſſerit, poterit relicta, quicquid uir eius de ſuo *maritagio impediri* conſenſerit uel *impedierit*, reuocare, cum uiuente *marito* ſine ipſo in *nichillo* audiretur.

*XL. L. & LX. annis.*

*Poſt infra annum & diem.*

§. 14. Et hec reuocatio per *breue* de *maritagio* fieri poterit impedito infra *annum* & *diem*, quo uir eius deceſſerit, ſicut in *capitulo* huiusmodi *breuis* ſuperius eſt expreſſum. Elapſis autem *die* & *anno* poſt uiri ſui deceſſum elemoſinam per XXX. annos poſſeſſam, non poterit reuocare.

(98) Quoniam, uti ſupra dictum, poſt XXX. annos poſſeſſor ſecurus eſt ipſo iure. Nihil hic de *bona* uel *mala fide*: quae ideo hic non attendenda, quoniam *legislator* priuat alterum re illa, quam dominus in manibus & poſſeſſione aliena reliquit. Siue poſſeſſor *bona* ſiue *mala* fide fuerit uſus. Eſt enim hoc inſtar *fatalis* aut ſpatii, in iudicio definiti, poſt quod alter porro non auditur. Quoniam praeſcriptio tum facit ex iniquo aequum; ex iuſto iniuſtum.

(99) Matrimonio enim durante uxor agere non poteſt. Igitur axioma tum iuris locum habet: non ualenti agere non currit praeſcriptio.

§. 15.

§. 15. De feodis autem in *dotem* traditis uel per uiduitatem poſſeſſis, ſi per *dotatas* uel per *uiduitates* fuerint impedita, poterit fieri ſimiliter reuocatio, cum nichil hereditatis habeant in eisdem. *Quid in* dote?

## CAP. XLV.
## De inquiſicione de FEODIS.

§. 1.

DE feodis autem *uenditis* fit inquiſitio, ad ipſa per datum *precium* reuocanda (100). Sciendum eciam eſt, quod nullus omnino feodum uenditum poteſt reuocare per *mercatus* precium, niſi infra *diem* & *annum* mercatus facti reuocator *clamorem* iuſticie de ipſo fecerit reuocando. *Feudum uenditum* reuocatur. *infra* diem *&* annum.

§. 2. Notandum eciam eſt, quod, quibus de *conſanguinitate* uenditoris, ad quem hereditas uendita hereditarie aliquo modo poterit deuenire, ipſam poteſt per precium reuocare. *A* conſanguineis.

§. 3. Notandum eciam eſt, quod ad *propinquiorem* pertinet, reuocatio feodi uenditi facienda. Si autem *propinquior* tacuerit, quousque per alium in curia fuerit reuocatum, audiri ultra non debebit (1). Si autem propinquior reuocauerit *Propinquioribus.*

(100) Ius *reuocandi* illa, quae a rerum *dominis* alienata ſunt, eſt quidem proprium Germaniae & populis uicinis. Nam TACITVS *de M. G.* auctor eſt: quod uti Romani *familias* habeant colantque, id eſt, ſuperſtite ſtipite communi deſcendentes liberos & poſteros: ita Germanorum *agnati* omnes, ſocii eiusdem *clypei*, *domus*, *nominis* conſtituant *unam gentem*, mutuo ſibi nexu addictam. Hinc mutuae *ſucceſſionis* & *defenſionis* leges & illa prohibitio: ne extra *gentem* uel alienatio fiat uel ius *retractus* & *reluitionis* pateat cuique *gentili*. Idque ob fauorem ſingularem gentium conſeruandarum. Inde omnes *gentiles* inſtar filiorum familias & heredum *ſuorum*. Cum, per Latii iura, omnes extra *familiam* extranei & unius ibi familiae, hic unius gentis *domus*.

(1) Igitur *ſilentium propinquioris* habetur aeſtimaturque pro *conſenſu*.

& alii *comparticipes* (2) portionem in *reclamatione* (3) illa habere uoluerint, antequam mercatus fuerit reuocatus & ipſam requiſierint, in curia obtinebant ſoluendo *precii quantitatem*, que ad *eorum* pertinet *portionem* dum tamen in *feodo*, ut propinquiores habeant racionem reuocandi.

*Poſt eos* Dominus *feudi* §. 4. Si autem omnes *conſanguiuei* tacuerint dominus feodi reportans *homagium* de uendente feodum uenditum poteſt (4) reuocare.

*Quid parentes?* §. 5. Notandum eciam eſt, quod, licet emtor uel uenditor *mercatum* factum *deoffent* (5) parentibus uenditoris, uel dimittant mercatum uel perſoluant precium, non tamen ad hoc tenentur; ſed, cum ſibi uiderint expedire, reuocabunt, tempore tamen reuocationi deputato.

*Proceſſus reuocatorius.* §. 6. *Reuocator* autem terminum debet habere usque ad *primam aſſiſiam* precium perſoluendi, dum tamen ſpacium obtineat XL. dierum & interim mercatus erit in *manu principis*.

Tempus *ad reuocandum* §. 7. Debet inſuper per iuſticiarium iniungi *reuocatori*, quod, niſi *precium* ad terminum perſoluerit aſſignatum, mercatus emptori ſuo remanebit & ſic per *aſſiſtam* ſequentem firmabitur reuocatio per deffectus reuocantis, qui ſi in ſolutione precii defuerit, audiri ſuper hoc ulterius non debebit.

(2) Niſi res ſit *indiuidua*, tum uni relinquenda. Neque plures eſſe poſſunt eiusdem iuris aut *gradus*, uti in Latio: quoniam patria iura ſucceſſionis propinquitatem ex *lineis* aeſtimant. In eademque locum ſemper faciunt primogeniturae.

(3) *Reclamare* idem quam reuocare, uindicare, *widerruffen*. Hinc iure precario facta alienatio: *biſſ auf widerruff*.

(4) Nefas eſt alias, feudum a domino reuocari. Quoniam ei non licet *feuda conſolidare*, ne uaſallorum decreſcant numeri in reipublicae & ordinum perniciem.

(5) *Reofferre* iterum *offerre* & idem forte *deofferre*, *Vorantragen*.

*Quid ſi emtio negata?*

§. 8. Si autem *emptio* negata fuerit, *uiſio* debet aſſignari & feodum in *manu principis* teneri, quouſque per inquiſitionem declaretur; utrum feodum *uenditum* fuerit & pro quanto (6). Et huiusmodi querela noue *deſſeſine* deductionem recipit. Et ſi *emptor*, qui mercatum negauerit, per inquiſitionem ſuper hoc conuincatur & datum *precium* remanebit *principi* (7) & *feodum* requirenti.

*Quid ſi acceſſerit aliquid?*

§. 9. Notandum eciam eſt, quod quidquid in empto *feodo* miſerit emptor, poſt *clamorem* factum reuocandi, remanebit obtinenti. Illud autem, quod ante clamorem factum *miſerit* in eodem, debet a reuocante reſtitui. Si autem emptor ſe aſſerat, in empto feodo plus dediſſe, quam reuocans ei offerat pro eodem, huiusmodi quantitas per *ſacramentum emptoris* & uenditoris (8) inquiratur.

*Quid ſi lateat* quantitas *pretii.*

§. 10. Si autem *diſcordes* fuerint, per inquiſitionem *uicinie* declaretur & per *emendam catali* (9) condempnatus ſuper hoc puniatur.

Ordo *in reuocando.*

§. 11. Notandum eciam eſt, quod ſi quis feodum aliquod acquiſierit & illud uendiderit, *quilibet de conſanguinitate* illud poterit reuocare, dum tantum *propinquiores* taceant ne requirant.

*Reſpicitur in lineis.*

§. 12 Notandum eſt iterum, quod *dominus* feodi tunc locum habet *reuocandi*, cum per nullum de *conſanguinitate* reuocatio excitatur. Nullus

(6) Nam *reuocatoria* actio locum habet tantummodo in *emtione*. Nulla autem iura *protodonationis*.

(7) Eſt igitur haec poena *mendacii*. Quae noſtris moribus exulat male, praeſertim in rebuspublicis chriſtianis.

(8) Nam *pretium* eſſe non debet *ſimulatum*, in fraudem illius, cui ius reuocandi. Multoties enim *maius* pretium fingunt; ad deterrendum agnatos a reuocando.

(9) Pretium ipſum *catallum das capital* ſolet amittere.

eciam

eciam eſt, qui attingat uenditorem ſolum ex parte *patris* reclamare poteſt feodum, quod mouet ex parte *matris* nec contra. Sed ſi *linea* (10) a qua deſcendit *feodum totum* tacuerit, per dominum *feodi*, non per aliam *lineam* poterit reuocari.

*Quid ſi in 2da aut 3tia manu.*

§. 13. Sciendum eciam eſt, quod ſi feodum uenditum ad *ſecundam manum* uel *terciam* & ultra ex *manu* emptoris tranſierit (11), eo modo poterit contra detinentes reuocari, quo contra ipſum emtorem reuocaretur. Et fiet inquiſitio; utrum emptor illud emerat &, poſt emptionem factam, traditum fuit detinenti per emptorem uel per aliam, qui illud habuerit ex emptore.

## CAP. XLVI.

## De inquiſitionibus de PORTIONIBVS faciendis & de GENERE NEGATO.

§. 1.

*In probanda* proximitate.

SOlent autem circa *portiones* faciendas inquiſitiones multis caſibus exoriri. Cum itaque in portionibus requirendis de *genere* & *propinquitate* eiusdem porro requiratur, illud *negare* uel *cognoſcere* tenetur inuentus in curia *querelatus* &, ſi illud negauerit, inquiſitio debet ſubmoneri & teneri ſine *inſpectione*. Modo, quo in *noua* proceditur *deſſeſina* (12) & inquiretur: utrum ſit ita *propinquus* in *conſanguinitate* illius, a quo *deſcendit* hereditas, quod habere debeat in ea portionem

(10) Fauor enim eſt in *ſanguinis* nexu, non *adfinitatis* aliquo uinculo. Igitur diſcrimina *paternorum* & *maternorum* bonorum omnino attendenda.

(11) Nam *manui manus* cauet: *hand muſs hand währen.*

(12) *Deſaiſina* eſt deiectio de poſſeſſione: *deſſaiſire* deiicere de poſſeſſione. Forte igitur *noua deſſeſina* eſt iudicium ſuper deiectione inſtitutum.

&, ſi

&, ſi ita fuerit recognitum, portionem obtinebit ſibi contingentem. Si uero ita ipſum eſſe, ut aſſerebat in conſanguinitate propinquum, non fuerit *recognitum*: ſed *negatum* uel in *non ſcire* redactum ſine portione remanebit. Si quis uero dicat, ſe *antenatum* & ab aliis fuerit denegatum, per inquiſitionem declaretur. Et huiusmodi inquiſitiones fieri debent per *uicinos* (13) locorum, in quibus partes aduerſe, *originem* (14) contraxerunt.

§. 2. Si uero primogenitus dicat; cum parentibus ſuis ſe feciſſe portionem eam, debet oſtendere & *dies uiſionis* (15) in continenti debet aſſignari &, inſpectione facta, ſi dixerint illam portionem ſibi nunquam traditam fuiſſe uel eam numquam habuiſſe uel ſe eam ex acquiſitione ſua & non racione hereditaria habuiſſe, huiusmodi contentiones per inquiſitiones debent terminari. *Quid in probandis* portionibus?

§. 3. Similiter autem agendum eſt, ſi proponat *antenatus* feodum, de quo portiones requiruntur eſſe *membrum* uel feodum *lorice* uel *ſerianterie* uel alterius *impartibilis* (16) condicionis & huiusmodi inquiſitiones, tanquam in *noua deſſeſina*, maturantur. *Quid ſi res* indiuidua?

§. 4. Si autem dicat *ante natus*, quod *feodum*, de quo portio requiritur ad ipſum, de eo *anteceſſore* non deuenit ex cuius *deceſſu* ſibi uendicat portionem, *Quid ſi negetur perſona* alienans?

(13) Teſtes, eiusdem prouinciae incolas.

(14) Nam *domicilium* licet alicubi requiratur: hic tamen de *origine* eſt diſputatio.

(15) Eſt ille dies, in quo inſtitui debet *uinetum* ſiue *inſpectio ocularis*.

(16) Cauſa, quare in *feudis loricae*, id eſt, militaribus, item in *ſerianteriis* ſiue feudis ſeruitiorum dominus prohibeat diuiſionem: ad indagandum eſt facilis. Quoniam cauendum ei omnino eſt, ne poſſeſſor egeſtate rerum prematur, minus idoneus ad munus, ſibi impoſitum, condigne obeundum.

inquiſi-

inquiſitio ſuper hoc modo prenotato debet maturari. Et, ſi huiusmodi impedimentum inueniatur eſſe nullum, *portio* debet fieri *indilate*. Similiter agendum eſt in cæteris omnibus impedimentis, que ſolent proponi ad impediendas portiones.

*Probatio per* duella. §. 5. Excepto tamen impedimento *deſinatio* (17) facta ſuper porcione per *feodum* & *mobile*. Vnde *querulus* ſe tenuerit ad *pagatum* (18), quod ſolet per legem *duelli* terminari.

## CAP. XLVII.

## De inquiſitione de *feodis* in DOTEM traditis.

§. 1.

*Feudum* dotale *reuocandum?* SUper *feodis* autem, in *dotem* traditis, ſolent fieri inquiſitiones modo ſuperius annotato. *Die* tamen & *anno* mota querela poſt deceſſum relicta, que ea in dotem receperat & per eos *reuocanda* ſunt & ad ipſos debent redire, ex quorum poſſeſſione capta fuerint, niſi ex hoc competens *excambium* habuerit.

Dos *a marito datum* & dotalitium *ſynonyma*. §. 2. Et inquirendum eſt: utrum relicta, ex eius deceſſu *feodum* illud requiritur & ſi ipſum in *dotem* habuerit ratione *uiri* ſui & utrum requirens *propinquior* heres ſit illius, de cuius poſſeſſione *dotalitium* (19) factum fuerit. Si uero inde

(17) Idem forte, quam *deſaiſinatio*, id eſt, deiectio uel deſtitutio. Inde *deſinator* idem quam *deſeſinator*, qui alterum poſſeſſione deſtituit deiecitque.

(18) *Pagatum* idem forte, quam cautio in *numis* ſiue pecunia. Vnde *pagamentum* ſortes numorum.

(19) Romano iure *dotem* uxor habet: *dotalitium* ſiue *donationem propter dotem* uxori praeſtat maritus. Iure Germanico autem *dotem* etiam *maritus* adfert, quod plenius docui in opuſculo: *de dote mariti*. Neque enim iureconſulti Romani hic penetrant in iura patria foederis connubialis.

habue-

habuerit *excambium* (20) per aliquem qui *garantizare* debeat poſſeſſori ipſi *excambiatori* (21) dotis, terra remanebit. *Dotalitium* enim omne perfectum, per *negligenciam relicte* impeditum, modo predicto contra quemlibet poſſeſſorem poteſt reuocari.

## CAP. XLVIII.
## De reuocandis *feodis* in DOTEM traditis.
### §. 1.

SImiliter autem reuocanda ſunt *feoda*, que tempore *uiduitatis* uiri poſſidebantur, ſi fuerint *impedita* (22). *Conſuetudo* enim eſt in *normannia* (23) ex antiquitate approbata: quod ſi quis uxorem habuerit, ex qua aliquem *heredem* procreauerit, quem natum *uiuum* (24) fuiſſe conſtiterit ſiue uiuat ſiue deceſſerit, *totum feodum*, quod maritus poſſidebat ex parte *uxoris* ſue tempore, quo deceſſit, ipſi marito, quamdiu ab *aliis* ceſſabit *nuptiis* (25), remanebit. Poſt *deceſſum* autem eius uel poſt contractum cum alia *matrimonium* heredibus mulieris ex cuius deceſſu *feodum*

Feuda *marito relicta* ab uxore *mortua*.

(20) Fundum *permutationis* loco adſignatum.

(21) *Garantizare* eſt euictionem praeſtare. Saepius enim fit: ut alienatio fiat *permutando*, ubi fundus *excambiatus* idem, quam permutatus *ausgedauſchtes*, *ausgewechſeltes ſtücke landes*. *Cambium* enim eſt permutatio: *cambire* permutare, *tauſchen*, *wechſeln*.

(22) *Impeditum* idem, quam in *ius uocatum*; *diſputatum*. Impedire idem, quam *einem hindernüſs*, *verdruſs*, *ſtreit machen*. Germanismus ſupra etiam notatus.

(23) Eſt etiam idem *patrii iuris inſtitutum:* quod maritus uſufructuarius ſit bonorum uxoris, etiam demortuae: ſed liberi emancipati noſtris moribus illa ſolent a parente uindicare.

(24) Quod cognoſcitur noſtris moribus nonniſi *edito clamore*, *daſs er die vier wände beſchrien*. Modus enim & geſtus ſoli non ſufficiunt. Quod fallaciis exponantur.

(25) Si enim ad *ſecundas nuptias* deuenerit: tum ante debent *materna* reddi & liberis ſatisfieri.

per

per *uiduitatem* tenebat, ipſum redibit feodum *ſucceſſionis* racione.

*Quid illud impeditum?* §. 2. Si uero tempore *uiduitatis* fuerit *impedita*, fiat ſuper hoc inquiſitio, modo penitus prenotato. Si uero negatum fuerit, ipſum *heredem* natum *uiuum* ex uxore defuncta fuiſſe, ſimiliter inquiratur per *uicinum*, in quo heres *ortum* dicitur ſuſcepiſſe & per eos tam *uiros*, quam *mulieres* (26) qui eius ſcire natiuitatem racione aliqua preſumuntur. Dum tamen ſuſpicione aliqua ab inquiſitione facienda non debeant amoueri.

*Si negata* uxor. §. 3. Si uero ei obiectum fuerit, defunctam eius non fuiſſe *uxorem* (27), inquiſitio modo predicto teneatur, utrum *conſenſu eccleſie* eam habeat in uxorem tempore, quo deceſſit. Et ſi in *non ſcire* redactum fuerit, *feodum* illud, quod requirebat per *uiduitatem*, non remanebit, niſi ſe cum *defuncta* probauerit matrimonium contraxiſſe. Quod ſi probare obtulerit ad *eccleſiaſticam* (28) curiam remittatur. Quod ſi in ea infra diem & annum probauerit feodum *uiduitatis* obtinebit.

*Probatio* matrimonii §. 4. Hoc eſt omnino eciam tam de inquiſitione quam de probatione *matrimonii* circa *dotem* faciendam, attendendum eſt, ſi *contractus matrimonii* fuerit denegatus.

---

(26) Quod mulieres inprimis *parturientibus* ſoleant adeſſe.

(27) Quod eo tempore ſaepe dubium fuerat ideo: quoniam *concubinatus* irrepſerat paſſim in mores. Sine pudore omni aut uerecundiae ratione.

(28) Cum enim *nuptiae perficiantur* in eccleſiis, omnino earundem probatio curiae *eccleſiaſticae* delegandae. Etiamſi matrimonium non eſſet cauſſa *ſpiritualis*. In noſtris eccleſiis habetur matricula earum perſonarum, quae his ſacris connubialibus a ſacerdote initiatae ſunt.

CAP.

## CAP. XLIX.
# De inquiſitione ANTENATI & GARANTI.
### §. 1.

INquiſitio eciam modo predicto facienda eſt, ſi quis *antenatum* ſe alicuius *feodi* aſſerat uel *garantum*. Si hoc a parte aduerſa negatum fuerit & ſi eciam propoſitum ab aduerſa parte fuerit & ab ipſo negatum, ſolent eciam fieri inquiſitiones de omnibus *impedimentis* in curia propoſitis ad *demandam* (*29*) *queruli* reprimendam & ad deffenſionem querelati firmandam. *Probatio* antenatiuitatis *ſ. primogeniturae*

§. 2. Exceptis tamen illis, quorum diſcutiones ad *eccleſiaſticum* iudicem referuntur, ut *baſtardia* (30) & huiusmodi que in foro probantur eccleſiaſtico. Et ſimiliter excepto fine facto inter *comparticipes* de portione per *feodum* & *mobile*, quod *probamentum* (*31*) *duelli* recipit, ut patebit inferius. *Legitimorum natalium.*

## CAP. L.
# De lege per RECORDAMENTUM & quomodo RECORDATIO (32) habeat fieri in omni caſu.

(29) *Demanda* eſt requiſitio, petitum actoris. *Galliciſmus.*

(30) Si *nuptiarum* ſolennia a iudicio pendent *eccleſiae;* etiam inde pendet probatio legitimorum natalium. Quia per illas partus legitimus audit. Ceterum *baſtard* uox communis eſt uniuerſae Europae ſignificatque *ſpurium*, *illegitimum.* Num a *boes* malus & indoles *art*? quaſi *boeſearth* uiliſſimae ſortis. Nam *bas*, *baſſeſſe* apud Gallos ſignificatus eiusdem, quam *boeſ*, *uilis*, *improbus*, *minus legitimus.* Quibus adiectiuis ſubſtitui poteſt etiam *partus.* Nam *improbus partus* audit non ob *mores baſtardi*: ſed ob natalium ſordidam & improbam ſortem.

(31) *Probamentum* barbara uox ob terminationem. Nam Germani delectantur illa, quae in *mentum* finitur. Hinc *recordamentum* pro, recordatione ſtatim ſequitur, in capite uicino.

§. 1.

*Recordamenti deſcriptio.*

DE lege autem illa, que ſit per *recordamentum* conſequenter agendum eſt. *Recordatio* autem in *laicali curia* dicitur quedam *lex* a *principibus* inſtituta & a ſubditis generaliter *obſeruata*, recitans per expreſſum *teſtimonium recordatorum*, ea, que in curia *placitando* dicta fuerint ſiue facta uel que pronunciata fuerint, ut obſeruentur.

*Diſcrimen inter* placitandum & denuntiandum.

§. 2. Quedam enim fiunt in curia *placitando* (33) quedam *pronunciando*. *Placitando* autem fiunt quecunque mote *querele occaſione* deducuntur. *Denunciando* autem fiunt (34) uenditiones, *attornationes* (35) & huiusmodi, que fiunt in curia, ut eius *recordationes* retineant *fulcimentum*.

Recordatores *qui?* *Perſonae* publicae *ex ordine* *1) principali* *2) ſacro.* *3) ciuili.*

§. 3. *Recordatores* autem dicuntur omnes perſone in curia aſſiſtentes, per quas curie *recordatio* ualeat celebrari, ut *principes normannie*, *archiepiſcopi*, *epiſcopi* & omnes perſone *dignitatem* ſeu *perſonatum* habentes in eccleſia *cathedrali*; *abbates* eciam & *priores*: comites & *barones* & *milites* & omnes *iuſticiarii* principales principis *uicecomi-*

(32) Cum *recordamentum* ſit tantummodo probatio eorum, quae *in curia euenerunt*, partibus litigantibus maxime; inde *recordatores* illi, qui alias teſtes; *recordamentum* idem, quod alias teſtimonium: facile patet, melius conſuli hodie tribunalibus, quod fidem faciant ſeruentque protocollis, auctoritate iudiciali ſcriptis.

(33) *Placitare* eſt agere, aut excipere, *plaider* Gallice, Germanice *rechten*, *im recht liegen*. Primam uocis originem tribuerim loco forenſi, *einem offenen platz*. Verba enim facere in publica curia, eſt *placitare auf dem gerichts platzreden*. Galli contracte: *plaider*, *plaidoir*, placitator.

(34) Vulgò diſtinguimus inter iurisdictionem *contentioſam* ſiue litigioſam & *uoluntariam*. Meum enim eſt *emti uenditi* contractum publice inire in iudicio: an vero in angulo.

(35) *Attornationes*, quaſi *aduocationes*. *Atturnatus* idem, quam aduocatus, citatus.

*tes*

*tes* & eciam *ſpade ſeruientis* (36) & *magne fame* (37) homines, quos uite meritum & prouidencie honeſtas fecerit fide dignos. Et huiusmodi omnis perſone ad *recordationem* ſunt admittende, niſi fama *publica* contra ipſos laborauerit euidenter.

§. 4. Iurare autem tenentur *recordatores* maxime illi, qui *nundum* principi fecerunt *ſacramentum* (38) quod rei eis *retracte* ueritatem *recordabunt* nec addent aliquid uel omittent aliud, quam quod eorum memoria renouabit. Sunt itaque *recordamenta* eorum, que fiunt in curia ad requiſitionem *unius* partes aduerſe, altera ſuſtinente expreſſa *recitatio* per eos *recordatores*, qui preſentes ad hoc, ſuper quo recordatio requiritur, affuerunt. Iuramentum *recordatoris.* *Recordamenta.*

§. 5. Unde notandum eſt, quod nullus poteſt ad *recordamentum* uocari, niſi preſens (*) fuerit ad hoc, de quo debet *recordatio* celebrari & quod ab una partium petatur & ab altera ſuſtineatur. *Requiritur in* recordamento *praeſentia.*

§. 6. Notandum eciam eſt, quod pars, contra quam *recordamentum* petitur aut illud *ſuſtinebit* (**), aut *opponet* rationem, quare *ſuſtinere* illud non debeat uel *querela* parti aduerſe remanebit. Sunt autem diuerſa *recordamentorum* genera. *Partes requirentes.*

(36) *Spada* eſt gladius. Hinc iuri gladii ſeruiens, eſt *ſeruiens ſpadae*.

(37) Cum de plerisque in ſequentibus capitibus ſigillatim agatur: non eſt, quod his nominibus hic immoremur.

(38) Qui *iuridicundo* nondum dederant *fidem iuratam*, Germanice: *die auf das recht noch nicht verpflichtet.* Inde etiam in formula iurisiurandi clientelaris *dem lehens-eyd* inſeritur: *quod requiſitus, uelit pro ſcientia & conſcientia iudicare.*

(*) Igitur teſtes de *auditu* hic non admittuntur: ſed eſſe debent *oculati*.

(**) *Suſtinere recordamentum*, idem, quam adprobare eique tribuere ualorem. In uernacula pariter dicimus, ſignificatu eodem, *ſuſtinere*, *halten* pro *habere*, *genehm haben*.

*Recordamentorum genera.*

§. 7. Quedam enim ſunt *curie regis* ſiue *preſencie* principis. Quedam enim *ſcacarii*. Quedam enim *aſſiſie*. Quedam *duelli*. Quedam *uiſionis* feodi. Quedam *forsiurationis*. Quedam *pasnagii*. Quedam *matrimonii* contracti.

CAP. LI.

## De recordamento CURIE REGIS ſiue preſencie principis. (39).

§. I.

*Fides eorum quae*, praeſente principe *geſta* *non penes* principem *ſolum*, *ſed adſeſſores.*

RECórdamentum autem CVRIE REGIE ſiue *preſencie principis* eſt recordatio eorum, que fiunt *coram domino rege*. Quecunque enim coram eo fiunt, de altero a quocunque in iure conſtituto habent *recordationem* & hoc poteſt facere ſe altero. *Indecens* enim eſſet, quod principis *ſolius recordamentum* peteretur, cum eius ſemper preſencia in hiis, que *ad ius* pertinent, multis magnis uiris *diſcretis* & *prudentibus* (40) frequentes, quorum aſſertione in hiis, que in *iure protulerit claritas eluceat* ueritatis & ſic uoluerunt antiqui *principes normannie* obſeruari, ne quis *detractor* eorum recordamentum, eo quod per unicum hominem factum fuerit *recordaret*.

(39) Vtinam memores eſſent *principes* omnes huius *moderationis* & *modeſtiae* ſingularis: quod, cum & ipſi homines ſint, in ſuis etiam factis & cauſis audiant alios neque ſibi plus iuſto tribuant aut memoriam, falli & fallere neſciam.

(40) Idem fuerat etiam in Germania obſeruatum. Nam in *re iudiciaria* princeps ſolus nihil egerat: ſed uſus fuerat conſenſu, conſilio conſenſuque *ordinum regni* aut *prouinciae*. Nam ideo his formulis conſpicuae omnes *ſententiae imperiales*. Atque ita *curiae imperiales* eaedem, quam *parua comitia*. Maior ergo hodie auctoritas Caeſaris Auguſtiſſimi, quam olim in iure dicundo. Fert enim uel ipſe *ſententias* in cauſis grauiſſimis uel opera utitur *adminiſtrorum*. Vt adeo hodie *curia imperialis* audiat *imperiale tribunal*: cum olim uis iudiciaria in ſolis comitiis. Hoc negare uelle, puerile eſt. Nam neſcire, quid ante te geſtum ſit, hoc eſt, eſſe puerum.

§ 2.

§. 2. Quare omne teſtimonium ad minus *ex ore duorum* ſuſcipit fulcimentum. Si autem princeps ſe non uelit *recordari* per *tres* alios recordatores faciet recordari & eius perſona nec ad hoc nec ad aliam *actionem* poteſt *ſconari*. Quecunque enim in iure facta ſunt coram ipſo, ſtatum debent habere perpetue *firmitatis* (41). *Minimum duos, aut tres.*

## CAP. LII.
## De recordamento SCACARII (42).

§. 1.

Recordamentum SCACARII habet fieri ad minus per *ſeptem recordatores*, qui, nulla *racionabili* cauſa a *recordamento* debeant amoueri. *SCACARII geſta VII. requirunt* teſtes.

§. 2. Poſſunt autem a *recordamento* faciendo omnes perſone repelli, qui euidenti *ſuſpictione* poſſent in inquiſitione facienda ſconari. Et ſciendum eſt, quod ille, qui petit *recordamentum*, debet *perſonas* nominare, per quas illud requirit ſibi faciendum. Et ſi pars aduerſa illud uoluerit ſuſtinere, *ſonare* (43) poterit quoſcunque euidenti ſuſpictione uiderit repellendus. Petens autem *recordamentum nullum* eorum *ſonare* poterit, quos ad illud nominauerit faciendum. In recordatione autem facienda poſſunt nominari omnes illi, qui in *ſcacario* preſentes fuerint ad id, ſuper quo petitur recordamentum, & quod *ſeptem* eorum concorditer *recordauerint* debent obſeruari. *Qui idonei l. ſonati?*

(41) Si princeps non ſolus ſit, uerum ordinum numeris conſtipatus.

(42) *Scacarius* idem, quam *miſſus principalis* ſiue legatus. Noſtris moribus *commiſſarium* dicimus. Eſt ergo etymon *eingeſchickter*, ſcacarius. Vt ſupra etiam dictum.

(43) *Sonare teſtem* in uernacula *verruffen*. Eſt ergo teſtis reiectus, improbatus, ſuſpicionis accuſatus.

*Quid ſi teſtes diſſenſerint?* §. 3. Si *duo* uero de ſeptem *diſſenſerint* uel ſe *neſcientes* fecerint, tota *recordatio uacillabit* & perdet petens *recordamentum* id, quod per aliud nitebatur obtinere.

*Res interim ſequeſtrata.* § 4. Notandum itaque eſt, quod cum *recordamentum* fuerit uocatum, res *contentionis* in *manu principis* (44) debet *arreſtari* & tamdiu teneri, quousque recordamentum fuerit terminatum.

*Quid ſi defuerit aut neſciuerit?* §. 5. Si autem recordatorum aliquis *defuerit* ſeu aliis contradixerit, tota ſimiliter recordatio uacillabit. Si uero *neſciens* fuerit, ſimiliter recordatio efficaciam non habebit, cum *ſeptem* perſone ad minus, ad recordamenti obſeruantiam, debeant concordare.

*Conſuetudo retinenda.* §. 6. Omnia autem que fiunt in *ſcacario* ſiue *placitando* uel quocunque modo alio, dum tamen *protendatur* occaſione *conſuetudinis* obſeruande *firmitatis* debent plenitudinem retinere.

## CAP. LIII.
## De recordamento ASSISIE.

§. 1.

*Deſcriptio.* RECORDAMENTUM ASSISIE (45) conditionem & formam retinet, quas recordamentum *ſcacarii* dignoſcitur retinere.

*Contumacia.* §. 2. Notandum inſuper eſt, quod huiusmodi *lex*, que fit per recordamentum, unum *exonium* & unum *defectum* debet ſolummodo ſuſtinere.

(44) *Sequeſtrationes* in iure *Normannico* frequentiores fuiſſe, iuſto, ſaepius notauimus. Nam plurima incommoda & damna adferunt parti innocenti.

(45) *Aſſiſia* eſt conuentus & conſeſſus iudicii. Germanice *adſiſia*, *ſitzen*. Inde ueteres Germani etiam iura diſtinxerant per *ſeſſiones*, inſtar patrum in conciliis.

## CAP. LIV.

# De recordamento DVELLI.

§. 1.

RECordamentum autem DVELLI conditiones & formam retinet recordamentorum predictorum. Sciendum enim eſt, quod per *duelli recordamentum* ea ſola, que ad *duellum* pertinent, recordantur. Vt duelli *uadiatio* (46) terminorum *aſſignatio*, *quercle* deductio & *concordia* uel *finis* de eodem & omnino ea, que ad illud pertinent deducendum.

*Quae recordamenta per* duellum ?

## CAP. LV.

# De recordamentum VISIONIS (47) feodi.

§. 1.

RECordamentum autem VISIONIS feodi (48) fieri ſolet per *IIIIor milites* uel per tales perſonas, que a *iudicio* uel *recordamento* non debeant amoueri & hoc ſane in querelis, quas ſuperius enumerauimus & per *octo* probos homines, qui a *iurea*, ſi ſuper hoc fieret mentio inter querelantes, nulla racione ualeant amoueri, cum *domini* principis ſeruiente.

Viſionis *recordamentum*.

§. 2. Et hoc ſane in querelis attendendum eſt, in quibus *feodi* de *proprietate* litigatur ut in *breuiis* de *ſtabilia* (49) & feodo & *uadio* (50) & hu-

*Vbi locus uiſioni ?*

(46) *Vadiare bellum* idem, quam conſtituere, decernere. Nam *ingredi* Germanice *waden*.

(47) *Viſio* eſt Germanice *beſichtigung*. Eſtque uel *rei* uel *hominis* idque uel in iudicio, ut ſe in perſona ſiſtat uel extra illud, ut in cauſa uulneris inflicti, homicidii, cetera.

(48) Nam in re militari, qualis eſt *feudum* neque alii fidem merentur, quam *milites*.

(49) Superius omnia haec explicata ſuo loco. *Breue de ſtabilia feudi* idem, quam libellus de feudo *ſtabili iure* habendo.

(50) *Vadium* eſt cautio, fideiuſſio, *pignoratio*.

*Quae perſonae illam peragant?* iusmodi. In nouis autem *deſſaiſinis* (51) & querelis, in quibus de feodi poſſeſſione (52) & non de *proprietate* litigatur, poteſt *recordamentum* fieri per eos, qui ad *inquiſitionem* ſuper hoc faciendam ſunt admittendi, licet non ſint *milites* uel *perſone*, que auttoritatem in *aſſiſia* recordandi habeant.

*De niſis.* § 3. Et huiusmodi recordatio non eſt facienda, niſi ſolum modo de eo, quod *uiſum* fuerit ac demonſtratum. De aliis enim non eſt *recordatio* admittenda.

## CAP. LVI.

## De recordamento VISIONIS (53).

§. 1.

VISIO *corporalis in cauſa* 1] ciuili, RECORDAMENTUM autem *uiſionis corporis* dupliciter habet fieri. Aut cum, poſt *exonia* & alias *dilationes*, quas *normannie conſuetudo* patitur ſuſtineri, preceptum fuerit per *iuſticiarium* ex conſuetudine normannie *ipſum uideri* (54), ut ab eo cognoſcatur, quod maluerit eligere.

2] criminali §. 2. Videlicet ad *curiam uenire* uel languorem iurare uel ſe contumacem ſuper hiis exhibere.

3] *ubi periculum in* mora. §. 3. Aut cum *maleficium* alicuius perſone illatum uidetur. Vel cum periculum alicuius *mehaignii* (55) per *inciſionem* requiritur *medicalem* per

(51) *Deſaiſina* idem, quam *deiectio de poſſeſſione*.

(52) Quoniam *poſſeſſiones* habentur modici aut leuis praeiudicii, ut adeo hic locus ſit *interdictis*, ab una parte impetratis.

(53) *Viſio feudi*, cum exigat *milites*, ab aliis *uiſionibus* ideo diſtinguitur omnino. Quoniam in ultimo genere *uiſores*, *die beſichtiger* eſſe poſſunt uiri honeſti alii, homines plebeii.

(54) Praeſertim in *transactionibus* ſine *amicabili compoſitione* iudex recte facit, ut iniungat partibus, ut ipſae praeſentes compareant, non uero per *attornatos*, aduocatos, procuratores.

(55) *Mehaignii* uox ſuperius declarata, licet coniecturis. Nam eſ-

ſuffi-

ſufficientem militum uel aliarum perſonarum ad recordamentum competentium *uiſionem*.

§. 4. Huiusmodi autem *uiſionum* poteſt fieri recordamentum per *recordatores IIIIor* tales uidelicet, qui nulla ſuſpicione a recordamento faciendo debeant amoueri. Et per eos ea ſolummodo debent recordari, propter que *uiſio* precipitur ſuſtineri. Et *iuratio langoris* uel aſſignatio termini ad curiam uel contumacia non uenientis, quantum ad primum caſum uel *mahaignium* ſeu *qualitas* illati *maleficii*, quantum ad ſecundum, ut de aliis *dictis* uel *factis* in huiusmodi *uiſionibus* eſt recordatio ſuſtinenda. *Numeri IV. teſtium.*

## CAP. LVII.

## De recordamento FORIVRATIONIS (56).

§. 1.

Recordamentum autem FORSIVRATIONIS fit, cum aliquis accuſatus, quod *ducatum normannie foriurauerit*, ſue culpe meritis exigentibus, criminoſe hoc idem eodem denegante. *Foriſiuratio ſ. exilii probatio.*

§. 2. Et hoc *recordamentum* habet fieri per tot recordatores, quot ad foriurationem alicuius criminoſi in *aſſiſiis* requiruntur, quod ad minus per *ſeptem* recordatores ſuſtinetur. Et huiusmodi *recordamentum aſſiſiam* (57) non requirit, cum *Numeri teſtium.*

ſe *membri laeſionem* notum eſt cum hic, tum alibi: unde autem coaluerit, illud ſcio cum uerborum ignaris. *Meichel* idem, quam clandeſtinum, *machina*, *machinatio* Latinis.

(56) *Foriſiuratio* eſt idem quam iurata promiſſio ire & permanere *foris* in exilio. Addere nos ſolemus *die urphede*. Sed huius ratio in eo uerſatur: *ne exul uindicet carcerem*: non ut maneat *foris* agatque extra prouinciam.

(57) *Aſſiſia* idem, quam *conſeſſus* ſiue *aſſeſſus* iudicii. Cum ergo iudicii ſolennibus non ſit opus in decernendo: neque opus erit illis in *recordamento*. *Foriuratus* idem, quam exul, qui iurauit, prouincia exceſſe.

*foriuratio*, de qua illud uocatum eſt, *aſſiſiam* non requirat.

## CAP. LVIII.
## De recordamento IVDICII (58).

§. I.

*Sententiae in cauſa* criminali.

RΕcordamentum autem IVDICII in criminalibus querelis pronunciati, modo prenotato de *foriuratione* (59) penitus eſt faciendum.

*Proceſſus.*

§. 2. Vt de *iureis* criminoſorum & de reprehenſionibus eorum & de eis eciam, qui in preſencia *iuſticiarii*, ſufficienti *recordatorum* copia aſſiſtentes crimina ſua *confeſſi* ſunt (60).

## CAP. LIX.
## De recordamento ATTORNATIONIS (61)

§. I.

*In criminalibus* aduocati *admittuntur* morbi cauſa.

RΕcordamentum autem ATTORNATIONIS extra curiam habet fieri, cum aliquis *inualetudine* (62) proprii corporis oppreſſus requiſito iuſticiario, ut ad eum accedat, uocato aduerſario & recordatorum debita quantitate uidelicet VII. ad minus, ut in eorum preſencia ſuum conſtituit *attornatum* (63), ut per eos, ſi neceſſe fuerit, poſſit

(58) Idem *recordamentum*, quam teſtimonium. *Iudicium* barbaro ſenſu pro criminali ſigillatim. Inde *mala crux* audit *das gericht*.

(59) *Foriuratio* & *foriſiuratio* unum idemque. Nos complectimur idem alio nomine, *urfeda*. Sed haec tantummodo exprimit iuramentum de non uindicando carcere, non de ſeruando & continuando *exilio*.

(60) Nam *extraiudicialis* confeſſio locum fidemque huius non habet.

(61) *Attornatio* idem, quam conſtitutio *aduocati*, ut cauſam agat rei abſentis.

(62) Igitur partium eſt alias, in propria perſona ſe ſiſtere & comparere: priuilegii autem inſtar, ſi indulgeantur *procuratores* & *aduocati attornati*, id eſt, conſtituti.

(63) *Conſtitutum* ſiue *aduocatum*.

*attornatio* (64) recordari.

§. 2. Nec tamen ex illa *attornatione* poteſt aliquod *recordamentum* uocari, niſi ſolummodo de *attornatione* facta & *circonſtanciis* eiusdem. *Qui docendus.*

## CAP. LX.

## De recordamento PASNAGIIS (65).

§. I.

Recordamentum autem PASNAGII fit de hiis, que pertinent ad *pasnagium*, ut de *pagis* (66) & de *placitis* (67); *iudiciis* (68) & *bannis* (69) pertinentibus ad *pasnagium* (70) factis, dum tamen *pasnagium* ad certum diem & certum locum debite fuerit *prebannitum* (71). Et poteſt hoc recordamentum fieri per *ſeptem recordatores* debitos. *PASNAGII probatio.*

2. Et ſciendum eſt, quod per *ſeruientes feodales* (72) *foreſtarum* (73), dum tamen reproba- *Per quos fieri debeat?*

(64) *Attornatio* idem, quam conſtitutio aut productio aduocati.

(65) *Pasnagium* idem, quam *paſtnagium* aut *paſcinagium* paſcendi ius; in uernacula *die maſtung*; *trifft*. Idem etiam de hominibus, ſi etiam his praeſtanda *alimenta*, *die freye azung*.

(66) Alia alii conſequantur coniecturis. *Panagium* de *pagis* idem forte, quam alimenta a *paganis* ſiue ruſticis praeſtanda.

(67) Nam *placita* redimi ſolebant *pasnagio* id eſt cenſu. Nam in *mallo*, *placito*, *curia* comparere ac ſe ſiſtere, fuerat omnino operis. Quo ſe ita liberauerant.

(68) *Pasnagium* de *iudiciis* idem forte, quam cenſus iudicibus praeſtandus.

(69) *Pasnagium* de *bannis* idem forte, quam cenſus ob *iurisdictionem* praeſtandus.

(70) Formula ad *pasnagium* pertinens idem forte, quam cenſus menſura & res: *in pasnagio* factum idem forte, quam in tractu cenſitico.

(71) *Praebannitum* eſt idem, quam certis finibus determinatum.

(72) Cum enim *pasnagium* ſit etiam cenſus feudalis: ille per *feudales ſeruientes* etiam poteſt probari.

(73) *Foreſtum* eſt ſylua, ubi uenationes prohibitae *banno*, interdicto. Nam olim *uenationes* fuerant, praeſertim in *ſyluatica* ſiue *ſylueſtri Germania*, nulli interdictae. Poſt uero principes ſibi uin-

tionis

tionis ſeu ſuſpectionis non habeant euidenciam, cum aliquotis *militibus* (74) poteſt fieri huiusmodi *recordamentum* & in hiis diuerſimode ſecundum diuerſas *foreſtarum conſuetudines* (75), ſolent recordamenta fieri & teneri.

## CAP. LXI.

## De recordamento MARITAGII (76).

§. 1.

*Probatio* maritagii. REcordamentum autem de *maritagio* facto habet fieri per eos quoscunque, qui ad *maritagium* celebratum preſentes affuerint. Nec aliquis eorum, qui ad celebrationem matrimonii preſens fuerit, poterit a recordamento reppelli, niſi *perfidie* macula publice fuerit infamatus.

*Etiam* conſanguinei *hic teſtes.* §. 2. Pars autem utraque huiusmodi *recordatores* poterit nominare tam *parentes* (77) quam & *affines*.

*Super pactis* dotalibus. §. 3. Notandum eciam eſt, quod huiusmodi recordamentum de *maritagio* & *conditionibus* in eo appoſitis, ſolummodo obſeruandum eſt (78). Notandum inſuper eſt, quod hoc recordamentum habet fieri inter eos, qui *condiciones in maritagio*

dicarunt quasdam ſyluas, quibus alios omnes oportuit *exeſſe, foris eſſe*. Vnde forte coaluit uerbum, *forſt*. Sane *foreſtati* ſunt, ideo *peregrini* omnes in infimae Latinitatis ſignificatu: quamuis etiam ita ſoleant ipſi *ſeruientes*, *die iagtbediente* adpellari, *förſter*.

(74) Si quidem *iura haec beneficiario nexu* ſint adfecta.

(75) Nam *foreſtalia iura* admodum ſingularia ſunt. In uernacula tamen nos hodie *forſtale* ius a iure *uenandi* ſolemus diſtinguere. Illo enim *ſyluas*; hoc *feras* complectimur.

(76) *Maritagium* idem hic, quam *connubium*. Nam *maritare* idem, quam fieri *maritum*: *maritari* idem, quam fieri *uxorem*.

(77) *Parentes* hic uniuerſim pro *conſanguineis*, praeſertim habentibus reſpectum *parentelae*.

(78) In quascunque igitur conditiones conuenerint noui coniuges: illae ſeruandae ſunt omnino.

*ritagio* appoſitas ſe adimplere, tenere ſeu obſeruare promiſerunt.

§. 4. Notandum quoque eſt, quod nullus, cuiuscunque fuerit *ſexus*, per *recordamentum* maritagii, poteſt *feodum* in *maritagio* anteceſſori ſuo traditum *reuocare* uerſus eum, qui illud tradidit uel eius heredes (79). *Heredes* eciam *maritantium* non tenentur reſpondere per recordamentum de *maritagio*, contra eos *reclamato* ex ſuorum facto anteceſſorum. *Ceſſante actione feudi reuocatoria.*

§. 5. *Poſſeſſores* autem *feodi* in *maritagio* ſibi traditi uel ſuis anteceſſoribus poſſunt habere recordamenta *maritagii* ad *deffenſionem* eiusdem contra actores, illud idem inquirentes. Propter quod omnino ſciendum eſt, quod inter perſonas, *conditiones maritagii* ineuntes, de eis *tenendis* uel *adimplendis* debet exhiberi recordamentum, ſi ab aliqua parte requiratur inter eorum ſucceſſiones ad deffenſionem poſſidentis obſeruatur. Nec tamen ad *reclamationem* requirentis exhibetur. *Sed tamen uindicatoria.*

§. 6. Licet autem omnes perſone, que ad *maritagii celebramentum* (80) affuerint, poſſunt ad *recordamentum* nominari: *duodenarium* (81) tamen numerum non debet eorum excidere multitudo (82). Sed *fide digniores* & minus *ſuſpecti* infra predictum numerum debent obſeruari. *Teſtium XII numeri.*

(79) Licet alias *foeminei* ſexus nulla iura in *feuda* & clientelas: quod ſi tamen acceperint in *maritagio*, non debent porro reuocari.

(80) *Celebramenta* ſunt feriae *nuptiales*. Nouum ſpecimen, quam barbaro ſcriptori in deliciis ſit terminatio in *mentum*.

(81) Nam *duodenarius* ideo hic definitus: quoniam etiam CHRISTVS habuerit *teſtes duodecim*, apoſtolos. Vnde teſtimonium a duodecim teſtibus datum adeo plenum eſt: ut nefas ſit, hunc numerum adaugeri.

(82) Ne quis *maius teſtimonium* aut *firmius* exegerit, in cauſa aliqua: quam illud, quod ſuffecerit CHRISTO, SERVATORI.

§. 7.

*Aut* ſeptem. §. 7. Et licet *per VII.* poſſit fieri *recordamentum*, tamen ab utraque nominatos debet *iuſticiarius* facere *ſubmoneri* & minus ſuſpectos usque ad dictum numerum in recordamento teneri & VII. eorum recordamentum facere obſeruari. *Naturam* enim *inquiſitionis* huiusmodi recordamentum uidetur retinere.

*Non* amor *abeſt, ſed* odium *tamen* §. 8. Cum dictum in eo *ſeptem* recordamentorum & in maiori numero ſoleat obſeruari & in hoc recordamento non *amor* nec *parentella* poteſt *ſonari*, cum *amici* & *parentes* (83) ad talem contractum debeant *preuocari* (84). *Inimicicie* autem manifeſte ab omni lege *ſacramentaria* repellende ſunt.

*Teſtes etiam* mulieres. §. 9. Notandum eciam eſt, quod licet *mulieres* (85) in nulla legum preſcriptarum audiri debeant, teſtimonium exhibentes nec eciam earum recipi debeat *ſacramentum*: in recordamento au-

(83) Eſt hoc admodum ſingulare. Quod teſtis procul abeſſe debeat alias ab ſuſpicione *odii* aut *amoris*. Vterque enim adfectus eum agere poteſt in transuorſum. Cum tamen perſonae coniugibus uicinae pactis dotalibus plerumque ſoleant tantummodo intereſſe, aliique teſtes difficulter habeantur: igitur cauſa legis eſt quidem manifeſta.

(84) *Praeuocari* idem, quam uocari *praecipue & inprimis.* Vti in uernaculo: *Vor allen dabey ſeyn, dazu nehmen.*

(85) Veteris Latii iure mulieres ab omni teſtimonio repellebantur. Quod contra *muliebris* uerecundiae ſepimentum eſſe uideretur, prodire in publicum, uocari in forum, curare rem alienam, cetera. Minimum in *teſtamento* nequibant eſſe teſtes ideo: quoniam hi debuerant repraeſentare *quinque* curias Romae & duas *perſonas publicas*, a quarum conditione mulieres aberant omnino. Sed miror haec talia irrepſiſſe in *leges* quoque *Normannicas*: ubi mulierum conditio liberior & indulgentior, quam in libidinoſo Latio. Certe in Germania noſtra cum mulieres, exemplo *abbatiſſarum*, interſint comitiis, adſideant tribunalibus, ualde inconcinnum, mulieres porro arcere uelle a teſtimoniis in teſtamento. Praeſertim cum illud foeminae, principi aut iudici oblatum, ſolennibus abundet. Plura dixi in opuſculo ad *SCtum Velleianum.*

tem

tem *maritagii* audiuntur & eciam omnes alii tam *parentes*, quam *extranei*, repulſis tamen illis, quos ſuperius diximus repellendos. Sciendum inſuper eſt, quod ſi recordamentum huiusmodi per non ſuſpectas perſonas plene poterit celebrari ſine *conſanguineis* & aliis, qui aliqua *affinitate* querelantibus inherent, debet adimpleri.

## CAP. LXII.

## De lege PROBABILII (86) & quibus modis leges & habent fieri & ſacramenta.

§. 1.

EST autem quedam lex, que PROBABILIA (87) ſiue MONSTRALIA (88) in *laicali* curia nuncupatur, per quam quis probare nititur in curia, quod intendit. Vnde attendendum eſt, *quomodo lex* huiusmodi habet fieri & in quibus *caſibus*. PROBALIAE *definitio.*

§. 2. Sciendum ergo eſt, quod hec *probalia* quandoque per *ſacramentum* ſolius *probatio* (89) quandoque per ſacramentum *duorum*, quandoque *trium* quandoque *quinque*, quandoque *ſeptem* in curia recipitur *laicali*. *Vbi locus* probabiliae.

(86) *Probabilia* haud dubie ab eo, quod eſt admodum *probabile*: non uero certum & demonſtratum ex omni parte. Inde *probabilismi* barbaris etiam philoſophis aut *probabilitates*.

(87) In codice meo nunc *probalia*, probaliae; nunc probabilia, *probabiliae*. Omnia enim fingere, uertere, contrahere & abſorbere in uerbis Latinis licuit hominibus barbaris.

(88) *Monſtralia* ſimili barbarie a *monſtrando*. Philoſophis *probare* eſt uerisſimilium; *demonſtrare* autem ueritatum poſitarum extra dubium, aut quod neceſſarium. Sed barbaris contra *probare* eſt *beweiſen*, *demonſtrare beſcheinigen*.

(89) Inde locus *iuramento ſuppletorio* eſt factus & probationi ſemiplenae, quam e iurisprudentia humaniori malunt exulare, quidam ſcriptores.

§. 3.

*Sacramento a] unius.* §. 3. Per ſacramentum *unius* fit uidelicet in *mercatibus* & *couſtumationibus* (99), de quibus *couſtuma* requiritur a tali, qui in hiis utitur libertate. Sed cum a requirente res uendita, non creditur eſſe ſua per *ſuum ſolum* ſacramentum ipſam eſſe ſuam probare poterit uel monſtrare. Similiter qui ſe in *uia curie exoniauerit* (100) per ſuum ſolum ſacramentum uel eius, qui *exonium* detulit, quod erit in electione *partis aduerſe* uidelicet, per quem *iuretur* ſuum *exonium* eſſe, probare poterit eſſe ſaluum.

*b] duorum.* §. 4. Per *ſacramentum* autem *duorum* fit *probalia* (1), ut in *exoniis* de *infirmitate* reſidenti ſaluando, in quibus per *exonii* latorem & ſuum teſtem, ſi pars aduerſa maluerit ſuum *exonium* probare poterit eſſe ſaluum. Similiter, ſi quis *garantum* (2) in curia uocauerit, cum ei preceptum fuerit, ut ipſum ad *diem* ſibi habeat aſſignatam, interim requirere, ſi *cauſetur*, quod eum non requiſiuit ipſo cum teſte ſuo, contrarium aſſerente, hanc *probaliam* per ſacramentum ſuum & teſtis, quem produxit, facere poterit competenter.

*c] trium.* §. 5. Per trium autem ſacramentum fit *probalia*, quotienscunque quis contra aliquem *factum ſuum*, a *parte* aduerſa denegatum, *probare* compellitur

(99) *Couſtume*, *coſtuma* idem, quam conſuetudo. Sed etiam accipitur *coſtuma* pro *conſuetudinario cenſu*, *Vor einen hergebrachten zinſs*. Couſtum ſiue Coſtuma igitur eſt cenſus: ſed *coſtumatio* eſt quaeſtio cenſitica ſiue cenſus requiſitio iudicialis.

(100) *Exoniauerit*, excuſauerit, id eſt, purgauerit abſentiam *dieſamnüſs*, *exſoniare* ergo, quaſi *auſs der ſaumnüſs ſezen*.

(1) Veteres in numeris teſtium admodum uariauerunt. Noſtro iudicio probare ſolemus, numerum *binarium*. Quoniam, ſi uariauerint duo, poteſt facile reperiri uia ad conuincendum mendacii. Vt adeo opus non ſit, numeros adaugere & adaugendo abuti nomine diuino in plurium iuramentis.

(2) *Guarantus ein gewehrsmann*, ad praeſtandum euictionem aut ſolutionem.

uel

uel *monſtrare.* Verbi gracia uendidiſti mihi porcum *XXX. denarios*, quos habuiſti *porcum* peto. reſponſo ab aduerſo: Verum eſt, ſed *porcum* tibi tradidi, quod probare paratus ſum. Hec autem *probalia* per actoris & aliorum *duorum ſacramenta* poterit celebrari. Vnde ſciendum eſt: quod *probalia* ſemper habet fieri ad *factum ſuum* probandum. *Deſraiſina* (3) uero ad factum ſuum denegandum. Nemo enim tanquam actor (4) ad alienum factum *probandum* debet admitti nec eciam ad alienum factum *deſraiſinandum.* Et ſic manifeſtum eſt ex predictis, in quibus *probalia* & *deſraiſina* habent fieri & in quibus non.

§. 6. Per *quinque* autem hominum ſacramenta *d] quinque.* fit *probalia*, quotienscunque aliquis a domino cauſatur ipſum id, quod debebat, non ſoluiſſe. Verbi gracia Michi debuiſti heri reddere *XXX. denarios*, quos michi debebas parte uero aduerſa aſſerente ſe reddidiſſe. *Probalia* huiusmodi fit per ſe *quintum* & faciens *probaliam primus* debet iurare in hac forma. Hoc audiant omnes: *quod ego perſolui huic N. domino meo XXX. denarios, quos ei debebam, ſi deus me adiuuet & ſacroſancta.* Secundus autem iurabit in hac forma: *De ſacramento quod N fecit ſaluum ſacramentum fecit* (5) *Iuramentorum formulae.*

(3) *Deſraiſina* eſt negatio rei, ab altero adſertae. Verbatim quaſi *desrationatio.* Ratiocinari eſt ratione *adſtruere*: deratiocinari contra *deſtruere* & negare. Omnia inculta & barbara.

(4) Eſt hoc ualde aduerſum rationi. Nam licet quisque ſui facti ſit certior, quam alius. Requiritur tamen hic, non quis poſſit dicere ueritatem, ſed quis uelit, aut nolit.

(5) Eſt hoc ſupra iam explicatum & oſtenſum, exemplo *Polonicae iurisprudentiae.* Vbi hodieque opus eſt, ut aliquis nonſolum iureiurando ſe uel defendat uel purget, ſed etiam alios habeat; qui pariter iurent, illum uera iuraturum eſſe. Omnis igitur homo ita habetur metuiturque periurus & mendax; ut opus cuique ſit, habere alios, qui iurando illi concilient bonam fidem ac famam. Sed alibi iam

*ſi deus me adiuuet & ſacroſancta.* Et omnes alii ſimili modo iurare debent. Et ad ſacramentum faciendum accedere debent non *uocati* nec *tracti*, ſed per ſe *offerentes* (6). Et hic modus obſeruandus eſt in omni *probalia* & *deſreſina* in actione ſimplici.

*Simplex actio.* §. 7. *Simplex* autem dicitur *actio* uel querela, in qua res ualorem *decem ſolidorum* non excedens quantitatem, requiritur uel eciam in qua *de ſimplici iniuria* litigatur. Notandum ſiquidem eſt, quod *probalia* & eciam *deſraiſina* uerſus pares per trium ſacramenta perſonarum exhibetur: uerſus autem dominum curie & eius *bailliuos* ſeu iuſticiarios *attornatos*, per *ſacramenta quinque* (7) perſonarum habent fieri tam *probalia*, quam *deſreſina* prenotate. Et eciam uerſus omnes iuſticiarios principis, dum tamen *agant in* querela ad principem pertinente uel in *officio* de *ducatu* (8). Si enim agant querelam, ad ipſos pertinentem, quantum ad hoc erunt pares & ipſis tanquam partibus erit reſpondendum in cauſis *poſſeſſionalibus* ſimplicibus. In *perſonalibus* (9) uero debent haberi tanquam *ſuperiores*, eo, quod eorum *perſone* preſunt aliis ad *ſeruicium principis* exequendum.

---

dixi: tales teſtes fidem uenalem in cauponis circumferre & faciles eſſe redemtu.

(6) In mores tamen paſſim iuit, hos teſtes rogari & rogatis ſolui honorarium. Cum adeo facile non ſit, unum cauſa alterius, ſibi negotium facere in iudicio.

(7) Quoniam hi officiales & rerum adminiſtri publicam merentur fidem. Quae adeo facile nequit impeti aut euerti. Sed etiam hic noſtris moribus probatio ſatis eſt teſtium duorum, maiorum omni exceptione.

(8) Alias ſi ſuam rem curat officialis, extra oleas ac limites ſui muneris, tum cenſu aeſtimatur eodem cum homine priuato alio.

(9) Mallem in cauſis, tangentibus limites ſui muneris. Ibi enim *perſonae* eſſe debet *reſpectus* & reuerentia & huc forte etiam trahenda formula: *in perſonalibus.*

Scien-

Sciendum uero eſt, quod ſi aliquis *placitet* in *curia* principis contra hominem ſuum, quantum ad hoc habebuntur tanquam pares &, ſi ipſam *probaliam* uel *deſreſinam* contra dominum (10) ibidem inire contigerit, ipſam per *trium* hominum ſacramenta poterit adimplere.

§. 8. Per *ſeptem* uero hominum ſacramenta fit *probalia*, cum per *ſeptem* hominum exigitur ſacramentum ad hoc, quod probetur intentio *probatoris*, ut contingit in *probationibus etatum*. In quibus notandum eſt, quod nullus in *etatis ſue* probatione ad ſacramentum recipitur. Sed *paterni* (11) & *materne* (12) & *parentes* (13) & *illi*, qui omnino de natiuitate eius & tempore natiuitatis habere noticiam preſumuntur. Dum tamen *infamia* contra eos non laboret. Si uero *paterni* & *materne* non fuerint nec *parentes* per *uicinos* fieri poterit dum tamen ad hoc alii non ualeant intereſſe. e] *ſeptem*.

## CAP. LXIII.

## De DESRESINA (14).

§. 1.

DEſreſina autem eſt LEX quedam in NORMANNIA conſtituta, per quam in ſimplicibus querelis inſecutus factum, quod a parte aduerſa obiicitur, ſe non feciſſe declarat. Et quoniam *facti proprii* unusquisque preſumitur ſcire melius *Definitio Deſraiſinae*

(10) Nam in ſupremo tribunali aut curia ſi conſtitutae partes principis reuerentia ſolius attendenda, aliis ſepoſitis aliquantiſper.

(11) *Paterni* ſcilicet teſtes, *pater*, *auus*, maiores alii.

(12) *Maternae* teſtes *mater*, *auia*.

(13) *Parentes* iidem, quam conſanguinei, agnati & cognati. Igitur a patre & matre hic *parentes* alieni.

(14) *Deſreiſina*, *deſraiſina* diuerſe ſcribitur. Nam idem eſt, quam *deratiocinatio* ſiue ratiocinationis impugnatio & impetitio, ut doctum doctumque.

 ueri-

ueritatem (15) *deſreſina* de facto, quod ei obiicitur, conceditur, inſecuto.

*Etymon* deſraiſinae.

§. 2. Vnde eſt quod homo *deſreſinat* id, quod proponitur ab aduerſo, id eſt *derationat* (16) uel *demonſtrat* (17) extra *racionem* uel ſine *racione* & ſic per *deſreſinam* irritat, quod contra ipſum proponitur ab aduerſo.

*Proceſſus* deſraiſinae.

§. 3. Notandum eſt ergo, quod quedam *deſreſina* habet fieri per ſacramentum *deſreſinantis*, cum *duorum teſtium* ſacramentis (18) & huiusmodi *deſreſina* habet fieri contra *pares*:

*Aduerſus pares, in a] homagio. b] donatione c] antenatione.*

§. 4. Pares enim ſunt, cum unus alii non ſubditus *homagio donatione* uel *antenatione*. *Homagio*, ut homo ſubditur domino ſuo, cui fecit homagium (19) *Donatione* (20) ut homo ſubditur uxori domini ſui & eius primogenito filio & eciam omnes poſtnati. Racione *antenationis* ſubduntur *antenato* & eius *primogenito* & *uxori* (21) & in curia eorum *antenatorum* reſpondebunt de ſimplici querela & facient *deſreſinam* per ſacramentum *quinque* perſonarum. Si uero per eos tracti fuerint in ſuperiori curia (22) *deſreſinam* fa-

(15) Sed ideo non praeſumitur, ueritatem dicere malle, quam alius.

(16) Habes ergo hic *etymon*, ab ipſo legiſlatore oſtenſum & euolutum.

(17) *Monſtrare* enim eſt *weiſen*, ſed *abweiſen* barbare eſt *demonſtrare*. In Latino idiomate auget particula *de*: in uernacula euertit ac tollit. Alias additur, loco *de*, particula *re*: *remonſtrare, gegenvorſtellung thun*.

(18) Qui iurauerint de *credulitate*: quod *deſraiſinans* uera iurauerit.

(19) Homagium ſiue ſubiectionis ſiue fidelitatis ſiue utriusque.

(20) Nam, quod, marito ſubditi, etiam ſubditi ſint uxori illius & liberis: illud quidem accidit *donatione* uel conuentione connubiali.

(21) Non *poſtnati* ſiue *apanagiati* principes omnino impares forte. Imo tenentur eidem nexu eodem, quo reliqui ſubditi. Ne reſpublica eat in plures partes, quod omnino cauendum & euitandum.

(22) Quoniam maius lumen tum minus obfuſcat.

cient

cient per ſacramentum *trium* perſonarum tanquam pares.

§. 5. Notandum eciam eſt, quod nullus in curia ſua *teſte* indiget contra eum, quem accuſat. *Vox* enim ſola *domini curie* (23) in eis, que ad ipſum pertinent, ſufficit ad *accuſationem ſubditorum*. Teſte *ubi non opus?*

§. 6. Contra enim *ſeneſcalum* uel *capitales bailliuos* principis in eis, que ad principem pertinent uel ad perſonas eorum, tanquam iuſticiariorum, fit *deſreſina* per *ſeptem* hominum ſacramenta. Contra *bedellos* & alios *ſubiuſticiarios* (24) inferiores fit *deſreſina* in querelis, que ad eorum pertinent *officium*, per *quinque* perſonarum ſacramenta. *Quid adu. ſeneſchallum, baillinos.* bedellos. ſubiuſticiarios.

§. 7. *Seneſcallus* autem ſolebat in *normannia* eſſe quidam *iuſticiarius* (25) a principe per *normanniam* deſtinatus ad ea corrigenda, que per *bailliuos* minus ſufficienter erant facta uel minus iuſte & ad *iuris plenitudinem* ſingulis exhibendam. Qui iura *principis* inquirebat, conſeruabat & reuocabat ad ſtatum patrie, *rectificabat*: malefactores autem opprimebat & iuris ordinem faciebat in omnibus obſeruari. Et hoc plenius tractatur ſu- Seneſcalli *munus.*

(23) Eſt hoc omnino graue, quod ſine teſte liceat aliquem accuſare. Igitur non ſufficit reo, tum negare uelle: ſed opus eſt, ut adſerta refutet, hoc eſt, *deſraiſinet.*

(24) *Subiuſticiarii* in uernacula *unterbediente.* Latini pro, *ſub* particula, utuntur nomine *inferioris. Bedellos* a rogando *bittel* dictos; necquicquam a *pedibus*, quaſi *pedellos*, ſupra dictum. Vox *bittel* hodie ſignificatus deterioris & accipitur pro *lictore.* A quo merito *bedelli* abhorrent, quod illi nemini adferant uim aut manum.

(25) *Seneſchallus*, quod mihi opinabile eſt; dicitur a *ſchalco*, id eſt, *praefecto* atque *ſeniori*, id eſt, domino aut *primo*, qui *ſenior* audit. Adeoque eſt *ſupremus* rerum *adminiſter*. Inde alicubi uox *ſenior*, pro *primo* hodieque eſt in uſu: *der altmann*; *rathsälteſte*; *altprinz*, cetera.

perius in capitulo de *officio ſeneſcalli*. Quomodo autem & ſub qua forma fieri habeant huiusmodi *deſreſine*, oſtenſum eſt ſuperius euidenter.

D[e]ſreſinae diuiſio. §. 8. Sciendum inſuper eſt, quod omnis *deſreſina* aut eſt de *obligacione* facta aut de *iniuria* alicui perſone illata aut de *transgreſſione* alicuius, ad cuius obſeruationem tenetur offerens, *deſreſinam* facere.

[a] obligatione facta. §. 9. De *obligatione* facta ſic fit *deſreſina*: dedi tibi V. ſolidos pro *muri pertica* facienda, quam te michi facere obligaſti. Altero uero negante, quod ad hoc ſe nunquam obligauit, quod paratus eſt *deſreſinare* (26). Lex *uadianda* (27) eſt & terminus faciendi eam, partibus aſſignandus. Similiter in *preſtitis* & *debitis* agendum eſt. *Ego preſtaui tibi V. ſolidos, quos michi te reddere ad paſcha promiſiſti.* Altero uero negante, lex ſimiliter *uadianda* eſt. Sciendum itaque generaliter eſt, quod, quocienscunque huiusmodi querele inter pares deducuntur, actor *teſtem* habere tenetur uel *decidet* a querela (28).

b] de iniuria illata. §. 10. De *iniuria illata* ſic fit *deſreſina*. Tu percuſſiſti me de *palma* in facie, quod michi poſtulo *emendari*. Altero uero negante, *deſreſina* eſt recipienda.

c] de transgreſſione. §. 11. De *transgreſſione* ſic fit *deſreſina*. Ego, qui tibi eram prepoſitus, *attornatus* (29) tibi pre-

(26) Aequius forte diceretur: *adfirmanti* incumbit *probatio*; *actore* ſuccumbente abſoluitur *reus*. Sed barbaris axiomata iuris alia & ratio procedendi ab his longe aliena. Similis in iure feudali *Longobardico* reperitur. Quae inſtituta fruſtra explicare ſolent ex proceſſu iuris Romani.

(27) *Legem uadiare* eſt ſpondendo cauere, quod reus in iudicio comparere & ſiſtere ſe uelit. Nam *uadiare* eſt fideiubere, polliceri.

(28) *Decidere a querela* eſt Germaniſmus *ſachfällig werden*.

(29) Id eſt, *iuſſus*, *aduocatus*, imperio inſtructus.

cepi,

cepi, ut in curia domini mei die *martis* intereſſes ad ea, que tibi obiiceret reſponſurus. Altero uero negante, ſe hanc *ſubmonicionem* (30) habuiſſe, lex eſt recipienda.

§. 12. Et in huiusmodi caſibus *probalia* (31) poteſt frequenter interuenire, ut, ſubmonitione conceſſa, dicat, ſe ad locum & diem affuiſſe, quod paratus eſt, probare eius *probalia* recipienda eſt & ad diem facienda. Probaliae *locus.*

## CAP. LXIV.

# De LEGE APPARENTE hereditaria per DVELLVM.

§. 1.

DE LEGE autem, quam APPARENTEM (32) dicimus, conſequenter agendum eſt, cuius *querela* in hunc modum deducenda eſt in contentione *feodali: Ego queror de N. qui michi disforciat* (33) *quoddam feodum apud talem locum, quod pater uel auunculus, cuius ſum heres propinquior, tempore pacis poſt CORONAMENTVM REGIS RICARDI* (34) *pacifice poſſedit & fructuum eius ſaiſinam* (35) *habuit, uidelicet uini uel* *Formula agendi.*

(30) *Submonitio* idem hic, quam *citatio. Submonere* idem, quam *citare.*

(31) Si ſcilicet non neget, ſe citatum: ſed probare uelit, ſe comparuiſſe adeoque purgare ſe poſſe a contumacia. Hoc enim factum eſt proprium, quod tenetur probare. *Alienum* autem, ſcilicet *citationem deratianabit* aut *deſraiſnabit* negabitque. Vt iam ſaepe dictum.

(32) Vnde *legi apparenti, hereditaria per duellum* nomen & formula nata? dubium omnino. Dicam, quod ſentio. *Lex* in barbara iurisprudentia etiam adhibetur pro *iudicio.* Inde *iudicium apparens* idem, quem *ueriſimile* PER uel PROPTER *duellum.* In uernacula diceretur: *eine wahrſcheinliche rechtsſache.* Nam *lex* etiam accipitur multoties pro *actione* aut certo actionis genere.

(33) *Disforciare* idem, quam *per uim inuadere.*

(34) Inde enim a temporibus *Richardi* & eius *coronamenti* locum eſſe *praeſcriptionibus* factum, ob

 *frumen-*

*frumenti uel aliorum fructuum, quos terra reddere conſueuit. In quo ius nullum habet contra me, teſte hoc uerum eſſe aſſerente & dicente hoc, uidi & audiui & paratus ſum probare ad ESGARDIVM (36) curie.*

*Rei contumacis coercitio poſt primum terminum.* §. 2. Et notandum eſt, quod facta *ſubmonitione* (37) *die* & *termino* aſſignatis partibus placitandi (38), ſi querelatus defuerit, per *catallum* (39) iuſticiandus, quousque *plegii* (40) ſufficientes habeantur, comparendi ad curiam & defectum, prout debuerit, *emendandi* (41).

*poſt ſecundum terminum.* §. 3. Si uero ad *ſecundum terminum* XLta dierum ſpacium continente uenire neglexerit, *feodum contentionis* (42) ob duorum *defectuum* negligentiam in *manu principis arreſtetur* (43). Ita, quod deffíciens ab *operatione feodi* (44) & omnium fructuum perceptione ſecludatur.

---

temporis interualla, illud quidem eſt, quod ſupra plenius iam diximus

(35) *Saiſina* hic *quaſi poſſeſſio*, *beſiz* in percipiendis fructibus.

(36) Ad *eſgardium curiae* probare ad *iudicium curiae*. Eſt enim *egardium* attentio, auſcultatio, barbare *audientia*, quae ultima uox ideo efficta, ut *esgardium* redderet quodammodo Latine.

(37) *Submonitio* idem, quam *citatio*. Nam fit iudice iubente a iudicii adminiſtris.

(38) *Placitare* eſt in iudicio contendere, diſputare. Nam in publico *mallo*, *einem offenen plaz* iudicia habita. Vnde *placitare*, *aufm plaz reden*, *plaziren*; & Gallis *plaidoir*, poſitio.

(39) *Catallum*, *capital* ſaepius dictum.

(40) *Plegii*, *pfleger*, fideiuſſores, ſupra expoſitum.

(41) *Defectum emendare* idem, quam ſoluere mulctam contumaciae & abſentiae.

(42) Inde formula hodieque in uernacula: *der ort quaeſtionis*, *worüber die fragen*.

(43) Res tum, ob contumaciam *ſequeſtranda* eſt. Romani poſſeſſionem dederant ex primo & altero decretis: ut, taedio alieni poſſeſſoris, compareret pars rea.

(44) *Operatio feudi* idem, quam operae feudi ergo praeſtandae, *ſeruitia feudalia*. Vel etiam operae, impendendae in feudi culturam.

§. 4. Si

§. 4. Si uero ad *tercium* terminum ſeu *aſſiſiam* (45) uenire contempſerit, *attentis* & *uocatis* ipſis *tribus* defectibus precurrentibus, *terra* ſiue *feodum* in manu principis per iudicium *aſſiſie* capiatur & in audiencia *parrochiae* (46) ipſam captam teneri, per *iuſticiarium bailliuie* denuncietur & *duobus uicinis* uel *tribus* tradatur cuſtodiendum. *Poſt tertium terminum.*

§. 5. Ipſa autem terra in manu principis per XLta dies ſit detenta usque ad quartam *aſſiſiam*. Tunc, propter *IIIIor aſſiſiarum defectum*, terra uideri in manu principis per iudicium *aſſiſiorum* precipiatur Et ad *uiſionem* (47) coram *uiſoribus* in manu principis reſumatur. *Poſt quartum.*

§. 6. Nec, poſt ipſam *uiſionem* & *feodi reſumptionem*, non debet feodum a manu principis extramitti, quousque querela fuerit terminata. *Viſione* autem facta & terra reſumpta, ad quartas *aſſiſias* debet *deſſiciens* (48) uocari, ut ueniat ſuper *uiſione* reſponſurus & iuri pariturus & huiusmodi *deffectus* (49) in *aſſiſiis* cum *proceſſu* querele publice declarari. In *quarta* uero aſſiſia, poſt *uiſionem* factam, ipſoque deſſiciente usque ad *nonam* (50) expectato, infra quam horam ſi eciam *pugilles curie* (51) ſe non preſentarent, pro deſſicien- Viſionis *proceſſus.*

(45) *Aſſiſia* iudicii *ſeſſio*, *der ſiztag im gericht.*

(46) *Parochia* hic idem, quam *circumiacens* uicinia.

(47) Barbara iurisprudentia plurimum dat tribuitque *oculis*. Inde ſuperius multoties de *uiſione*, inſpectione oculari, comparitione partis in perſona, *praeſentia*; de *uiſo ribus beſichtigern*; de *uiſneto beſichtigung* eſt actum.

(48) *Deficiens* idem, quam contumax, quod officio ſuo deſit.

(49) *Contumacia* & *abſentia* hic adpellantur nomine *defectus*, uti ſaepe etiam alias.

(50) Supra dixi *horas* numerari hic a primo diluculo. Igitur *nona* eſt pomeridiana. Nam toto fere die expectanda pars ad purgandam contumaciam.

(51) *Pugiles curiae* a *pugillis* ſiue tabulis dicti. In patrio iure *ſilentiarius* ſ. *ſecretarius*, *actuarius*.

tibus haberentur. Si ipſe non uenerit, eius deffectus annotetur & ad inſtanciam partis totus *proceſſus querele*, prout factus fuerit, *recitetur* & ſic per iudicium *aſſiſie ſaiſinam* (52), quam deficiens habebat in feodo querele tradatur penitus querelanti.

Exoniae *quousque admittantur.*

§. 7. In huiusmodi uero querela poſſunt *IIIIor exonie* (53) interuenire, antequam feodum *uiſum* fuerit per iudicium. Si uero *tres* fecerit *exonias*, in receptione tercie debet precipi per iudicium, quod *exoniati corpus* (54) uideatur. Cuius modus uiſionis in capitulo de *uiſionibus* ſuperius eſt oſtenſus. Poſt has autem de uia curie *quartam* poteſt facere *exoniam*, quam uero, ſi *unam* primarum fecerit, *quartam* facere non poterit *exoniam*. Semper enim in *tercie* receptione exonie *exoniati corpus* (55) uideri per iudicium precipiendum eſt. Nec *exonia* de *morbo reſidenti* (56) ipſo uiſo poteſt ſequi. Nec eciam poteſt de uia curie in una eademque querela iterari *exonia*. Si uero poſt captionem feodi, antequam terra *uiſa* fuerit, terram ſuam requiſierit, eam per *plegios* (57) habebit.

[52] *Saiſina, beſiz*, poſſeſſio rei tradatur actori. Nam *querulans* idem, quam actor; *querulatus* idem, quam *reus*.

[53] *Exonia, ausſaumnüſs*, id eſt, excuſatio a contumacia. Poteſt igitur ueniam rogare citatus per alium &, uti noſtro iure loquimur, petere, ut terminus prorogetur, proferatur.

[54] *Exoniati corpus uideatur* idem eſt, quam, ut demum citatus ſiſtat ſe in *perſona* ſitque *praeſens*.

(55) *Exoniati corpus*, id eſt, *excuſati perſona*. Nam ultra terciam uicem iudicium non licet ita eludere. Intereſt enim iudicis, ne ſuam auctoritatem patiatur laedi impune.

(56) *Morbus reſidens*, idem, quam continuus.

(57) *Plegii, pfleger* iidem hic, quam fideiuſſores. Praeſtita ergo cautione depoſitum aut rem ſequeſtratam recipit.

§. 8.

§. 8. Vnde notandum eſt, quod ſi eam ante terminum *aſſiſie* a iuſticiario requiſierit & in *aſſiſia* ei reddita fuerit, terminum reſpondendi ad aliam aſſiſiam reportabit. Si uero eam ante *aſſiſiam* non requiſierit, ſi in *aſſiſia* requiſierit, eam habebit per *plegios* & in eadem *aſſiſia* contra partem aduerſam tenebitur de eodem reſpondere. Et ſic requiſitio prius facta permittit terminum reſpondendi, quem uetat penitus negligencia requirendi. *Qui reddatur?*

§. 9. Notandum item eſt, quod cum *tres exonie* de *morbo reſidenti* in huiusmodi querela fieri habeant, ſi poſt primam uel ſecundam factam *exoniam exoniatus* acceſſerit ad curiam uel deſſiciens fuerit, terciam *exoniam* de eodem morbo (58) facere, non poterit. Cum enim prima *exonia* facta de *morbo reſidenti* fuerit alie due de eodem morbo ſine interruptione ſequi debent continue. *Exonia* tamen de *uia curie* (59) poſt uel ante fieri poterit ſecundum *exoniatoris* uoluntatem. *Quid ſi poſt contumaciam uenerit.* *Vna* abſentiae *cauſa non iteranda.*

§. 10. Notandum eciam eſt, quod ſi, factis *exoniis* omnibus, ad curiam *exoniatus* (60) acceſſerit, omnes ſuos *exoniatores* (61) cum eorum *teſtibus* debet habere. Et ſi pars aduerſa requiſierit, quod *miſſe* ſaluentur *exonie*, precipere debet iuſticiarius *exoniato*, ut ſuas ſaluet *exonias* (62). Si uero reſpondet, nullam ſe ad curiam miſiſſe *exoniam*, Exoniatores *neceſſarii?*

(58) Licet enim *reſidens morbus* ſonticus ſit, non tamen tegumento eius iudicium debet eludi. Haud dubie tamen caſus excipiuntur, ubi ille doceri poteſt teſtimonio medici.

[59] *Exonium de uia curiae*, eſt excuſatio abſentiae a curia, ad quam citatus non iuit.

(60) *Exoniatus* excuſatus. Forte *exoniatus* idem, quam *ausgeſöhnet*.

[61] *Exoniator*, *ausſöhner*, excuſator.

[62] *Miſſa exonia*, eſt idem, quam *rogatio ueniae miſſa*. Saluare *exonias*, excuſationes probare, quod fuerint *legitimae*.

tunc

tunc de omnibus terminis, in quibus ſe fecit exoniari, pro *deſſiciente* debet reputare & in continenti *emendare* & omnes *exoniatores* (63), cum teſtibus eorum & *plegiis*, (64) grauiter *emendare* (65) tenebuntur ob apertam maliciam & *deriſionem curie* (66) manifeſtam. Ipſe tamen exoniatus poſt hec omnes ſuas facere poterit exonias, tanquam nullam feciſſet earumdem. Ipſis autem factis poſtea ac receptis eas ſe feciſſe negare iterum, *curia* non permittit.

Lator *exoniae ſit* praeſens.

§. 11. Notandum ſiquidem eſt, quod omnes *exoniatores* priores, cum alia fit *exonia*, debent perſonaliter ad illam intereſſe (67). Et ſi deſſicientes fuerint, *emendabunt* & irritabuntur omnes precedentes *exonie*. Nec eciam preſens recipietur, ſed *lator* eius cum *teſte* ſuo *emendabit* exoniatus eius pro deſſicienti (68) habebitur. Et ſi duo alii preceſſerint *deffectus* in manu principis, contencionis *feodum* capietur. Si autem exoniatus, ſe prelibatas *exonias* feciſſe, conceſſerit, ad inſtanciam partis aduerſe, eas tenetur *ſaluare* nec alias ulterius de eadem querela facere poterit exonias, cum predictas cognouerit ſe feciſſe.

*Saluantur per a*]*emendam*,

§. 12. Notandum itaque eſt, quod per *emendam* (69) eas ſaluare poteſt, ſi *uadium* (70) de-

[63] Nam *exoniator* non proprio auſu alterum debet excuſare uel *exoniare*; ſed nonniſi a parte imploratus.

[64] *Plegii* fideiuſſores, a *pflegen*.

[65] *Emendare* ſoluere *emendam* uel mulctam.

[66] *Deriſio* curiae idem hic, quam *illuſio*, in uernacula *ſpotten*.

[67) Vt eo melius conſtet de ueritate rogatae per alios ueniae. Quamuis hoc ualde moleſtum. Et facilius priorum *exoniatorum* memoria ſeruari poſſet ſcriptis.

[68] *Diſſiciens* pro *contumaci* hic accipitur.

[69] *Emenda* idem, quam *multa*, ſaepius dictum.

[70] *Vadium* hic idem, quam *pignus*. *Inuadiare* rem, idem, quam oppignerare.

derit

derit pro eis de emenda ſecundam *minam* (71) *b) iuramentum.* *iuſticiarii* perſoluenda. Si uero per *ſacramentum* eas ſaluare uoluerit, in electione, partis aduerſe eſt, utrum per *exoniatum* uel per *exoniatores* & *teſtes* eorum facte ſaluentur exonie. Quas ſi per *exoniatum* ſaluare uoluerit, ipſe iurare tenebitur, quod quando *exoniatores* ipſum *exoniauerunt* laborabit & de unoquoque *exoniatore* iurabit, ipſam ſaluam & ueram tuliſſe *exoniam* & quod eius *teſtis* uerum perhibuit *teſtimonium.* Si uero per *exoniatores exonias* ſaluare uoluerit, unusquisque eorum iurabit, hoc eſſe uerum, quod in *exonio* propoſuit faciendo in hac forma.

§. 13. Hoc audiat iuſticiarius, quod N. *morbo reſidenti* opprimebatur quam ipſam *exoniam* & *teſtis* iurabit, hoc eſſe uerum *exonium* & ſimiliter omnes alii *exoniatores* & eorum teſtes iurabunt, qui de *exoniis* teſtimonium tulerunt (72). Si uero, capto in manu principis *feodo* querele per iudicium ac detento, dum tamen nundum per iudicium uiſum fuerit nec reſumptum, ſi defficiens eum requiſierit in curia, illud ei per ſufficientes *plegios* (73) ſtandi iuri, remota eius contentione reddetur & ſi poſt huiusmodi reſtitutionem fuerit *defficiens*, reſtitutum feodum recapietur nec ulterius reſtituetur requirenti, ſed tamdiu in *manu principis* tenebitur, quousque querela fuerit terminata. Formula: *exoniae ſ. petendae ueniae.*

[71] *Mina iuſticiarii* eſt menſura & ualor eius. Nam *menſuras*, pro locorum diuerſitate & ipſas diuerſas eſſe, diximus alibi. Cauſis indicatis. Nam ubi rerum abundantia, ibi maior menſura: ubi penuria rerum, ibi minor. Quod olim uſus commerciorum fuerat in rerum permutatione: non, uti hodie in numis, ubi omnia poſſunt aequari in loco omni.

(72) His ambagibus hodie non eſt opus. Nam ſufficit excuſationem eſſe factam & terminum prorogatum. Nullo pudore habito, utrum cauſa excuſandi uera ſit, an falſa & fictitia.

[73] *Plegii* fideiuſſores, qui tum ſufficiunt.

*Vbi* coeptus *proceſſus*, *ibi* finiendus.

§. 14. Notandum inſuper eſt, quod *terra capta* per ius in curia, in eadem, non alia, niſi in ſuperiori per ius eſt reddenda (74). Et ſimiliter *uiſio* aſſignata per ius in curia non eſt facienda, nec eciam aſſignanda, niſi per eamdem curiam uel ſuperiorem, in qua *contentionis querela* fuerit deducenda.

*Vbi locus* aduocatis *& procuratoribus?*

§. 15. Notandum eciam eſt, quod partes aduerſe *attornatos* (75) poſſunt facere & conſtituere in omni querela, exceptis tamen caſibus, in quibus *leges* proprie & *perſone* (76) requirunt *actionem*, ut in *monſtralibus* (77) & *deſreſinis* (78) & huiusmodi. *Attornati* autem *attornatorum* (79) non poſſunt *condiciones* immutare; ſed querelas accipiunt terminandas per iudicium in eodem *ſtatu* & *proceſſu* & circonſtantiis, in quibus eas *attornatores* habebant, quando pro eis fuerunt *attornati* & ſic *attornatores* (80) querelam poſſunt

---

[74] Lis ergo, ubi coepta eſt, debet etiam finiri. Et habet alter exceptionem *litiſpendentiae*. Quod ſi tamen ſuperior cauſam auocet, fieri hoc omnino poteſt. Niſi iudex inferior *iudicii dominus* ſit, nexu clientelari factus: tum enim dominus ſuperior abſque cauſa eum non poteſt iure primae inſtantiae priuare & ius quaeſitum eidem eripere. Contra *officialibus* & adminiſtratoribus iudicii ſemper obſequii gloria eſt relicta.

(75) *Attornatus* idem, quam ſubornatus pro, curator & aduocatus.

(76) Nam caſus & cauſae ſunt, ubi *perſonis litigantibus* ipſis incumbit, in iudicio ſe ſiſtere praeſentes. Praeſertim ſi fauor adſit ſingularis, uti in matrimonio. Et ſane conſultum magis eſſet, prohibere aduocatos aut procuratores, quam ſine diſcrimine admittere. Nam intereſt horum omnino diuitum perſonarum lites, ſui commodi & compendii ergo, alere, non componere aut finire.

[77] *Monſtralia* & *probalia* ſuperius commixta, hic diuiſa ſunt. Nam *monſtraliae* ſunt res oculari inſpectioni ſubiectae.

[78] *Deſreſina* eſt *deratiocinatio*, *raiſoner*, rationari; *deraiſonare* eſt rationem alterius confutare.

[78] *Attornatorum attornati* ſunt *aduocati ſubſtituti*: qui rem in priori ſtatu adſumere & continuare debent.

[80] *Attornatores* iidem, quam aduocatos aut *attornatos* ſubſtitue-

dedu-

deducere *placitando.* Nec tantum *attornatus* aliquis poteſt componere uel pacificare, qui uidelicet *attornatus* ſit ſolummodo ad *deductionem* querele, ad terminandam in componendo, *pacificando* uel alio modo (81) quam *placitando* querelam non debet audiri, niſi ad hoc *ſpecialiter* fuerit *attornatus.*

§. 16. Si uero, poſt uiſionem factam, querelatus ad curiam acceſſerit, *querelans* ibi ſuam exponat querimoniam, prout eſt ſuperius notatum. Si uero *querelatus* reſpondeat; hec omnia ei denego, uerbo ad uerbum, nec eius teſtes uidit nec audiuit, quod paratus ſum deffendere ad *eſgardium* (82) curie, tunc in continenti debet tendere iuſticiario *gagium* (83) ſuum ad deffendendum, quod iuſticiarius debet recipere. Conſiderato tamen prius & iudicato per iuſticiarios VII. ſeu *milites* ad minus, exiſtentes neutri parti ſuſpectos, quod dicta querela per uerba *ſecutoris* (84) & reſponſionem deffenſoris (85) poteſt & debet per illum (86) *uadiari.* *Si lis negatiue conteſtata?*

§. 17. Et tunc recipiet iuſticiarius primo *uadium* (87) *deffenſoris* & poſtea *ſecutoris* & *plegi-* *Proceſſus ad duellum.*

re aut conſtituere, ad litem proſequendam.

[81] Mandatum *generale attornati* non ei dat facultatem *tranſigendi.* Ergo ad hoc ſpeciali opus eſt mandato. Hac deficiente, fruſtra limites transgreditur ſui mandati nihilque agit.

[82] *Eſgardium curiae* eſt curialis audientia. Quod ſaepe dictum.

[83] *Tendere gagium* eſt dare *pignus* ad proſequendam litem. Nam *gage* Gallis & ſalarium eſt & pignus praeſertim ſignificatu ueteri.

[84] *Secutor* hic idem, quam ſectator, *prouocans* ad duellum. Sed tamen *ſecutor* etiam *heres* dicitur, germaniſmo manifeſto, *der nachfolger.*

[85] *Defenſor* ergo, ex natura oppoſitorum, idem, quam *prouocatus* ad duellum.

[86] Num *querela uadiari* poſſit? idem eſt, quam *caueri* idoneo modo.

[87] Nam & *actor* & *reus* cauent de non deſerenda lite; ſumma quidem definita.

os

*os* (88) de lege *uadiata* (89) & tunc a iuſticiario (90) terminus competens tam loci, quam temporis ad *duellum* aſſignabitur deducendum. Si uero *querelatus* in reſponſione ſua negato uerbo ad uerbum, quod aduerſarius expoſuit in *demanda* (91) offerat ſe deffendere, hoc per ſe uel per alium, qui hoc poſſit facere & debeat & habeat ſecum, qui dicat: *Ego ſum ſuus homo & paratus ſum deffendere ad eſgardium curie & offerat uadium deffendendi, ſi hoc conferat querelatus uadium* dabit deffendendi (92) & *uadiabitur* (93) *duellum*, ut ſupra.

*Apud quos locus* duello?

§. 18. Notandum ſiquidem eſt, quod in *ſecutionibus* (94) *hereditariis* per *duellum* poteſt *appellator* (95) ſequelam ſuam facere per *hominem ſuum* (96), qui ſe aſſerat hoc audiſſe & uidiſſe. *Secutus* (97) poteſt ſimiliter deffenſionem ſuam per hominem ſuum, qui uerba ſequele *ſecutoris* per ſingula denegat eſſe uera. Huiusmodi *duellum* deduci debet, ſicut ſuperius eſt expreſſum. Qui uero *ſuccubuerit* LX. ſolidos & unum *denarium iuſticiario* perſoluet de *emenda* (98). Nec

(88) *Plegii* fideiuſſores ſuper ſumma, de qua cauerunt.

(89) *Vadiata* idem, quam cauta,

(90) Duella enim a iudice indicta ſunt legitima & partes poſitae in ſtatum naturalem, qui iudice caret. Ergo idem eſt, non habere iudicem, quam iudicem nolle in cauſa propoſita ſententiam ferre.

(91) *Demanda* idem, quam requiſitio in iudicium.

(92) *Vadium* eſt cautio; *uadium defendendi* eſt cautio ad defendendum in tribunali.

(93) *Vadiare duellum* idem eſt, quam *duellum cauere*.

(94) *Secutio hereditaria* merus Germaniſmus, *die erbfolge*.

(95) *Adpellator* idem, quam *prouocator*, in uernacula: *aufruffer*.

(96) Igitur *duellum* poteſt transferre in hominem ſuum, id eſt, uaſallum & clientem ſuum: Siquidem ille rei litigioſae conſcius.

(97) *Secutus* eſt idem, quam *prouocatus* ad duellum. Nam iure reciproco etiam huic fas eſt, ſe defendere per *homines ſuos*, uaſallos, clientes.

(98) Nam eſt poena litigantium temere, *emenda* uel mulcta.

de ce-

de cetero ad aliquam *legitimam attentionem* (99) admittetur. Sed a legalibus & teſtimoniis exhibendis & locutionibus & judiciis proferendis & rebus ceteris, que in iure requiruntur penitus repelletur (100). Dominus autem, pro quo *duellum* ſubierat, amittet penitus, quicquid per illud intendebat (101) obtinere. Nec aliquid ulterius ipſe uel heredes ſui in querela contentionis de cetero poterunt reclamare.

§. 19. Et hoc idem intelligendum eſt de illis, qui pro *catallo (102) duellum* ſubierunt. Notandum ſiquidem eſt, quod dominus, pro quo uictus *duellum* ſubiit, tenetur eidem perſoluere pro *duello* faciendo precium, quod promiſit (103).

*Duellum pro* catallo.

## CAP. LXV.

## De PRESCRIPTIONE temporis.

§. 1.

PReſcriptio autem eſt *reſponſionis preclusio* ex proceſſu temporis procreata (*).

*Definitio.*

§. 2. Quedam autem fit de *hora*, ut in reuocatione *burgagii* (104) in *burgis*, *opidis* & *ciuitati*-

*Diuiſio temporis intuitu*,

(99) *Attentio* uel *actio* etiam *attio* barbare. Nam qui ſemel mendax, ſemper deinceps talis credendus.

(100) Sed dices; caſu aliquem ſuccumbere poſſe adeoque iniuſtum fore, eum excludere ideo a conſortio honeſtorum uirorum. Reſpono: Primum, ſibi tribuat ille, qui aleae rem commiſit fallacis duelli. Deinde ea tum ſuperſtitio, ut crederent illum fore nocentem, qui numinis auxilio relictus, ſuccubuerit.

(101) Nihil enim probante una parte, abſoluitur altera. Siue actor ſiue reus. Quoniam onus probandi in ſe ſuſcepit. Et reus excipiendo fit actor.

(102) *Pro catallo* duellum ſubire idem, quam pro *ſorte*, *das capital* aut aeris ſumma.

(103) Igitur non *amore iuſtitiae*: ſed propoſito pretio & praemio alii pro aliis duella in ſe ſuſceperant.

( * ) Alia eſt *praeſcriptio actionum* ſeu fatalium in proceſſu, alia *praeſcriptio rerum*. Vltima abſoluitur nonniſi XXX. annis, quo tempore orbis & mortalium quaedam conuerſio & metamorphoſis: primae autem genera diuerſa. De quibus hoc loco.

(104) Igitur de *actione reuocabus*.

*bus*. Si quis autem *uendiderit terram* uel feodum de *burgagio* & uenditio fuerit publice denunciata, *conſanguineus* (105) uenditoris illud poteſt reuocare, ſi reuocationem ſuam fecerit, antequam uenditor recepit *perfecte precium* rei uendite & gratanter (106). Poſt eam receptionem factam habende *reſponſionis* ſuper hoc *clauditur* uia reuocandi. Et hec preſcriptio eſt quaſi de ſpacio *unius* (107) *diei*.

*& modi in retracta.*

*XV. dierum ſpatium.*

§. 3. Eſt autem preſcriptio quedam que uiam *reſpondendi* precludit in *ſubmonicionibus* (108) factis de *hereditate*, antequam *quindecimum* diem *attingerit* (109). Nullus enim tenetur de hereditate ſua reſpondere in *minori* ſpacio, quam in *quindecimo* die. Et hujusmodi præſcriptio precludit reſponſionem *diebus* omnibus usque ad *quindecimum* diem poſt *ſubmonitionem* factam.

---

*toria* hic tantum ſermo, quae redundat ex iure retractus.

(105) Nam patrio iure nefas fuerat alienare bona immobilia extra familiam: Imo innouiter acquiſitis conſanguinei habuere ius *protoemtionis*, *retractus*, *reuocationis*.

(106) *Gratanter* forte idem, quam *libere*. Nam *gratis* in uernacula *gern*.

(107) Si quidem conſanguineus ſciuerit neque contradixerit, habetur pro conſentiente.

(108) *Submonitio* idem, quam *citatio*. Vti dictum ſaepe.

(109) Non hoc aliquid eſt ſingulare. Nam iure patrio omnis citatio ſpatium habuit XIV. dierum: ſed, his elapſis, Decimus quintus demum dies habitus pro termino. Cum itaque *trina* citatio ſolennis patriae iurisprudentiae: nemo non uidet *Saxonici termini* originem *VI. hebdomadum* & *trium dierum*. Quod alibi in *opuſculis* meis, expoſui planius & plenius. Verum *Saxonici iureconſulti* errarunt in hoc: quod *trium citationum* ſpatia tribuerint *uni* adeoque immanes ambages indulſerint partibus. Demum 1724. in *proceſſu illuſtrato & emendato ad tit. 4. p. 37.* redierunt in uiam, unde fuerant errore dilapſi. Non *trinam* citationem, olim ſolennem, cuique ſpatio adſignato XV. dierum, confuderunt in *unam*. Ita tamen, ut ter XV. dies, id eſt, XLV. dies haberet eius citationis ſpatium. Quod idem eſt, quod patrio & Normannico iuri olim fuerat ſolemne. Gaudeant ergo Saxonica tribunalia hoc lumine, quo illa perfudimus per Normannica inſtituta.

LIB.

# LIBER III.
# DIPLOMATARIVM HALBERSTADIENSIS EPISCOPATVS.

## NVM. I.

## Priuilegium Domini OTTONIS ſuper donatione in comitatu uidelicet *Veltheim*, *Heſſenheim*, *Arnaldesheim*, *Cugelingen* & *Schuſen* an. 966.

ADOLPHUS *Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus*, uniuerſis ſacri imperii Romani fidelibus, preſentes literas inſpecturis, graciam ſuam & omne bonum. Nouerit preſens etas & ſucceſſura poſteritas; quod nos *priuilegium* diue recordationis OTTONIS *imperatoris auguſti*, predeceſſoris noſtri, nobis exhibitum *uidimus* & perſpeximus continencie huiusmodi & tenoris. *In nomine ſancte & indiuidue trinitatis OTTO diuina fauente clementia imperator auguſtus*, nouerit omnium fidelium noſtrorum tam preſentium ſcilicet & futurorum induſtria, qualiter nos, ob interuentum dilecte coniugis noſtre, *Adelheidis filiique* noſtri cariſſimi, *regis* ſcilicet *Ottonis*, nec non *Theoderici* comitis noſtri fidelis cuidam noſtro *fideli* nomine *Mamaconi* tradidimus quicquid *predii*, uel *hereditatis* Monaſteria fratribusque in *Magdeburg*, Deo ſanctoque *Mauritio* die noctuque famulantibus habere uidebatur, predicto *Mamaconi* donauimus in pagis *Derlingen*, *Nortduringen*, in comitatu ipſius *Marchionis*, quem ipſi

*ADOLFVS imper. an. 1295.*

*renouat firmatque donationem OTTONIS I. imp. an. 966 Halberſtadienſi eccleſiae factam,*

*rogatu 1) uxoris 2) filii Ottonis 3) Theoderici comitis prædiorum in 1) Derlingen 2) Nordthuringen.*

ipſi in *beneficium* conceſſimus in locis ſubſcriptis; uidelicet in *Veltheim*, in *Heſſenheim*, in *Arnaldesheim*, in *Bernſtedertorpe*, in *Engelinge*, in *Etheim*, in *Sebuſe*, in *Drogemlexo*, in *Ubaldesleuo*, in *Valdorf*, quod Theodericus *comes* pro remedio anime ſue, Monaſterio predicto tradere uidebatur, excepto *ſemiſſe*, cum omnibus appendiciis & utilitatibus, tam in *mancipiis*, quam & in *edificiis*, *curulibus*, *terris* cultis & incultis, uiis & inuiis, exitibus & redditibus, pratis *paſtuis*, *ſiluis*, *aquis*, aquarumue decurſibus, *molendinis*, *piſcationibus*, *mobilibus*, & immobilibus, *queſitis* & *inquirendis* & cum omni integritate ſeu cuiuscunque modi utilitatis inueniri poſſit, predicto noſtro fideli *Mamaconi* tradidimus, donauimus, & confirmauimus, & *liberam* habeat *poteſtatem*, tenendi, donandi, uendendi, commutandi uel quicquid ſibi libuerit, exinde faciat, &, ut preſens hoc preceptum, noſtris *temporibus* firmius habeatur, futurisque *ueriùs* credatur & inconuulſum permaneat, *cartam* hanc conſcribi & annuli noſtri impreſſione ſignari iuſſimus, quam & manu propria firmauimus. Signum domini OTTONIS inuictiſſimi imperatoris auguſti. *Lincolfus* cancellarius ad uicem *Wilhelmi* archicancellarii recognoui. Dat. VIIII. Kal. May. anno *dominice* incarnationis CIↃCCCC. LXVI. *Indict.* nona. Anno *regni* domini *Ottonis* tricesſimo; *imperii* autem quinto. Actum *Quidelingeborg* in domino feliciter amen. NOS igitur, honorabilium uirorum *Epiſcopi*, *Prepoſiti*, *Decani* & *capituli* eccleſie HALBERSTADENSIS predicte, iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, dictum PRIVILEGIVM, prout proinde & *iuſte* conceſſum eſt & omnia in eo contenta, RATIFICAMVS, INNOVAMVS, CONFIRMAMVS & preſentis ſcripti

*nominatorum ſigillatim.*

*Cum omnibus acceſſoriis.*

*A comite impetrata poteſtate alienandi.*

*Datum an. 966.*

*Actum* Quedlenburgi.

ADOLFI *confirmatio an. 1295.*

*atro-*

*patrocinio* communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc noſtre *ratificationis*, *innouationis* & *confirmationis* paginam infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, ſe grauem noſtre indignationis *offenſam* nouerit incurſurum. In cuius rei *teſtimonium* preſens ſcriptum exinde conſcribi, & *maieſtatis* noſtre *ſigillo* fecimus communiri. *Datum* MÜLHVSEN V. Id. Ian. *indictione* octaua, *anno domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto*. Regni uero noſtri anno *tercio*.

*Scriptum* maieſtatis *ſigillo munitum.* *Datum* Mulhauſen *1295.*

## Num. II.

## Priuilegium domini HENRICI *tercii* ſuper *donatione* Lutheri comitis *Comitatuum* an. 1052.

ADOLPHUS, *dei gratia Romanorum rex, ſemper auguſtus*, uniuerſis ſacri imperii Romani fidelibus, preſentes literas inſpecturis, graciam ſuam & omne bonum. Nouerit preſens etas & ſucceſſura poſteritas, quod nos priuilegium diue recordationis HENRICI imperatoris, *auguſti predeceſſoris* noſtri nobis exhibitum uidimus & perſpeximus continencie huiusmodi & tenoris. *In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis*, HENRICVS *diuina fauente clementia romanorum imperator auguſtus.* Si eccleſias dei, terrenis facultatibus ditando, ſublimius hoc nobis & eterne uite ſalutem nimirum prodeſſe firmiter credimus; perinde omnes *epiſcopi*, noſtrique *fideles* tam futuri, quam preſentes nouerint; qualiter nos, pro noſtraque thori ac regni conſortis, ſcilicet AGNETIS IMPERATRICIS AVGVSTE, beatitudine deuota, *familiaris* noſtri fidelis ac dilecti BERNHARDI, *Halberſtadenſis* eccleſie epiſcopi moniti, eiusque petitionibus *exorati* LV-

ADOLFVS *imper. an. 1295. confirmat donationem Halberſtadienſi ep. factam ab* HENRICO III *imper. an. 1052. cuius tabulae deſcribuntur.*

*in ſalutem imperatricis*

*In pagis 1) Nordthuringen 2) Derlingen*

THERI comitis comitatum in pago *Northuringen* & in pago *Derlingen* uel in quibusdam locis ſitus ſit determinatus ac eundem Halberſtadenſis eccleſie, certamen honore ſancte & *indiuidue Trinitatis* & ſancte *Marie* ſemper *uirginis* atque genitricis Dei ſanctique *Stephani prothomartiris* & ſancti *Apti* martiris dedicatam cum omni iure & utilitate, que ullo modo inde poterit prouenire, in proprium tradimus, ea uidelicet ratione ut eiusdem predicte ſedis epiſcopus BVRCHARDVS ceterique ſui ſucceſſores absque omni contradictione noſtrorum *ſucceſſorum*, regum aut imperatorum eundem *comitatum* poteſtatiue habeant & cum uelint, tradant. Et ut hec noſtra *imperialis* traditio ſtabilis & inconuulſa omni permaneat euo, hoc preceptum *iuſſu* noſtro inde *conſcriptum*, MANV *propria* coroborantes, SIGILLI noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. *Signum* domini HENRICI TERCII regis inuictiſſimi.

*Scriptum 1) manu 2) sigillo munitum. Henricus 1) tertius ut rex 2) ſecundus, qua imperator.*

SECVNDI romanorum imperatoris auguſti *Wurtelius* cancellarius, uice *Wiltaldi* archicancellarii recognoui. DATA XVI. id. Februarii anno dominice incarnationis MLII. indictione quinta, anno autem domini *Henrici tertii* regis imperatoris *ſecundi* ordinationis eius *XIIII. regim.* quidem *VIII* *imperii* autem *ſexti*. In nomine domini *actum* in *Haſelueldo* feliciter amen. Nos igitur honorabilium uirorum *prepoſiti*, *decani* totiusque *capituli eccleſie* Halberſtadienſis predicte, iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, dictum *priuilegium* prout, proinde & iuſte conceſſum eſt, & omnia in eo contenta *ratificamus*, *innouamus* & *confirmamus*, nec non preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc noſtre *ratificationis*, *innoua-*

*Datum 1052.*

*Actum in Haſelueldo.*

*Ratificatio.*

*tio-*

*tionis* & *confirmationis paginam* infringere uel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, grauem ſe noſtre indignationis offenſam nouerit incurſurum. In huius rei teſtimonium preſens *ſcriptum* exinde conſcribi & *maieſtatis* noſtre *ſigillo* fecimus communiri. DATVM in MVLHVSEN quinto idus Ianuarii indictione octaua, anno domini *milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto*, regni uero noſtri tercio.

*Scriptum* maieſtatis *ſigillo munitum.* *Datum in* Mulhauſen *1295.*

## Num. III.

### Priuilegium domini HENRICI *tercii* ſuper donatione uille *Vpplingen* in comitatu *Lutheri* ſitam an. 1048.

ADOLPHVS, *dei gratia*, *Romanorum rex*, *ſemper auguſtus*, uniuerſis ſacri imperii Romani fidelibus, preſentes literas inſpecturis, graciam ſuam & omne bonum. Nouerit preſens etas & ſucceſſura poſteritas, quod nos *priuilegium* diue recordationis HENRICI, *imperatoris* auguſti predeceſſoris noſtri, nobis exhibitum uidimus & perſpeximus, continencie huiusmodi & tenoris. *In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis*, *HENRICVS*, *diuina fauente clementia Romanorum imperator auguſtus*. Si eccleſiaſticas res ex noſtris bonis augmentauerimus, nobis ad preſentis uite ſalutem & ad eternam beatitudinem firmiter prodeſſe confidimus. Hac igitur ſuffulti ſalubri ſpe, cunctos *epiſcopos* noſtrosque fideles tam futuros, quam preſentes uolumus ſcire; qualiter nos, pro noſtra noſtrique thori ac regni conſortis ſcilicet *Agnetis* imperatricis *auguſte* beatitudine & ob deuotum ſeruitium noſtri fidelis atque dilecti *Halberſtadenſis epiſcopi* BVRCHARDI, unam uillam *Vpplingen* dictam in pago *Norturingen* in comitatu *Luthe-*

ADOLFVS *confirmat an. 1295. epiſcopatui* HALBERSTADIENSI *priuilegium ab Henrico III. indultum.*

*in gratiam imperatricis & ſeruitium* BVRCHARDI *epiſcopi. in uilla* Vplingen.

*Lutheri* ſitam comitis, ad altare ſancti *Stephani prothomartiris* tradidimus, cum omnibus ſuis pertinenciis utriusque *ſexus mancipiis*, areis, edificiis, agris, terris cultis & incultis, campis, pratis paſcuis, ſiluis, uenationibus, aquis, aquarumque decurſibus, molis, molendinis, uiis & inuiis, queſitis & inquirendis & cum omni utilitate, que ullo modo inde poterit prouenire, ea uidelicet ratione, ut prefatus epiſcopus BVRCHARDVS ceterique ſui ſucceſſores eidem eccleſie *Halberſtadenſi* preſidentes, deinceps liberam poteſtatem habeant *obtinendi*, *tradendi*, *commutandi*, *precandi uel quicquid illis collibuerit inde faciendi.* Et ut hec noſtra imperialis *traditio* ſtabilis & inconuulſa omni ſuccedentis temporis permaneat euo, hoc *gyrographum*, inde conſcriptum, manu propria corroborantes, *ſigilli noſtri* inpreſſione iuſſimus inſigniri. Signum domini HENRICI *tercii regis* inuictiſſimi *ſecundi*, *Romanorum imperatoris* auguſti. *Wintherius* cancellarius uice *Bardonis* archicancellarii recognoui. Datum IIII. nonas Ianuarii anno dominice incarnationis *milleſimo* XL. VIIII. *indictione* II. anno autem domini *Henrici tercii* regis imperatoris *ſecundi* ordinationis eius XX. regni quidem X. imperii autem tercio. In nomine domini actum Moſeburc feliciter amen. Nos igitur honorabilium uirorum *prepoſiti*, *decani* totiusque *capituli Halberſtadenſis* eccleſie predicte noſtris poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu dictum *priuilegium*, prout proinde & iuſte conceſſum eſt & omnia in eo contenta *ratificamus*, *innouamus & confirmamus*, nec non preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtre ratificationis, innouationis & confirmationis paginam in-

*Cum poteſtate alienandi donata.*

*Datum 1048.*

*Verba confirmationis.*

infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, grauem ſe noſtre indignationis offenſam nouerit incurſurum. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum exinde conſcribi & *maieſtatis noſtre ſigillo* fecimus communiri. *Datum Mulhuſen* quinto Idus Ianuarii indictione octaua anno domini *milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto*, regni uero noſtri anno tercio.

*Scriptum* maieſtatis ſigillo *munitum.* *Datum an. 1295.*

---

## Num. IV.

## Priuilegium domini OTTONIS SECVNDI ſuper donatione proprietatis in uilla *Bodenrod* in comitatu *Marchionis* ſita an. 980.

ADOLFVS, *dei gratia, romanorum rex, ſemper auguſtus*, uniuerſis ſacri imperii romani fidelibus preſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Nouerit preſens etas & ſucceſſura poſteritas; quod nos *priuilegium* diue recordationis OTTONIS, *imperatoris auguſti*, predeceſſoris noſtri, nobis exhibitum uidimus & perſpeximus *continentie* huiusmodi & tenoris. *In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis OTTO, diuina fauente clementia imperator auguſtus*, nouerit omnium fidelium noſtrorum tam preſentium, quam & futurorum induſtria; qualiter nos per interuentum fidelis noſtri *Theoderici* uidelicet *Marchionis* talem proprietatem, qualem habuimus in uilla *Bodenrod* nominata in pago *Derlingou* dicto & in predicto *Marchionis comitatu* ſitam cum omnibus *utenſilibus* ad eandem proprietatem iure pertinentibus in *mancipiis utriusque ſexus*, edificiis, areis, terris cultis & incultis, agris, pratis, campis paſcuis, ſiluis, uenationibus, aquis, aquarum

ADOLFVS *an. 1295. confirmat tabulas donationis*;

OTTONIS II. *an. 980.*

*rogatione* THEODERICI marchionis. Bodenrod *in pago* Derlingau

*cum omni acceſſorio.* rum decurſibus, piſcationibus, molendinis, uiis & inuiis, exitibus & redditibus, queſitis & inquirendis cunctisque aliis appendiciis, que adhuc diu aliquomodo aut nominari poſſit, a noſtro iure in poteſtatem cuiusdam *fidelis* noſtri *Marchionis* redegimus atque ad integrum ſibi in *proprium* tradidimus, ea uidelicet ratione, ut iam antefatus *Marchio* liberam deinceps de eodem predio faciendi, quid uelit poteſtatem habeat, ſiue illud *tradere* uel *commutare* aut uendere ſeu magis ſibi retinere uoluerit. Ad hoc etiam ei in proprium dedimus a donis *Litinlburgam* nomine & *filios* & *filias* eius & *Odi* uxorem *Adalburgam* ac filios & filias propter petitionem & interuentum fidelis noſtri SIBERTI *comitis* & ut hec noſtre donationis autoritas in futuris temporibus firmior ac ſtabilior habeatur, hoc noſtre imperialis donationis preceptum inde conſcriptum, *ſigilli* noſtri *impreſſione* ſignari iuſſimus, *manuque propria* ut *infra* uidetur, inſuper corroborauimus. Signum *domini* OTTONIS *inuictiſſimi imperatoris augusti*, *Wildebaldus* epiſcopus & *cancellarius* ad uicem *Willigiſi* archicancellarii recognoui. *Data* quarto idus Septembris anno domini incarnationis DCCCC. LXXX. indictione VII. anno uero regni ſecundi Ottonis XX. imperii autem XIII. actum *Borveldon* feliciter amen. Nos igitur, honorabilium uirorum prepoſiti, decani totiusque capituli *eccleſie Halberſtadenſis* predicte noſtris poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu dictum priuilegium, prout proinde & iuſte conceſſum eſt & omnia in eo contenta ratificamus, innouamus & confirmamus nec non preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc noſtre ratificationis, in-

*Reſignatio* dominii *directi.*

*Donatio* hominum.

*Scriptum firmatum* 1) *ſigillo* 2) *manu.*

*Datum* 980.

*Actum in* Boruelden.

Inſtauratio *priuilegii.*

noua-

nouationis & confirmationis paginam infringere uel ei, auſu temerario, contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumſerit, grauem ſe noſtre indignationis offenſam nouerit incurſurum. In cuius rei *teſtimonium* preſens ſcriptum exinde *conſcribi* & *maieſtatis* noſtre *ſigillo* fecimus communiri. *Datum* in Mulhuſen quinto idus Ianuarii, indictione octaua anno domini *milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto*, regni uero noſtri tercio.

Datum *in Mulhuſen* 1295.

---

# Num. V.

## Priuilegium domini LVDOVICI ſuper *Electione epiſcopi* per duos canonicos an. 911.

ADOLFVS *an. 1295. confirmat ac renouat priuilegium.*

A*DOLFVS*, *dei gratia Romanorum rex*, *ſemper auguſtus*, uniuerſis ſacri Romani imperii fidelibus, preſentes literas inſpecturis, graciam ſuam & omne bonum. Nouerit preſens etas & ſucceſſura poſteritas, quod nos priuilegium diuine recordationis LVDEVICI, *Romanor. regis*, predeceſſoris noſtri, nobis exhibitum, uidimus & perſpeximus, continencie huiusmodi & tenoris.

LVDOVICI Romanorum *regis an. 911.*

*In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis* LVDEVICVS, *diuina fauente clementia rex*. Eccleſiarum Dei curam gerere, petitionibus quoque Dei ſeruorum annuere *regibus* & honorificum & ſalubre fore, cunctis *fidelibus* liquido claret; quapropter notum eſſe uolumus; qualiter uenerabilis epiſcopus *Sigismundus*, ſancte eccleſie *Halberſtadenſis*, ubi *principalis epiſcopii* ſui ſedis eſt in pago Hardegowe, conſtructa, noſtram adiens clemen iam, piorum *progenitorum* noſtrorum, ipſi ſedi conceſſa *priuilegia* detulit eadem per interuentum fidelium noſtrorum *Hactonis* ac *Wicperti*

*Exhibentur tabulae an. 911.*

*in honorem* Sigismundi *epiſcopi.* Halberſtad *ſedes principalis.*

*Precibus 1) epiſcoporum.*

*2) comitum.* *perti* epiſcoporum *Ottonis* & *Burchardi comitum*, & concedi, & corroborari depoſcens: quod, quia iuſtum ac *rationabile* conſtat, per hoc noſtre autoritatis preceptum eorundem conſultu decreuimus, ut omnia, que memorate Halberſtadenſis eccleſie a *progenitoribus* noſtris *regia* munificentia, ſine aliorum *fidelium* collatione, ſeu per *precariam* iuſte tradita ſunt, firma & inconuulſa permaneant, neque ullus *iudex publicus* ſeu quelibet *iudiciaria perſona*, eiusdem ſedis, *litos* aut *colonos* ſeu quoslibet uiros ad ipſam ſedem uariis modis acquiſitos uel adhuc inquirendos, quolibet modo, diſtringere audeat; ſed maneat ipſius loci *Epiſcopo Facultas propria*, que de hiis iuſte uoluerit faciendi. Inſuper etiam *progenitoris* noſtri *Arnolphi imperatoris*, anime ſaluatione innumeraque proſpera incolumitate iam dicte *Eccleſie* concedimus, ut habeant, cui eiusdem clerici ſedis *canonice* atque eccleſiaſtice ſeu inter ſe, ſeu aliunde digne ad hoc & conuenienter *eligendi epiſcopum liberam ac propriam facultatem*, maneatque eidem loco tam hec conceſſio, quam omnis immunitas umquam a progenitoribus noſtris illuc conceſſa, firma, & perpetualiter obſeruanda. Et ut hoc noſtre authoritatis *decretum*, quolibet modo infringi, uel depromari ſiue permutari nequeat, manu *propria* illud firmauimus atque *ſigillo* noſtro conſignari iuſſimus. DATVM ſeptimo idus *Auguſti*, anno incarnationis *Domini* DCCC. XI. *indictione* 5. anno regni domini LVDOWICI tertio. ACTVM TREBVRIAS in *Dei* nomine feliciter amen. Signum *domini* LVDOWICI, *sereniſſimi regis*. Arnolfus *cancellarius* ad uicem *Dietmari* archicancellarii gerendis recognoui. Nos igitur honorabilium uirorum *Epiſcopi*, *Præpoſiti*, *Decani* & *Capi-*

*Carolingici imperatores ſunt* Ludouici *infantis progenitores.*

*Saluo iure alienandi.*

Arnulfus *pater* : imperator.

*Ius capituli in* ELIGENDO EPISCOPO.

*Scriptum firmatum 1) manu. 2) ſigillo.*

*Datum 911.*

*Actum Treburiae.*

*Transſumtum Adolfi.*

*Capituli Ecłleſie Halberſtadenſis* predicte, iuſtis poſtulationibus, grato concurrentes aſſenſu, dictum priuilegium prout proinde, & ius te conceſſum eſt & omnia in eo contenta *ratificamus, confirmamus, innouamus & preſentis ſcripti patrocinio* communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc noſtram *ratificationis, confirmationis, innouationis* paginam infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, ſe grauem noſtre indignationis offenſam nouerit incurſurum. In cuius rei teſtimonium preſens *ſcriptum* exinde conſcribi & *maieſtatis* noſtre ſigillo fecimus communiri. *Datum* MÜLHVSEN 5. idus Ianuarii, indictione VIII, anno domini *milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto. Regni* uero noſtri anno *tertio*. *Ratificatio.* *Datum* Mulhuſen 1295.

---

## Num. VI.

## Priuilegium domini OTTONIS, imperatoris, ſuper ſex foreſtos, ſcil. *Hacul, Huv, Falſtein, Aſſa, Elun, Nortwalth* an. 944.

A*DOLFVS, dei gratia Romanorum rex, ſemper auguſtus*, uniuerſis Romani imperii fidelibus, preſentes litteras inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum. Nouerit preſens etas & ſucceſſura poſteritas, quod nos priuilegium diue recordationis OTTONIS IMPERATORIS, predeceſſoris noſtri, nobis exhibitum *uidimus* & *perſpeximus*, continentie huiusmodi & tenoris. *In nomine ſancte & inuidue trinitatis OTTO, diuina fauente clementia imperator auguſtus.* Notum ſit omnibus noſtris fidelibus ſcilicet atque futuris, qualiter nos rogatu *Arnolphi*, uenerabilis *Halberſta-* ADOLFVS *an. 1295.* *Diploma* OTTONIS I. *an. 944. datum*

*Halberſtadienſi eccleſiae. in banno VI. foreſtarum.* *berſtadenſis epiſcopi*, ſibi ſuisque ſucceſſoribus, predicti loci epiſcopis noſtri iuris proprietatem *bannum* noſtrum ſuper *foreſto*, *ſex* illi ſunt, prediximus, in *proprium* conceſſimus & donauimus, quorum nomina hic infra ſunt ſcripta *Hacul*, *Hui*, *Falcſtein*, *Aſſa*, *Elvu*, *Nortwald*, hos foreſtos cum eorum *terminationibus*, quas ex una parte diuidit aqua, que dicitur *Suntora* ex ſui fontis origine usque ad uillam *Oſſendorp* inde *Pina*, que tendit ad uicum *Felereſciua*, item inde magnaque ducit ad *Alerum* fluuium & ſic eundem fluuium deorſum usque ad fluuium, qui dicitur *Onacra*, illum autem *Onacra* ſurſum usque ad *Ner*, ea uidelicet ratione, ut in his foreſtis ſex & in eorum terminis predictis & preſcriptis nulli penitus mortalium liceat, *ceruum* aut *ceruam* uel *aprum* uel *ſuem* ucl huius generis quiddam capere uel *uenari* ſine eius ſuorumque ſucceſſorum licentia. Et ut hec noſtre donationis authoritas firmior ſtabiliorque perſeueret, perduret & permaneat, hoc preceptum inde conſcriptum, *ſigilli* noſtri inpreſſione ſignari iuſſimus *manuque propria* ut *infra* apparet corroborauimus *Signum domini OTTONIS*, *inuictiſſimi imperatoris auguſti*, Hildeboldus epiſcopus & *cancellarius* uice Willigiſi archiepiſcopi recognoui. DATA XII. Kal. Maii anno incarnationis DCCCCXLIIII. *indictione* C. anno uero tertio *Ottonis* regnantis XIV. *Imperii* autem primo. Actum *Crutmundi* feliciter amen. Nos igitur honorabilium uirorum *prepoſiti*, *decani & capituli eccleſie Halberſtadenſis* predicte, iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, dictum priuilegium prout proinde & iuſte conceſſum eſt, & omnia in eo contenta ratificamus, confirmamus & innoua-

*Nomina & fines harum foreſtarum.*

*Prohibita aliis uenatione.*

*Datum 944.*

*Actum*

*Tranſumtum.*

nouamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc noſtre confirmationis, ratificationis, innouationis paginam infringere uel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, grauem ſe noſtre indignationis offenſam nouerit incurſurum. In cuius *rei* teſtimonium preſens ſcriptum exinde conſcribi & *maieſtatis* noſtre *ſigillo* fecimus communiri. Datum in Mülhuſen, quinto idus Ianuarii indictione 8. anno domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto. Regni uero noſtri anno tercio.

*Ratificatio & confirmatio.*

*Datum* Mulhuſen *1295.*

## Num. VII.

### Priuilegium domini HERMANNI, *imperat. Rom.* ſuper *Batusleuo, Oſtersleuo* & *Biſchendorp* dat eccleſie *Halberſtaden.* an. 1083.

A*DOLPHVS*, *dei gratia Romanorum rex*, uniuerſis ſacri imperii fidelibus, preſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Nouerit preſens etas & ſucceſſura poſteritas, quod nos priuilegium diue recordationis HERMANNI, *Romanorum regis*, predeceſſoris noſtri nobis exhibitum uidimus & perſpeximus continencie huiusmodi & tenoris. *In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis HERMANNVS, diuina fauente clementia rex.* Quicquid ad utilitatem ſanctarum *Dei eccleſiarum* ſacerdotes *epiſcopi* uenerando eorumque petitionibus aſſenſum prebendo conferimus, tam nobis, quam poſteris noſtris profuturum eſſe, ſine dubio credimus. Quapropter notum eſſe uolumus, omnibus noſtris fidelibus tam futuris; quam preſentibus, qualiter nos ob deuotum & fidele ſeruitium, dilecti noſtri

ADOLFVS *an. 1295, confirmat.*

HERMANN. regis Rom. *an. 1083. donationem*

*Praedii, imperio aperti.* ſtri BVRCHARDI *Halberſtadenſis* epiſcopi, predium, quod *Theodericus hereditario iure* poſſedit, & eo, ſine heredibus defuncto, in *regiam poteſtatem* iuſte deuenit. *Hatisleue.* Scilicet ſitum in *uilla Batisleuo* in pago *Strevego* in comitatu *Ottonis* filii *Adelberti* comitis, & in duabus uillis, *Oſchersleuo*, & *Biſchendorff* in pago *Nortoringou*, in comitatu *Sigefridi* comitis cum omnibus appendiciis ſuis, hoc eſt utriusque *ſexus mancipiis*, terris cultis & incultis, areis, edificiis, agris, campis, paſcuis; *Cum acceſſoriis.* ſiluis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, molis, molendinis, uiis & inuiis, exitibus & redditibus, queſitis & inquirendis, & cum omni utilitate, que ullo modo prouenire poterit, ad ſanctam Halberſtadenſem *eccleſiam*, in honorem *ſancti Stephani prothomartiris* conſecratum tradidimus, ea uidelicet ratione, ut predictus epiſcopus ſuique ſucceſſores, de prefato *predio*, *liberam* dehinc poteſtatem habeant, *tenendi*, *dandi*, *commutandi*, uel quicquid eis pro uſu ſue eccleſie placuerit inde faciendi. Et ut hec noſtra traditio ſtabilis & inconuulſa omni permaneat proeuo, hanc cartam inde conſcriptam, manu propria corroborantes, *ſigilli noſtri impreſſione* iuſſimus *inſigniri*. Signum *domini* HERIMANNI, *regis inuictisſimi*. Bruno *cancellarius*, uice Sigefridi *archicancellarii* recognoui. *Datum 1083.* *Datum* eſt idus *Apr.* anno incarnationis *Dominice milleſimo octogeſimo tertio, indictione ſexta* anno autem *ordinationis* & *regni* domini *Herimanni* regis ſecundo. *Actum Goslariae.* *Actum* GOSLARIE in Dei nomine feliciter amen. Nos igitur honorabilium uirorum *prepoſiti*, *decani* totiusque capituli eccleſie *Halberſtadenſis* predicte, noſtris poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, *Tranſumtum.* dictum priuilegium prout proinde & iuſte

ſte conceſſum eſt, & omnia in eo contenta *ratificamus*, *innouamus & confirmamus*, nec non preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtre ratificationis paginam infringere, uel ei, auſu temerario, contraire. Si quis autem hoc *attemptare* preſumpſerit, grauem ſe noſtre indignationis offenſam nouerit incurſurum. In cuius rei *teſtimonium* preſens ſcriptum exinde conſcribi & *maieſtatis* noſtre ſigillo fecimus communiri. *Datum* in *Mülhuſen* quinto idus Ian. indictione 8va, anno domini *milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto*, regni uero noſtri tercio. *Datum Mulhuſen 1295.*

## Num. VIII.

### Priuilegium domini OTTONIS *ſecundi* ſuper donatione *libere facultatis, eligendi epiſcopum* an. 974.

ADOLPHVS, *dei gratia*, *Romanorum rex*, *ſemper auguſtus*, uniuerſis ſacri imperii Romani fidelibus, preſentes literas inſpecturis, graciam ſuam & omne bonum. Nouerit preſens etas & ſucceſſura poſteritas, quod nos priuilegium OTTONIS imperatoris, predeceſſoris noſtri, nobis exhibitum uidimus, & perſpeximus, continencie eiusmodi & tenoris. *In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis*, *OTTO*, *diuina fauente clementia imperator auguſtus*, eccleſiarum curam gerere, petitionibus quoque Dei ſeruorum annuere, *imperatoribus* & honorificum ac ſalubre fore, cunctis fidelibus liquido claret. Quapropter notum eſſe, uolumus; qualiter uenerabilis ſancte Dei eccleſie HALBERSTADENSIS preſul HILDENVARDVS, ubi *principalis epiſcopii ſui* ſedes eſt in pago *Hartigau* conſtructa, noſtram adiens clementiam, pio-

ADOLFI *imp. tranſumtum 1295.*

OTTONIS II. *priuilegii 974.*

Hildeuardus *ep.* *Pagus* Hardigau.

piorum progenitorum noſtrorum ipſius ſedis conceſſa *priuilegia* detulit, eadem & concedi & roborari depoſcens. Quod, quia iuſtum & rationabile conſtat, per hoc noſtre *authoritatis* preceptum, eorumdem conſulta decernimus, ut omnia, que memorate *Halberſtadenſis* eccleſie a progenitoribus noſtris regia uel imperatoria munificentia ſiue aliorum fidelium collatione ſeu perprecariam iuſte tradita ſunt, firma & inconuulſa permaneant neque ullus iudex publicus, ſeu quelibet iudiciaria perſona eiusdem ſedis *litos* aut *colonos* ſeu quoslibet uiros ad ipſam ſedem uariis modis inquiſitos uel adhuc inquirendos, quolibet modo diſtringere audeat, ſed maneat ipſius loci epiſcopo facultas propria, que de his iuſte uoluerit faciendi. Inſuper etiam pro Domini genitoris noſtri & *imperatoris auguſti* beatiſſime memorie *anime* ſaluatione noſtraque proſpera incolumitate iam dicte eccleſie concedimus: *ut habeant eiusdem Clerici, canonice atque eccleſiaſtice, ſeu inter ſe, ſeu aliunde digne adhoc & conuenienter, eligendi epiſcopum liberam ac propriam facultatem maneatque eidem loco tam hec conceſſio*, quam omnis immunitas umquam a progenitoribus noſtris illuc conceſſa, firma & perpetualiter obſeruanda. Et ut hoc noſtre auctoritatis decretum firmius ſtabiliusque ſeueret, hanc cartam *inſcribi* iuſſimus *annulloque* noſtro inſignitum *manu* propria firmauimus. *Signum domini* OTTONIS *inuictisſimi imperatoris auguſti*, Willigiſus *cancellarius* uice *Roberti* archicancellarii, ſubſcripſi. *Datum* VII. idus Iunii, anno incarnationis Domini D CCCC LXXIV. indictione I. anno regni domini *Ottonis terno decimo*; *imperii* autem *ſexto*. Actum in *Verla*. Nos igitur honorabilium uiro-

*Liti & coloni.*

*Ius capituli in* eligendo epiſcopo.

*Scriptum munitum 1] ſigillo. 2] manu.*

*Datum 974.*

ro-

rorum *prepoſiti*, *decani* totiusque *capituli* eccleſie *Halberſtadenſis* predicte, iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, dictum priuilegium, prout proinde & iuſte conceſſum eſt, & omnia in eo contenta *ratificamus*, *innouamus*, *confirmamus* & preſentis ſcripti patrocinio *communimus*. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc noſtre confirmationis, ratificationis & innouationis paginam infringere uel ei, auſu temerario, contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, grauem ſe noſtre indignationis offenſam nouerit incurſurum. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum exinde conſcribi & maieſtatis noſtre ſigillo fecimus communiri. DATVM in *Mulhuſen* V. idus Ianuar. indictione octaua, anno domini *milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto*, regni uero noſtri anno tercio.

*Tranſumptum.* *Ratificatio.* *Datum in Mulhuſen 1295.*

## Num. IX.

### Priuilegium domini OTTONIS tercii ſuper ius in *Minsleue* & *Redebec* an. 9--

ADOLPHVS, *dei gratia*, *Romanorum rex ſemper auguſtus*, uniuerſis ſacri imperii Romani fidelibus, preſentes literas inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum. Nouerit preſens etas & ſucceſſura poſteritas, quod nos *priuilegium* diue recordationis OTTONIS *imperatoris auguſti*, predeceſſoris noſtri, nobis exhibitum uidimus, & perſpeximus, continencie huiusmodi & tenoris; *In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis* OTTO TERTIVS *ſeruus Ieſu Chriſti & Romanorum imperator auguſtus*, ſuam uoluntatem Dei ſaluatoris noſtrique liberatoris omnibus ſancte Dei eccleſie uniuerſisque fidelibus preſentibus & futuris notum eſſe

ADOLFVS *an. 1295. confirmat & renouat.* OTTONIS III. *priuilegium.* *Nouitas:* ſeruus Chriſti

uolumus: qualiter nos ob interuentum domini ARNOLDI, *ſancte Halberſtadenſis ecclesie* uenerabilis *epiſcopi* dedimus prefate ſue ecclesie in honorem ſancti *Stephani*, prothomartiris edificate tale predium, quale *Vathardus clericus* habuit & ad *noſtrum ius* redactum eſt in uillis *Mimeslauo* & *Redebec* dictis in pago *Hartigoue* in comitatu *Friderici comitis* ſitum atque id ipſum predium cum omnibus ſuis pertinentiis in *mancipiis*, utriusque ſexus, areis, ædificiis, terris cultis & incultis, agris, campis, pratis, paſcuis, ſiluis uenationibus, aquis aquarumue decurſibus, molendinis piſcationibus, uiis & inuiis, exitibus & redditibus, omnibusque aliis appendiciis, que adhuc dici uel nominari poſſunt, prenominate ſancte *Halberſtadienſis ecclesie* in perpetuum habendum tradidimus eo tenore, ut prefatus *Arnoldus* reuerendus PONTIFEX ſuique ſucceſſores de prefato predio liberam dehinc poteſtatem habeant, ad utilitatem ſue ecclesie faciendi quicquid uelint, & ut hec noſtre donationis auctoritas firmior perſiſtat, hanc paginam *manu propria* roborantes, noſtro *ſigillo* inſſimus inſignire. Signum Domini OTTONIS TERTII inuictiſſimi. Heribertus *cancellarius* uice Willigiſi *archiepiſcopi* recognouit. Nos igitur honorabilium uirorum prepoſiti, decani, totiusque capituli ecclesię Halberſtadenſis predicte, iuſtis poſtulationibus grado concurrentes aſſenſu, dictum priuilegium prout proinde & iuſte conceſſum eſt & omnia in eo contenta, ratificamus, innouamus & confirmamus, nec non preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc noſtre ratificationis, innouationis & confirmationis paginam infringere uel ei, auſu temerario con-

*Villae in pago* Hartigou.

PONTIFEX Halberſtadienſis.

*Tranſumtum.*

contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, grauem ſe noſtre indignationis offenſam nouerit incurſurum. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum exinde conſcribi & *maieſtatis* noſtre *ſigillo* fecimus communiri. *Datum in Mülhuſen*, quinto idus Ian. indictione octaua, anno domini *milleſimo duccenteſimo nonageſimo quinto*, *regni* ueri noſtri anno tercio. *Datum 1295.*

## Num. X.

## Priuilegium domini HENRICI Regis, ſuper bonis eccleſie & *iure capituli*, eligendi epiſcopum. an. 1002.

ADOLPHVS, *dei gratia Romanorum rex*, *ſemper auguſtus*, uniuerſis ſacri imperii fidelibus, preſentes literas inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum. Nouerit preſens etas & ſucceſſura poſteritas, quod nos priuilegium diue recordationis HENIRICI, Romanorum regis, predeceſſoris noſtri nobis exhibitum uidimus & perſpeximus, continencie huiusmodi & tenoris. *In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis* HENIRICVS, *diuina fauente clementia rex*, eccleſiarum Dei curam gerere, petitionibus quoque ſeruorum Dei annuere, regibus & honorificum ac ſalubre fore, cunctis fidelibus liquido claret. Quapropter omnibus fidelibus noſtris preſentibus atque futuris notum eſſe uolumus, quomodo uir uenerabilis ARNOLDVS, ſancte Dei eccleſie *Halberſtadenſis* preſul, noſtram adiens clementiam, porum anteceſſorum noſtrorum *Regum* uidelicet & *imperatorum*, ipſi ſedi conceſſa precepta & priuilegia detulit, eadem a nobis concedi & roborari depoſcens. Nos uero ob deuocionem dilecte *coniugis* noſtre

ADOLFVS an 1295. *confirmat ac renouat.*

HENRICI S. an. 1002.

*Preces* Cunigundae.

*Cunegundis* regine, nec non ob interuentum fidelis noſtri *Willigiſi*, *Moguntine* ſedis reuerendi archiepiſcopi, propoſitioni ejus benignum *aſſenſum* prebentes, omniaque memorate *Halberſtadenſis eccleſie* ab *anteceſſoribus* noſtris, *regia* uel *imperatoria* munificentia, ſiue aliorum fidelium collatione, ſiue per precariam, iuſte tradita ſunt & inſuper MERCATVM, quem beate memorie ſenior noſter OTTO *tertius* uidelicet & imperator auguſtus in *principali* loco *Halberſtad* perpetualiter habendum conceſſit, quemadmodum & nos, per hoc noſtrum preceptum, decreuimus, quique prius precepto *ſecundi* OTTONIS imperatoris auguſti in loco *Saligeſtadt* uocato, habebatur una cum *theloniis* ac *monnetis*, & *regio banno* in utrisque locis tenendis & accipiendis & *regalem heribannum* ſuper *milites liberos* & *ſeruos* eiusdem eccleſie, ac noſtre preceptionis regia authoritate prefato *epiſcopo* & eius eccleſie ſuisque ſucceſſoribus denuo *donamus* atque *confirmamus*. Precipientes firmiter *regio iuſſu*, ut nullus *iudex* publicus ſeu quelibet iudiciaria perſona eosdem ſedis *Litos* ac *Colonos* ſeu quoslibet uiros ad ipſam ſedem uariis modis inquiſitos uel adhuc inquirendos, quolibet modo diſtringere audeat, ſed maneat loci ipſius epiſcopo *facultas propria*, que de his iuſte uoluerit faciendi. Ad hec etiam pro ſenioris eiusque anteceſſoris felici memoria noſtraque proſpera incolumitate etiam predicte eccleſie concedimus, ut habeant eiusdem ſedis *Clerici*, canonice atque eccleſiaſtice ſeu inter ſe uel aliunde digne ad hoc & conuenienter *eligendi epiſcopum*, liberam atque propriam facultatem, maneatque eidem loco tam hec conceſſio, quam omnis *immunitas* umquam ab anteceſſoribus noſtris

*Ius* nundinarum *indulgetur* Halberſtadio.

*Olim* Saligenſtadio *adnexum*. *Itemque iura*
1) uectigalium.
2) monetarum.
3) banni *regalis*.
4) heribanni, *in* milites *a*] *liberos* *b*] *ſeruos*.

*Facultas capituli*: eligendi epiſcopum.

ſtris illuc conceſſa, firma & perpetualiter tenenda. Et ut hoc noſtre authoritatis decretum firmius ſtabiliusque perſeueret, hanc *cartam* inde *conſcribi* iuſſimus *annulloque* noſtro inſignitam *manu* propria confirmauimus. Signum domini HENIRICI, *regis inuictiſsimi*; Eigilbertus *cancellarius* uice Willigiſi *archicancellarii* recognouit. DATVM VI. Kal. Sept. anno domini incarnationis *milleſimo ſecundo*, indictione XV. Anno uero domini HENIRICI *regis*, *primo*. ACTVM *Cravecto* feliciter amen. Nos igitur honorabilium uirorum *prepoſiti*, *decani* & *capituli* ecclefie Halberſtadenſis predicte, iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, dictum priuilegium prout proinde & iuſte conceſſum eſt & omnia in eo contenta, ratificamus, innouamus & confirmamus, nec non preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc noſtre ratificationis, innouationis & confirmationis paginam infringere, uel ei, auſu temerario, contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, grauem noſtre indignationis offenſam ſe nouerit incurſurum. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum exinde conſcribi & *maieſtatis* noſtre *ſigillo* fecimus communiri. *Datum* in MÜLHVSEN, quinto idus Ian. indictione octaua anno *milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto*, regni uero noſtri anno tercio.

*Datum an. 1002.*

*Tranſumtum.*

*Datum 1295.*

## Num. XI.

### Priuilegium domini HENIRICI, imperatoris SECVNDI, ſuper predio in *Gelinge*, *Gethle*, *Barleſſer* in comitatu *Dithmari* an. 1019.

ADOLFVS an 1295. *confirmat.*

A*DOLPHVS, dei gratia, Romanorum rex ſemper auguſtus*; uniuerſis ſacri imperii Romani fidelibus, preſentes literas inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum. Nouerit preſens etas & ſucceſſura poſteritas, quod nos priuilegium diue recordationis HENIRICI *imperatoris*, predeceſſoris noſtri nobis exhibitum uidimus & perſpeximus, continencie huiusmodi & tenoris. *In nomine ſancte & in diuidue Trinitatis HENIRICVS, diuina fauente clementia Romanorum imperator auguſtus.* Si uenerabilium eccleſiarum Dei loca alicuius doni commodo ditare ac ſublimare ſtuduerimus, nobis id regnique noſtri ſtatui profuturum eſſe, minime dubitamus. Quapropter nouerit omnium Chriſti fidelium noſtrorumque uniuerſitas, qualiter nos pro remedio *anime noſtre parentumque* noſtrorum, nec non dilectiſſime *contectalis* noſtre *Cunigunde*, uidelicet *imperatricis auguſte Halberſtadenſis eccleſie* in honorem ſancti *Stephani* prothomartiris dedicate, cui uenerabilis ARNOLDVS, epiſcopus preeſſe uidetur, interuentu ac petitione eiusdem reuerendi preſidis tale quoddam in uſum *fratrum* Deo ibidem ſeruientium, quale nobis iuſto iudicum iudicio legaliter pertinere uidetur, ſitum in locis *Zulinga*, *Berto*, *Ochciſefroth*, *Gardulfeſroth*, in pago uero *Sueugou*, in *comitatu* autem *Dietmari* comitis, utilitatibus, eidem predio iuſte pertinentibus, terris uidelicet cultis & incultis, *manicipiis* utriusque ſexus, areis, edificiis, pratis, paſcuis, ſiluis aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, uiis & inuiis, exitibus & redditibus, queſitis & inquirendis, ceterisque, que quomodocunque nominari poſſunt utilitatibus, ad idem predium iure pertinentibus, per hanc meam imperialem pagi-

HENRICI s. *donationem* *Halberſtadienſi. ep. factam.*

*Villarum.*

paginam concedimus atque largimur & de *noſtro* *Iure* proprietatis. *iure ac dominio* in eius *ius* atque *dominium* tranſcendimus, ea uidelicet ratione, ut idem iam dictus *epiſcopus*, ſibique poſt hunc *ſuccedentes*, liberam de eadem *proprietate* poſt hac habeant facultatem. Et, ut hec noſtre ingenuitatis autoritas ſtabilis & inconuulſa omni poſt hunc permaneat tempore, hoc preceptum inde conſcriptum manu propria corroborantes, *ſigilli noſtri* impreſſione iuſſimus inſigniri. Signum domini HENIRICI, *Romanorum inuictisſimi imperatoris augusti.* Guntherius *Cancellarius* uice Erkenboldi *archicancellarii* recognoui. DATVM *indictione* ſecunda, *Datum* anno dominice *incarnationis milleſimo nonodecimo.* *1019.* Anno autem domini Henrici ſecundi *regnantis* ſeptimo. Anno *imperii* uero ſexto. A- *Actum* CTVM *Magdeburg.* *Magdeburg.* Nos igitur honorabilium uirorum *prepoſiti*, *decani*, *totiusque capituli eccleſie* *Tranſumtum.* *Halberſtadenſis* predicte, noſtris poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, dictum priuilegium prout proinde & iuſte conceſſum, & omnia in eo contenta ratificamus, innouamus & confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc noſtre ratificationis, innouationis & confirmationis paginam infringere, uel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, grauem noſtre indignationis offenſam ſe nouerit incurſurum. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum exinde conſcribi & maieſtatis noſtre ſigillo fecimus communiri. Datum in *Mulhuſen*, quinto idus Ianuarii, indictio- *Datum* ne octaua, anno domini milleſimo ducenteſimo *1295.* nonageſimo quinto, regni uero noſtri anno tercio.

## Num. XII.

### Priuilegium domini HENRICI *tertii* ſuper predio in uillis *Appolderſtede*, tredecim manſos in *Sanden* mola molendino, excepto hoc, quod *Halberſtadii* eccleſie an. 1042.

ADOLFVS 1295. confirmat.

ADOLFVS, *dei gratia Romanorum rex, ſemper auguſtus*, uniuerſis ſacri Romani imperii fidelibus, preſentes literas inſpecturis, graciam ſuam & omne bonum. Nouerit preſens etas & ſucceſſura poſteritas, quod nos priuilegium diue recordationis HENRICI REGIS, predeceſſoris noſtri, nobis exhibitum uidimus & perſpeximus, continencie huiusmodi & tenoris. *In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis HENRICVS, diuina fauente clementia rex.* Omnibus preſentibus noſtrisque fidelibus tam futuris, quam preſentibus, perſpectum eſſe uolumus, qualiter nos, *ob maternam* petitionem dilectiſſime *genetricis* noſtre GISELE, *imperatricis auguſte*, cuidam clienti noſtro nomine *Schart* tale predium, quale *Herimannus* pater illius *Schabunorum iudicio* nos *adhereditabit* in pago *Derlingou* in comitatu *Erberti* comitis, ſitum in hiis uillis *Abolderſteden*, tredecim manſos in *Sanden mola* cum molendino, excepto hoc, quod *Halberſtadt* pro remedio anime ſue dedit cum omnibus ſuis pertinenciis, hoc eſt *utriusque ſexus* mancipiis, *areis*, *edificiis*, *terris cultis & incultis*, *agris*, *pratis*, *paſcuis*, *campis*, *ſiluis*, *uenationibus*, *aquis*, *aquarum decurſibus*, *molis*, *molendinis*, *piſcationibus*, *exitibus & redditibus*, *uiis & inuiis*, ſeu cum omni *utilitate*, que ullo modo inde poteſt prouenire, in *proprium* dedimus atque tradidimus, ea uidelicet ratione; ut

HENRICI III. priuilegium ann. 1042.

ad preces matris Giſelae

in praedio Schart.

in pago Derlingou,

conceſſum cum omnibus acceſſoriis

in proprietate

pre-

prediƈtus *Schart* de prefato *predio* liberam poteſtatem habeat *tenendi*, *commutandi*, *precariandi*, uel quicquid ſibimet placuerit inde faciendi. Et ut hec noſtre traditionis autoritas ſtabilis & inconuulſa permaneat euo, hanc cartam inde conſcribi eamque *manu propria* corroborantes, *ſigilli* noſtri impreſſione iuſſiimus inſigniri. SIGNVM *domini Henrici tertii*, *regis inuiƈtiſſimi*, Eberhardus *cancellarius* uice Bardonis *archicancellarii* recognouit. DATVM VIII. Kal. Auguſti, indiƈtione X. anno dominice incarnationis XLII. anno autem domini *Henrici tertio*, *ordinationis* eius XV. *regni* uero IIII. ACTVM Dullede feliciter amen. Nos igitur honorabilium uirorum *prepoſiti*, *decani*, *totiusque capituli eccleſie Halberſtadenſis* prediƈte, iuſtis poſtulationibus, grato concurrentes aſſenſu, diƈtum priuilegium, prout proinde & iuſte conceſſum eſt, & omnia in eo contenta *ratificamus*, *innouamus & confirmamus*, *nec non preſentis ſcripti patrocinio communimus*. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc noſtre ratificationis & confirmationis paginam infringere uel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, grauem ſe noſtre indignationis *offenſam* nouerit incurſurum. In cuius rei *teſtimonium* preſens ſcriptum exinde conſcribi & *maieſtatis* noſtre *ſigillo* fecimus communiri. Datum in MVLHVSEN, quinto Idus Ianuarii, indiƈtione oƈtaua, anno domini *milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto*, regni uero noſtri anno tertio.

*manu propria, ſigillo, munitum.*

Datum.

Aƈtum.

*Transſumtum.*

*Sanƈtio.*

Datum *in* Mulhuſen. 1295.

## Num. XIV.

### Priuilegium *domini* HENRICI QVARTI ſuper *duos comitatus*, unum *Bernhardi*,

ſiue

ſiue filii eius *Gebehardi* comitum; alterum uero *Lutheri* comitis. an. 1063.

ADOLFVS *an. 1295. confirmat priuilegium.*

ADOLPHVS, *dei gratia, Romanorum rex, ſemper auguſtus*, uniuerſis ſacri Romani imperii fidelibus, preſentes literas inſpecturis, graciam ſuam & omne bonum. Nouerit preſens etas & ſucceſſura poſteritas, quod nos *priuilegium diue recordationis* HENRICI REGIS, predeceſſoris noſtri, nobis exhibitum uidimus & perſpeximus, continencie huiusmodi & tenoris. *In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis HENRICVS, diuina fauente clementia rex*, omnibus, cum regie dignitatis ſit, ius cuique ſeruare ſuum, precipue tamen eccleſiaſtica iura nobis obſeruanda uidentur, quia ſi peccandum, tollerabilius in homines, quam in Deum; ſi non peccandum, reuerentius tamen Deo, quam hominibus obſequendum: Nos quidem *patrum precedentium* ueſtigia imitari optantes, augere bona eccleſiaſtica, aucta retinere noſtroque, in quantum poſſumus patrocinio tueri debemus, quatenus noſtra *tenera etas* ad *uirile robur* anhelans promoueri, ſi promouerit ſperans & dandi in Deo gloriam aſſequatur etatem, inter homines confirmandi gratiam non amittat, uniuerſis igitur ipſius noſtris que fidelibus tam futuris quam preſentibus notum eſſe uolumus: qualiter dilectus & fidelis noſter BVRCHARDVS, *Halberſtadenſis epiſcopus* clementie noſtre *ſerenitatem* ſupplicando adiit, uti ſue eccleſie bona ſua modis unde cunque legalibus ac gratanter iure ſibi perpetuo per noſtri precepti paginam confirmamus. Cumque honeſte petitione noſtrorumque fidelium, uidelicet dilecti noſtri *magiſtri* ANNONIS *Colonienſis archiepiſcopi*; ADELBERTI *Hamburgenſis* epiſcopi conſentire decernentes *regiam munificentiam* confirmamus.

HENRICI IV. *an. 1063. conceptum.*

*in* tenera aetate.

*ad preces.* BVRCHARDI *epiſcopi.*

*Conſilio* 1) ANNONIS, 2) ADELBERTI.

mamus eidem *eccleſie libertatem* & bona omnia, que a CAROLO MAGNO predeceſſoris noſtri *Romanorum* ſiquidem *imperatoris* ſiue *Francorum regis* usque ad tempora noſtra prenominate eccleſie conceſſa ſunt & nos ei omni tempore habendum atque iure perpetuo poſſidendum, omni noſtra & noſtrorum ſucceſſorum cunctorumque mortalium maiorum uel minorum inquietudine remota, per noſtri precepti paginam concedimus. *Parochias* ſcilicet *decimas*, *terras* cultas & incultas, *comitatus*, *mercatus*, *monetas*, *telonia*, cum omni utilitate, que deſcribi aut ullo modo inde poterit prouenire. Singulariter autem DVOS COMITATVS unum BERNHARDI ſiue filii eius *Gebhardi* comitum; alterum uero LVTHERI comitis, quos pater noſter pie memorie HENRICVS *imperator* prefate eccleſie tradidit, *nos* quoque & pro eius remedio anime & pro *noſtra incolumitate* eidem ſancte eccleſie *Halberſtadenſi regie poteſtatis*, noſtra authoritate in *proprium* concedimus, & confirmamus. Et ut hec noſtra regalis conceſſio ſiue confirmatio ſtabilis & firma omni euo permaneat, hanc cartam inde conſcriptam *manu propria* corroborantes, *ſigilli* noſtri impreſſione iuſſimus inſignire. *Signum* domini HENRICI QVARTI regis. Fridericus *Cancellarius* uice Siefridi *archicancellari* recognoui. Datum VII. idus Aug. anno domini incarnationis LXIII. indictione prima, anno autem *ordinationis* domini Henrici quarti regis VIIII. regni uero VI. ACTVM *Goslarie* in Dei nomine feliciter amen. *Nos* igitur honorabilium uirorum *prepoſiti*, *decani*, totiusque *capituli eccleſie Halberſtadenſis* predicte, iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, dictum *priuilegium*, prout proinde & iuſte conceſſum eſt & omnia in

*in bonis & libertatibus a Carolo M.*

*Priuilegia ſingularia in* 1] *iure*

2] comitatibus *duobus a patre donatis.*

Actum *Goslarie* 1063.

Tranſumtum.

eo

eo contenta ratificamus, innouamus & confirmamus, nec non preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc noſtre ratificationis & confirmationis paginam infringere uel ei, auſu temerario, contrare. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, grauem ſe noſtre indignationis offenſam nouerit incurſurum. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum exinde conſcribi & maieſtatis noſtre ſigillo fecimus communiri. DATVM in *Mulhuſen* quinto idus Ian. indictione octaua, anno domini milleſimo duceteſimo nonageſimo quinto, regni uero noſtri tercio.

*Datum 1295.*

## Num. XV.

### Priuilegium donationis *caſtrorum* VALKENSTEIN & ENGERSLEBEN an. 1330.

BVRKARD *Comes in* Valkenſtein *an.* 1330.

IN *nomine indiuidue Trinitatis BVRCHARDVS, Dei gratia comes in Valkenſtein,* omnibus in perpetuum. Vt ea, que fiunt in tempore ſimul tranſeant cum tempore, utile eſt, ut *ſcripturarum* teſtimonio roburentur. Nouerint igitur uniuerſi tam preſentis temporis, quam futuri: quod pro *remedio anime noſtre & parentum noſtrorum* donauimus & preſentibus donamus caſtrum in VALKENSTEIN & caſtrum in ENGERSLEBEN cum oppido & omnibus proprietatibus eisdem caſtris adiacentibus tam in uillis, quam *nemoribus, pratis* & *paſcuis* & *aquarum* decurſibus, *ſilvis* & *lignetis, hominibus* & *uaſallis*, ad proprietatem dictam ſpectantibus, cum omni iure & proprietate ſicut *nos* & *progenitores* noſtri tenuimus & poſſedimus, eccleſie *Halberſtadienſi* iure *proprietatis* in perpetuum poſſidenda, *conſenſu*

*Caſtra a)* Valkenſtein *b)* Engersleben *donat eccleſiae* Halberſtadenſi *cum acceſſoriis.*

ſenſu *matris* noſtre domine *Luitgardis* & aliorum, quorum *conſenſus* requirendus fuerat ad id ſpecialiter accedente. Volentes, dictam *donationem* ſic per nos factam, ubicunque eccleſ. *Halberſtadienſis* neceſſe habuerit, recognoſcere, quando & quoties fuerit oportunum. Ab hac donatione ſpecialiter excipimus *montes*, qui dicuntur LENZBERCH & HONTBERCH, quos nobis cum omne utilitate & fructu ad *uite* noſtre *tempora* ſpecialiter reſeruamus. Inſuper uolumus, ut *clauſtra* & *homines* dominii noſtri predicti, maneant in eisdem libertatibus & iuribus, quas & que a nobis hactenus habuerunt. Preterea ordinationes factas per nos, pro remedio *anime* noſtre & *parentum* noſtrorum in diuerſis *eccleſiis Domini noſtri* predicti uolumus inuiolabiliter obſeruari. In cuius rei euidentiam preſentem literam noſtro & *Capituli* noſtri *ſigillis* dedimus communitam. TESTES uero ſunt *Eckardus* Cammerlengus Erleko de *Vizenhage*, milites Albertus *Rand*, Iohannes de *Aſmersleben*, Enecko de *Erſternburg*, Dilicko de *Welpesleben famuli* & alii quam plures fide digni. *Actum* & datum in QVEDLINBVRG, anno domini 1330. XV. Kal. Februarii.

consenſu
*1) matris*
*2) aliorum.*

*Exceptis* montibus.

Sigilla.

Teſtes.

Actum in *Quedlenburg 1330.*

# Num. XVI.

## Littera *donationis* officii PINCERNATVS Capitulo *Halberſtadienſi* an. 1320.

*VEnerabilibus uiris dominis FRIDERICO, decano totique capitulo Halberſtadienſis eccleſie HENRICVS, Dei gratia prepoſitus eiusdem eccleſie.* Quicquid beneuolentie poterit & fauoris, conſideratis & inſpectis uariis & diuerſis perplexitatibus, quibus eccleſia noſtra pro *debitorum*

HENRICVS *D. G.* praepoſitu *Halberſtadienſis an. 1320.*

*torum* oneribus multipliciter premitur & grauatur, ad quorum releuationem libenter, in quantum poſſemus uellemus intendere. Itaque officium PINCERNE, quod uulgariter SCHENCKAMT uocatur, quod nobis tanquam *prepoſito eccleſie Halberſtadienſi* pertinere dignoſcitur, *vobis & capitulo* ueſtro liberaliter donamus cum omni *iure*, quod ad nos & ad *prepoſitos* eccleſie Halberſtad. pertinuiſſe dignoſcitur ab antiquo. Similiter *Pomerm* apud ſanctum *Alexium* in ciuitate *Halberſtadenſi* ſitam, que fuerat quondam *Alberti* militis *Velthem*, uobis & capitulo ueſtro donamus cum *proprietatis* titulo poſſidendam, gratum & ratum habituri, quicquid cum predictis uidelicet OFFICIO PINCERNE cum ſuis pertinentiis, ſimiliter & cum *curia* pro commodo & profectu *Capituli* ueſtri duxeritis ordinandum. In quorum euidentiam has literas noſtras *uobis* & *Capitulo* duximus concedendas, *ſigilli* noſtri appenſione munitas. *Actum* & *datum* HALBERSTAD. anno domini *milleſimo trecenteſimo uiceſimo*, incarnationis ſancti Bonifacii.

PINCERNAE *munus* *& inde pendentes reditus* *donat* Halberſtadienſi *eccleſiae.* Actum & datum *an.* 1320.

---

## Num. XVII.

CONCORDIA inter PRINCIPES, COMITES & BARONES ac eccleſiam HALBERSTADENSEM ſuper magna IVRISDICTIONE an. 1409.

Transactio *principum & procerum an.* 1409. *cum* HALBERSTADIENSI *epiſcopo ſuper* iurisdictione *in* Eisleben.

IN *nomine Domini Amen.* *Anno* NATIVITATIS *eiusdem milleſimo quadringenteſimo nono*, INDICTIONE *ſecunda*, DIE *uero Mercurii*, *uiceſima tertia menſis* SEPT. *hora ueſperorum* uel quaſi ſede uacante per depoſitionem EVGENII Pape in oppido *Isleiben Halberſtadienſis dieceſeos*. In communi

domo

domo *lapidea* eiusdem oppidi; in mei *Notarii* publici, *teſtiumque*,infra ſcriptorum adhoc uocatorum & rogatorum, preſentia perſonaliter conſtitutis, uenerabilibus & egregiis uiris, domino *Iohanne* SCHWANEFOGEL, decretorum doctore eccleſie *Hildeshemenſis*; Agerhardo *Konken* in decretis licentiato, Canonico *Magdeburgenſi*; reuerendi epiſcopi in Chriſto patris & domini BVRCHARDO, *Dei* & *Apoſtolice* ſedis gratia electi & confirmati *Halberſtadenſis*, nec non *Capituli* eccleſie *Halberſtad.* predicte ceterorumque *iudicum* dicte eccleſie ciuitatis & dieceſeos ac *officialium* eorundem ex una: nec non dominis Henrico de BOTTILSTEDE, decretorum doctore eccleſie ſancte Marie ISENACENSIS Magunt. dioeceſeos & KANVTO de ARVSIA, utriusque iuris doctoribus, Canonico eccleſie ſancti Henrici, iam dicte dieceſeos, reuerendi in Chriſto patris ac domini IOHANNIS, Dei gratia epiſcopi MERSEBVRGENSIS atque illuſtrium ac generoſorum *ducum*, *Landgrauiorum*, *Marchionum*, *Comitum* & *Baronum*, uidicet FRIDERICI & WILHELMI fratrum, dei gracia ducum SAXONIE, *Friderici* eadem gracia *Landgrauiorum Thuringie* & Marchionum *Miſnenſium*, atque eisdem adherentium infra ſcriptorum partibus, ex altera *compromiſſariis*, ut aſſeruerunt de & ſuper certis articulis exercitium IVRISDICTIONIS ECCLESIASTICE concernentibus, prefati uenerabiles uiri *doctores* & *licentiatus compromiſſarii* per organum prenominati domini *Henrici* de BOTTELSTEDE, inter partes prefatas de & ſuper materia ante dicta pronunciarunt hoc, quo ſequitur,modo:

*In nomine Domini amen. Inter reuerendum in Chriſto patrem & dominum* BVRCHARDVM, *dei gracia electum & confirmatum* HALBERSTADENSEM, *nec non*

*Notario procurante.*

*inter Halberſtadienſem* epiſcopum,

*& alios* proceres

*a) antiſtites.*

*b) principes ſeculares.*

*ſuper* iurisdictione *eccleſiaſtica.*

SENTENTIA AVSTREGALIS.

CAPITVLVM *eccleſie Halberſt. predicte ceteroſque* IVDICES *dicte eccleſie & dioeceſeos ac officiales eorundem ex* VNA: *atque reuerendum in Chriſto patrem & dominum* IOHANNEM, *Dei gracia epiſcopum* MERSEBVRGENSEM, *nec non illuſtres & generoſos Principes, Duces, Landgrauios, Marchiones, Comites, Barones* eisque adherentes, qui ſequuntur, uidelicet dominum *Fridericum* & *Wilhelmum* fratres, Dei gratia duces SAXONIE, dominum *Fridericum Landgrauium* THVRINGIE, nec non Marchiones MISNENSES; *Bernhardum* principem de ANHALT; *Henricum ſeniorem & Henricum iuniorem, comites de* SCHWARTZBVRG; *Volratum & Guntherum, comites & dominos de* MANSFELD; *Brunonem dominum in* QVERFVRT, ceteroſque eis adherentes, in dieceſi *Halberſtadenſi* IVRISDICTIONEM TEMPORALEM habentes, partibus ex ALTERA: nos *quatuor compromiſſarii* hinc inde *electi*, hic preſentes, *de & ſuper* certis *Articulis* exercitium IVRISDICTIONIS ECCLESIASTICE dieceſeos *Halberſtadenſis* concernentibus oblatis, *pronunciamus* & LAVDAMVS in hunc, qui ſequitur, *modum*. Ad euitandum, ne aliquis uel aliqui ſuper cauſa quacunque non *eccleſiaſtica*, in foro *ſeculari* coram competente judice finita, quouis modo uel pendente, ad *iudicium eccleſiaſticum* trahatur ſeu trahantur: uolumus, quod quicunque aliquis in iudicio *eccleſiaſtico* conuentus fuerit, & *litispendentiam* uel *transactionem* aut alium modum, per quem lis finitur, coram *eccleſiaſtico* iudice allegauerit uel exceperit, quod *de & ſuper* huiusmodi allegatione uel exceptione litis *duorum uaſallorum* aut *aduocatorum* ſeu aliorum *officiatorum*, *proconſulum* & *conſulatus* alicuius oppidi uel duorum *ſcabinorum*, medio *iuramento*, ſuis ſuperioribus aut in aſſumptione ſuorum

*Argumentum, exercitium* IVRISDICTIONIS *eccleſ.* Halberſtad. epiſcopi.

*Cauſa, ſemel* iudicata *non* requirenda.

Litispendentia

*probetur*

rum officiorum preſtito, hoc *teſtificantium* aut compoſitorum ſuperiorum iuramento, quod per literam MISSIVAM eorum preſtabunt, dicendo, hoc ſuper iuramento noſtro, quod per preſentem *literam* preſtamus, dicimus, credatur; nec *iudex* ECCLESIASTICVS amplius de tali cauſa iudicare preſumat *litispendentiam*. Interpretamur item in cauſis PROFANIS inter *Laicos*, ad forum *ſeculare* ſpectantibus, ad ſuos competentes iudices fiat remiſſio ad SEX SEPTIMANAS, *ſuperiore* uel *iudice* ſeculari ipſius rei hoc pendente a die *citationis* ipſius iudicis ſecularis computandas, infra quas ipſa cauſa iuxta *ſtilum iudicii* ſecularis in *iure* uel *amicitia* debeat terminari. Quod ſi factum non fuerit, *actore* cauſam eandem coram iudice eccleſiaſtico proſequente, dictus *iudex eccleſiaſticus* eandem *examinabit*, ſalua tamen exceptione ſeu allegatione ipſius rei ſuper *culpa* uel *negligentia* actoris de non MINISTRATE IVSTITIAE in iudicio *eccleſiaſtico* proponenda & iuxta modum, in primo concepto conſcriptum, probanda. Quodque dictus IVDEX SECVLARIS uel ſuperior remiſſionem petens *ſaluum conductum* de accedendo, ſtando uel reſidendo actore in *litera*, in qua petitur *remiſſio*, ſi ipſam concedere potuerit, adſcribat, alioquin apud eum clare huiusmodi *conductum* impetret & unam literam, qua petitur remiſſio iudici, remiſſura unico contextu, faciat preſentare. Item ubicunque *uia* DENVNCIATIONIS uel ACCVSATIONIS proceditur ſuper CRIMINE, forma *iuris communis* obſeruetur iudex ſuo ex *officio* ad *inquiſitionem ſpecialem* alicuius non procedat, niſi *fama precedente* & *inquiſito* per *inquiſitorem* citato comparente & famam contra eum per inquiſitorem probari petente.

*nec uioletur*

Secularia *ad iudicem* ſecularem.

*Niſi* iuſtitia *negata*.

*Saluus conductu*.

*In* crimina libus
1) *denuntiatio*.
2) *accuſatio*.

*Ius commune canonicum*.

*Purgatio per iuramentum.* te. *Inquiſitor* eam probari teneatur &, ea probata, *inquiſitus* ſemet *purgabit.* Si autem *inquiſitus* non exigat, famam contra ſe probari, ex tunc inquiſitus ſolo ſuo IVRAMENTO ſeſe ab obiecto crimine purgabit. Niſi iudex ex officio ſuo *famam* probet, qua probata ſemetternus, ut premiſſum eſt, expurgabit. Hac diſcretione nihilominus adiecta, quod iudex contra *mulieres coabitantes* ſuis maritis ſuper crimine *adulterii* duntaxat, niſi contra eos per *teſtes* inutiles denunciatio preceſſerit, non procedat & per *famam* non intelligatur *diuulgatio* ab paucis, ſed per *totum locum maiorem partem uicinie* & ſufficiat, iuxta premiſſa, famam probari per *duos teſtes.* Item quicunque aliquis de CRIMINE aliquo *iterationem* recipiente fuerit *conuictus* aut alias facti euidentia *notorium*, ſimplici *fornicatione* excepta, propter hocque ad *iudicis arbitrium mulctatus*, a huiusmodi *crimine* non deſtiterit, ex tunc per ipſum *iudicem excommunicetur* nec ſic excommunicatum iudex abſoluat, niſi per literas *domini principalis* uel *conſulatus*, ſub quo degit, eidem iudici, quod *excommunicatus* ab huiusmodi crimine deſtiterit uel reſipuerit, fidem & teſtimonium facientis, fuerit requiſitus. Et ſi conſtiterit, quod *officialis* aut *iudex* ſub pacto *compoſitionis* aut *ſpe* alicuius *queſtus* ſcienter permiſerit, *tolerando* aut *diſſimulando* aliquem manere, in uitio turpi, pro quo iam punitus eſt, ad poenam *pecuniariam* dictus *officialis* aut *iudex* DVPLVM eius, quod propterea accepit, reſtituat ad *pios uſus* & ad id compellatur iuxta decretum ſacri BASILIENSIS de publicis *concubinariis.* ITEM pro delictis puniendis imponatur poena, quo plus tenet in *pios uſus*, iuxta arbitrium conſcientie, ſubleuantis diſtribuenda, nec

[Margin notes: *Quid famae dandum?* (beside "famam probet"); mulieris? (beside "minus adiecta"); *Crimen iteratum.* (beside "tia notorium"); Duplum. (beside "officialis aut iudex DVPLVM"); *Concubinarii.* (beside "tur iuxta decretum"); *Poena in pios uſus.* (beside "natur poena")]

nec pena *canonis* in penam *pecuniariam* commutetur, niſi per habentem *poteſtatem*. Item in deferenda CESSATIONE a DIVINIS uolumus; quod non feratur, niſi lapſo *menſe* poſt *aggrauationem*, que ſi tunc feratur, ſeruetur *aggrauato* in loco preſente: poſt eius *receſſum*, erectionem aut *ſatisfactionem* mox *diuina* reſumantur nec ad eundem locum recipiatur, niſi *canonice* abſolutus. Quod, ſi contra hec receptus fuerit, ſeruetur ceſſatio, iuxta tenorem *proceſſuum*. In *interdicto* uero *eccleſiaſtico* ferendo, ſeruetur decretum ſacroſancti BASILIENSIS CONCILII de interdictis. Quoniam, ex indiſcreta *interdictorum* promulgatione, multa conſueuerunt ſcandala euenire; ſtatuit hec ſancta *ſynodus*, *quod nulla ciuitas*, *opidum*, *caſtrum*, *uilla aut locus*, *eccleſiaſtico poſſit ſupponi interdicto*, *niſi ex cauſa uel culpa ipſorum locorum aut domini ſeu RECTORIS ſeu OFFICIALIVM*, *propter culpam autem ſeu cauſam alterius cuiuscunque priuate perſone*, *huiusmodi loca interdici nequaquam poſſint*, autoritate quacunque ordinaria uel delegata, niſi talis perſona prius fuerit *excommunicata* & *denunciata* ſeu in eccleſia *publicata* & *domini* ſeu *rectores* uel *officiales* ipſorum locorum autoritate iudicis requiſiti huiusmodi perſonam excommunicatam infra *biduum* inde cum effectu non erexerint aut ad ſatisfaciendum compulerint. Qua etiam predictus *biduum* erecta, recedente, ſatisfaciente, mox *diuina* reſumi posſint; quod etiam in pendentibus locum habeat. Item in CITATIONIBVS rei pro *aggrauationibus* faciendis, ſeruetur *ſtilus communis*, quodque monumenta portantes *proceſſus uadant* ſecuri atque ſine impedimento *dominorum* & ſuorum ſubditorum. Item citationes ſuper *obediente*, ſiue innocens repertus

Ceſſatio *diuinis*.

Interdictum *eccleſiaſticum*.

*Synodi* Baſilienſis *decreta*.

*In* citationibus.

*Si innocentes*.

pertus fuerit, ſiue pro obiecto ſatisfecerit, deleatur ex *regiſtro* absque ſolutione alicuius pecunie. Item *inhibitione*, contra *participantes*, emiſſa, non omnes de uniuerſitate *excommunicentur*; ſed actor quatuor *participantes* habeat, nominare in iudicio, quibus nominatis iudex contra huiusmodi *participantes*, ut a temeraria communione deſiſtant, monitorum etiam comminatione ad actoris inſtantiam decernat, &, ſi in poſterum actor adhuc de *participantibus* conquereretur, ex tunc *iudex* decernat, *citationem* contra ſic *monitos & nominatos* ut compareant ad uidendum, ſe propter *temerariam* communionem *excommunicari* aut ad allegandam cauſam, quare non, etſi ſic citatus comparuerit & ſe non *participaſſe* dixerit, *actore* hoc aſſerenti *probatio* incumbat, &, ſi probata communio non fuerit, in *expenſis* condemnetur & pro hac uice contra eundem ulterius non procedatur. Item ſeruetur TAXA ſumme pro *proceſſibus* ſoluende ſecundum *taxam infra ſcriptam* uidelicet VI. denarii pro CITATIONE: pro MONITIONE unus *ſolidus* denariorum: pro AGGRAVATIONE decem & octo denarii: contra PARTICIPANTES pro proceſſibus duo *ſolidi* denariorum: pro INTERDICTO octo ſolidi denariorum: in ABSOLVTIONE pro emenda contumacia tres *ſolidi* denariorum & duo denarii perſoluantur. Item OFFICIALES aut alii iudices non citent prouiſores ſiue *altermannos* eccleſiarum; pro reddenda *ratione adminiſtrationis* bonorum eccleſie, niſi prius eos monuerint, ut infra menſem predictus monitorum huiusmodi coram *plebano* & *parochianis* rationem reddant & eum uel eos de reddita *ratione* tres PLEBANI illud teſtificantes, certificent. Quod ſi non fecerint, ex tunc idem *officialis*, aut *iudices* ipſos

*Inhibitio* participantium.

*TAXA ſportularum forenſium.*

*Non citentur* prouiſores, altermanni.

ipſos *prouiſores* ad *reddendam rationem* coram eis infra competentem terminum uocare & compellere poſſit. Item uolumus, quod MEMBRANE non conſcripte aut ſine nominibus *partim* ſcriptae in futurum per officialem aut alios iudices non *ſigillentur* nec concedantur ſub pena *falſi*. Et quod de cetero *officialis* aut alter *iudex* ſeu eorum *notarii* ſe proceſſibus *ſubſcribant*. Alias *plebani* huiusmodi proceſſum non *ſubſcriptum* exprimi non preſumant. *Similiter* non exequantur, ſi *originale*, *ſigillatum* non uiderint. Item in *citationibus* dentur DILATIONES competentes, attentis qualitatibus *perſonarum* & *diſtantiis* locorum. Item *officialis* aut alius *iudex* non TAXET ſalarium, miniſtro ſoluendum per citatum, niſi habito reſpectu ad *ratam* & numerum *perſonarum* in proceſſu contentarum. Item ad cauendum, ne clandeſtina *matrimonia* aut *ſponſalia* contrahantur, uolumus, quod abſolutus ab impeditione in cauſa matrimoniali in bona *ſumme*, ſi in forma *publici inſtrumenti* facta conſcripta & ſigillata fuerit, ſoluatur *florenus* de Rheno. Si uero fuerit non in forma *inſtrumenti* publici; ſed ſolo *iudicis ſigillo ſigillata*, ſoluetur medius florenus. Item PROCVRATIONES & *ſubſidia karitatiua* per amplius recipiantur, prout de iure & antiqua approbata conſuetudine fuerint recipiende &, ſi ſuper aliqua in *exactione* tanquam illicita diſceptatio fuerit, inter *epiſcopum Halberſtad.* & *clerum* ſibi ſubiectum, recurratur ad remedium *iuris*, uidelicet ad *ſuperiorem* deſuper conſulendum. Item *priuilegia* & LIBERTATES CLERI & eccleſiarum ſibi ſubditarum, ſeruabit dominus *epiſcopus Halberſtadenſis*, prout de *iure* ſeruare tenetur. Item EXENIE ſeu SINODALIA iuxta antiquam approbatam conſuetudinem

MEMBRANAE *non ſigillentur*

*a*] uacuae *aut blancae*.

*b*] *non* ſubſcriptae.

*a* Iudice *aut eius* Notario.

Plebano.

*Originale ſigillatum*.

Citationum *ſpatia*.

Salarium *adminiſtri*.

*In* matrimonialibus

*In ſubſidiis* charitatiuis

*In* PRIVILEGIIS CLERI

*In* EXENIIS *&* SYNODALIBVS.

*recipiantur*: nec a non habente *equum liberum*, uel aliud recipi conſuetum *premiſſo* exigatur; niſi conſtiterit *defunctum* uel *teſtamentarios* ſuos in fraudem ſui archidiaconi aliquid huiusmodi alienaſſe ſeu extraxiſſe. Item habentes *iurisdictionem* ARCHIDIACONALEM in dieceſi Halberſtadenſi ſint *archipresbyteri*, *commiſſarii archidiaconorum* aut quouis alio nomine uocentur, exercebunt iurisdictionem ſuam *concurrentem* cum domino *epiſcopo Halberſtadenſi* & eius *officiali* per ſuos *diſtrictus* & *banna*, & locus ſit preuentioni; ita, quod conuentus coram *uno*, lite eadem pendente & de hoc conſtito, ad *alium*, ſuper eadem cauſa, non trahatur, quin imo tractus ad *priorem iudicem*, qui preuenit, remittatur. Item hec omnia & ſingula premiſſa concepimus & edidimus tanquam rationabilia & equitati conſona, licet in certis *punctis* de rigore iuris aliter foret ſentiendum, quibus quidem ſic pronunciatis per eundem Dominum *Henricum de* BOTTELSTETE, nomine aliorum ſuorum *compromiſſariorum* me NOTARIVM publicum, ut talem ſuper huiusmodi pronunciatione & promonſtratione requiſiuit & ex poſt *partes* requiſiuit hinc inde, an huiusmodi *pronunciata*, *rata*, *grata*, *atque firma* habere uellent? cui primo reuerendus in Chriſto pater prefatus *Iohannes* Dei gratia *epiſcopus* MERSEBVRGENSIS reſpondit ſuo & prefatorum *Principum*, *Ducum*, *Landgrauiorum*, *Marchionum*, *Comitum aliorumque ſupra ſcriptorum eis adherentium nominibus* & dixit, ſe ſuo & prefatorum nominibus habere huiusmodi *pronunciata*, *rata*, *grata atque firma* ac domini honorabilis, dominus Henningus *Wendolt*, canonicus Halberſtadenſis nomine epiſcopi & capituli HALBERSTADENSIS aliorumque iudicum & officialium diece-

ARCHIDIACONI *iura concurrentia cum epiſcopali.*

SVMMA conuentorum.

*Forma conficiendi.*

*Super tranſactione requiſita pars aduerſa.*

*Ipſius* epiſcopi.

eceſeos prefate ſuper huiusmodi pronunciatorum approbatione & ratificatione per dictum honorabilem dominum *Henricum de* BOTTELSTETE requiſitus reſpondit, ſe ſuo & prefatorum dominorum ſuorum predictorum nominibus *ratificare & approbare*, *ratificavit & approbauit* premiſſa. Atque me NOTARIVM ſecundario ſuper huiusmodi approbationibus & ratificationibus dictus dominus doctor *Henricus* requiſiuit, partesque hinc inde *me requiſiuerunt*; petentes unum uel plura *inſtrumentum* & *inſtrumenta*, eis hinc inde confici, prout eſſet ſeu foret neceſſarium & opportunum. Idque ego NOTARIVS prenominatus taliter ſuper premiſſis pronunciatione, approbatione & ratificatione requiſitus ab huiusmodi partibus, reuerendo in Chriſto patre prefato domino IOHANNE, *Dei gratia epiſcopo* MERSEBVRGENSI, nec non ab honorabili domino *Henningo* WENDOLT, canonico *Halberſtadenſi* nominibus de quibus ſupra ſuper omnibus & ſingulis premiſſis fui & ſum *ſtipulatus* ſolenniter mihique *Notario* publico prefato, ut premiſſum eſt hominibus & uice premiſſorum *ſtipulanti* quilibet prenominatorum requiſitorum nominibus, quibus ſupra *promiſit manu* & *ore*, ſe & ſuos conſortes atque dominos, omnia & ſingula premiſſorum *firma*, *rata & grata obſeruaturos* & uelle obſeruare. Datum & actum *anno*, *die*, *hora*, *loca*, *indictione*, *pontificatu*, de quibus ſupra pluribus. Ibidem honorabilibus & ſtrenuis uiris dominis Petro *Loſer*, canonico eccleſie Merſeburgenſis, Thoma de *Bottilſtete*, illuſtris principis domini Landgrauii Thuringie *Cancellario*, Nicolao *Icabel* presbitero, Bernhardo de *Kochbergk*, Ioanne de *Schotheim* & Henrico *Hacken*, MILITIBVS, Iohanne Gusalb Friderico *Werterde*, Henrici *Griffogil* &

*Inde* notant *fides implorata.*

Datum.

*Teſtes a)* ſacri.

*b)* milites.

*c)* armigeri.

Theoterico *Molhuſen* armigeris, Clericis & Laicis *Moguntini*, *Halberſtad. Merſeburg.* & *Naumburg.* dieceſeos & aliis quam pluribus fide dignis TESTIBVS ad premiſſa *uocatis ſpecialiter* & rogatis. Et

d) Notarii. ego Henricus *Helmoldi* dictus Kunpan clericus *Moguntinenſis* dieceſeos publicus *ſacra imperiali maieſtate* NOTARIVS, quia predictis pronunciationi, requiſitioni, approbationi, ratificationi promisſioni omnibusque aliis & ſingulis tum ſicut premittitur fierent & agerentur una cum prenominatis *teſtibus*, prenominatis *interfui* eaque ſic uere *uidi* & *audiui* ideoque hoc preſens PVBLICVM INSTRVMENTVM, propria *manu* ſcriptum exinde, confeci, *ſubſcripſi*, *publicaui*, & in hanc publicam formam *redegi ſignoque* nomine & recognomine meis ſolitis & conſuetis *ſignari*, rogatus & requiſitus in fidem & *teſtimonium ſingulorum* & premiſſorum. In quorum etiam *Burgkardus* prenominatus *Dei gratia* electus & confirmatus HALBERSTAD. nec non *Capituli* eccleſie prefate pro nobis aliisque *iudicibus* & *officialibus* ordinariis dicte diéceſis Halberſt. *ſigilla* maiora *Epiſcopatus* & *Capituli* prenominatorum ex una: atque nos FRIDERICVS, dei gracia dux *Saxonie* & FRIDERICVS eadem gracia *Landgrauius* Thuringie & Marchiones Misnenſes, pro nobis aliisque ſuperius nominatis & non nominatis in hac parte adherentibus SIGILLA noſtra *commixtim* & *diuiſim* partibus ex altra hinc inde preſentibus appendi fecimus, appendimus & taliter, ut premiſſum eſt, preſentes *ſigillamus* in perpetuum duraturas, maturis tractatibus, deliberationibus & *conſiliis capitulariter* per *capitulares*, nec non per *conſiliarios* adhec *promiſſa* neceſſario uocandos & conſulendos *prebabitis* & perſcrutatis.

*In Inſtrumento nominatae perſonae.*

Num.

# Num. XIX.

## Priuilegium domini OTTONIS ſuper *moneta* & *thelonio* in SALINGENSTADT an. 974.

ADOLPHVS, *Dei gracia, Romanorum rex ſemper auguſtus, uniuerſis ſacri Romani Imperii fidelibus, preſentes litteras inſpecturis graciam ſuam & omne bonum.* Nouerit preſens etas & ſucceſſura poſteritas; quod nos priuilegium diue recordationis OTTONIS, imperatoris predeceſſoris noſtri, nobis *exhibitum* uidimus & perſpeximus continencie huiusmodi & tenoris. *In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis, OTTO diuina fauente clementia imperator auguſtus.* Nouerit induſtria omnium fidelium noſtrorum tam preſentium quam & futurorum, qualiter nos ob interuentum dilectiſſime *genitricis* noſtre *Adelheidis Auguſte* atque *Adelberti* uenerabilis *archiepiſcopi* pro piiſſimi preſentis noſtri *imperatoris Auguſti* anime remedio HILDEWARDO ſancte *Halberſtad. eccleſie epiſcopo* noſtre licentia auctoritatis conceſſimus: ut in loco quodam ſui epiſcopii *Salingenſtadt* uocato, publica MONETA & THELONIVM inde perſoluendum noſtra conficiatur permiſſione eandemque MONETAM & THELONII ſolutionem noſtra *potentia* & *authoritate imperatoria* ad altare *ſanctis Stephani* prothomartiris ſumme eccleſie eiusdem *Halberſtad. epiſcopi*, ex noſtro iure *donauimus* firmiterque largiti ſumus: ut, omni *iudiciariorum* uel quarumcunque perſonarum poteſtate inde remota, tam ipſe iam prelibatus *epiſcopus*, quam cuncti ſucceſſores eius & *aduocati* eorum ſub ſolo ſuo iure contineant hec & ad *altaris* ſeruitium prouideant & ut hec noſtre permiſſionis & donationis authoritas firmior

ADOLFVS *imperator an.* 1295. *confirmat.*

OTTONIS II. *imperat. priuil. an* 974.

*quo, rogatione* AVGVSTAE

*in animae* praeſentis imperatoris *ſalutem, in* Salingenſtad *concedit* HALBERSTADIENSI 1) *ius* monetandi 2) uectigalium.

mior cunctis ſancte Dei *ecclesie* noſtrisque fidelibus credatur & diligentius obſeruetur: hanc cartam *inſcribi* iuſſimus & annulo noſtro *ſignatam*, *manu propria* eam firmauimus. SIGNVM domini *Ottonis imperatoris auguſti*. WILIGISVS *cancellarius*, uice *Rotberdi archicancellarii* notaui. *Datum* Kal. Apr. an incarnationis Dominice DCCCCLXXIIII. *indictione II.* anno *regni* domini Ottonis *XIII.* imperii *VIII.* Actum *Quedlinburg &c.* Nos igitur, honorabilium uirorum *Prepoſiti*, *Decani* totiusque *Capituli* ecclesie Halberſtad. predicte, iuſtis poſtulationibus, grato concurrentes aſſenſu dictum priuilegium prout proinde & iuſte conceſſum eſt, & omnia in eo contenta ratificamus, innouamus & confirmamus, nec non preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc noſtre ratificationis paginam infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, grauem ſe noſtre indignationis offenſam nouerit incurſurum. In cuius rei *teſtimonium* preſens ſcriptum exinde conſcribi & maieſtatis noſtre *ſigillo* fecimus communiri. *Datum* in Mulhuſen quinto idus Ian. indictione octaua, anno domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto. Regni uero noſtri tercio.

*Scriptura munita 1) ſigillo. 2) manu.* *Datum 974.* *Actum.* *Confirmationis formula.* Scriptum. *Datum 1295.*

---

## Num. XX.

### Priuilegium domini HENIRICI *regis* ſuper ciuitate *Ilſenaburg* an. 1003.

*HENRICI II. imper. an. 1003. facta donatio.*

I*N nomine ſancte & indiuidue Trinitatis*, *HENRICVS diuina fauente clementia rex.* Si rationabiles fidelium petitiones, quas nobis ad incrementum diuini ſeruitii ingerunt ad effectum duci-

ducimus eterne retributionis in coelo meritum & preſentis obſequi in ſancto lucrum nobis inde comparari liquido confidimus. Proinde notum ſit omnibus *fidelibus* noſtris *preſentibus* ſcilicet & *futuris*, qualiter nos, per interuentum familiarium noſtrorum, *Bernhardi*, uidelicet diui *Henrici* quoque COMITIS & Burchardi comitis PALATINI pie petitioni uenerabilis uiri *Arnolfi Halberſtad.* eccleſie epiſcopi aſſenſum prebentes, ad altare *ſancti Stephani* prothomartiris partem quandam de predio NOSTRI IVRIS, per hoc regale preceptum, ſtabili perhennique dono tradidimus. Id eſt quicquid in *ciuitate Eliſenaburg* queſita eſt in pago *Hardengowe* & in comitatu *Ridiberdi* noſtro tempore *regali* pertinuit *poteſtati*, intra muros uel extra, cum omnibus *appendiciis*, poſſeſſionibus & utilitatibus eidem *predio* iuſte & legaliter pertinentibus, mobilibus & immobilibus, *ſeruis* & *ancillis*, *areis*, *aedificiis*, *terris cultis* & *incultis*, *pratis*, *paſcuis* ſiue conpaſcuis, *ſiluis*, *aquis* aquarumue decurſibus, *molendinis*, *piſcationibus*, *viis* & inuiis, exitibus & *redditibus*, *queſitis* & *inquirendis* ac ceteris, que quolibet modo rite *notari* aut *inueniri* poſſunt utilitatibus & pertinentiis, eo tempore, quatenus prefatus *epiſcopus* ARNOLFVS ſuique in perpetuum ſucceſſores *liberam* deinceps inde habeant poteſtatem quicquid ſibi in uſus ſuos & predicte eccleſie libeat *faciendi* omnium perſonarum contradictione remota. Et ut hec noſtre traditionis authoritas *ſtabilis* & *inconuulſa* permaneat, hanc noſtri *precepti* paginam inde conſcriptam *manu* propria roborantes *ſigilli* noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus. SIGNVM domini HENIRICI regis inuictiſſimi, Egilbertus cancellarius uice *Wiligiſi* archicapellani recognoui. Datum

*rogatione* comitis & Palatini Alſtedienſis

*In praedio* ſui iuris.

Ilſenburg. *in* Hartengowe.

*Cum acceſſoriis.*

*In* proprietatem, *non* feudum.

*Scriptum firmata* 1) *manu* 2) *ſigillo.*

*Signum.*

Datum *an.* 1003. *in* Alſtede.

tum XVII. Kal. Maj. anno *dominice* incarnationis M III. *indictione* prima, anno domini Henrici regis I. actum *Alſtede*.

## Num. XXI.

### Priuilegium domini HENRICI QVARTI regis ſuper *Vineto* una cum uinatoribus in uilla *Brumheim* an. 1063.

ADOLFVS *imp. an.* 1295 *confirmat.*

*ADOLPHVS, Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus, uniuerſis ſacri Romani imperii fidelibus*, preſentes literas inſpecturis graciam ſuam & omne bonum. Nouerit preſens etas & ſucceſſura poſteritas, quod nos priuilegium diue recordationis HENRICI REGIS predeceſſoris noſtri, nobis exhibitum uidimus, & perſpeximus continencie huiusmodi & tenoris. *In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis, HENRICVS diuina fauente clementia rex.* Si loca, diuino cultu & officio dedita, ullis incrementis augere ſtuduerimus, id nobis & in *hoc* & in *futuro ſeculo* prodeſſe non dubitamus. Vnde notum eſſe uolumus omnibus Chriſti noſtrisque fidelibus, tam poſteris, quam *modernis*: qualiter nos, ob interuentum ac petitionem fidelium noſtrorum, ſcilicet *Annonis* COLONIENSIS archiepiſcopi ad *Alberti* HAMBVRGENSIS archiepiſcopi, ſimulque ob deuotum ſeruitium *Burchardi* HALBERSTAD. epiſcopi ad eius eccleſiam in honore ſancti *Stephani prothomartiris* conſtructam & conſeruatam de *Vinetis* in uilla BRVMHEIM, dictam in pago *Suaugowe*, in comitatu uero *Bertolfi* comitis tantum tradidimus, quantum ad decem *carratas uini* ſufficere poſſit una cum *uinitoribus*, qui in illo laborare easque colere debeant, bonis omnia,

HENRICI IV. *donationem an.* 1063.

*moderni.*

*Vineti in* Brumheim *pago* Sueugow.

omnia, que ipſi poſſidere uidentur in *proprium* dedimus atque tradidimus. Ea uidelicet ratione, ut predictus epiſcopus *Burchardus* ſuique *ſucceſſores* de prefatis bonis liberam dehinc poteſtatem habeant, *tenendi*, *dandi*, *commutandi*, *precariandi* uel quicquid eis pro uſu ſue ecclesie placuerit inde faciendi. Et ut hec noſtra *regalis traditio* ſtabilis & inconuulſa omne permaneat euo, hanc *cartam* inde conſcriptam *manu* propria corroborantes, *ſigilli* noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. SIGNVM domini HENRICI QVARTI *regis*, Fridericus *Cancellarius* uice Siefridi *archicancellarii* recognoui. *Datum VIII.* Kal. Sept. anno dominice incarnationis *milleſimo ſexageſimo tercio* indict. *I.* anno autem ordinationis domini Henrici quarti regis nono. *Regni* uero ſexto. Actum *Erlangen* in Dei nomine feliciter amen. Nos igitur honorabilium uirorum *Prepoſiti*, *Decani* totiusque *Capituli* eccleſie *Halberſt.* predicte iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu dictum *priuilegium*, prout proinde & iuſte conceſſum eſt, & omnia in eo contenta *ratificamus*, *innouamus*, *& confirmamus*, *& preſentis ſcripti patrocinio communimus.* Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc noſtre ratificationis, innouationis & confirmationis paginam infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, grauem noſtre indignationis offenſam ſe nouerit incurſurum. In cuius rei *teſtimonium* preſens ſcriptum exinde conſcribi & maieſtatis noſtri ſigillo fecimus communiri. DATVM in *Mülhuſen* V. idus Januar. indict. octava, anno domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto. Regni uero noſtri anno tercio.

*in* propri-um *non feudum.*

*Carta munita* *a)* manu. *b)* ſigillo.

*Datum 1063.* *annus* ordinationis.

*Actum in* Erlangen.

*Confirmationis* formula.

*Sanctio.*

*Codicillus.*

*Datum 1295.*

## Num. XXII.

### Priuilegium domini OTTONIS SECVNDI imperatoris ſuper proprietatem, quam habent in uilla *Bodenrode*, quam dedit cuidam *Mamechoni* an. 980.

OTTO II. *imp an 980.*

*IN nomine ſanɛte & indiuidue Trinitatis, OTTO, diuina fauente clemente clementia imperator auguſtus.* Nouerit omnium fidelium noſtrorum tam preſentium, quam & futurorum induſtria; qualiter nos, per interuentum fidelis noſtri *Theoderici* uidelicet MARCHIONIS, talem proprietatem, qualem habuimus in uilla *Bodenrode* nominata in pago *Derlingou* dicto & in predicti marchionis comitatu ſitam, cum omnibus *utenſilibus* ad eandem proprietatem, inde pertinentibus in *mancipiis utriusque ſexus, aedificiis, areis, terris, cultis & incultis, agris, pratis, campis, paſcuis, ſiluis, uenationibus, aquis aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, uiis & inuiis, exitibus & redditibus, queſitis & inquirendis*, cunctisque aliis *appendiciis*, que adhuc dici aliquomodo aut *nominari* poſſunt, a noſtro iure in poteſtatem cuiusdam fidelis noſtri *marchionis* redegimus atque ad integrum ſibi in *proprium* tradidimus, ea uidelicet ratione, ut iam ante fatus *Marchio* liberam deinceps de eodem predicto faciendi, quid uelit, poteſtatem habeat ſiue illud tradere uel commutare aut uendere ſeu magis ſibi retinere uoluerit, ad hec etiam in proprium dedimus - - - *uxorem Walburgam* nomine, & filios & filias eius & *Odi* uxorem *Adalburgam* ac filios & filias eius propter *petitionem* & interuentum fidelis noſtri *Siberti* comitis. Et ut hec noſtre donationis authoritas in futuris temporibus firmior ac ſtabilior habeatur, hoc noſtre

*rogatione* Marchionis

Bodenrode *in* Derlingou.

*donat cum acceſſoriis.*

*ante traditum* Marchioni.

*Sanctio.*

noſtre imperialis donationis preceptum inde conſcriptum *ſigilli* noſtri impreſſione ſignari iuſſimus *manuque* propria ut infra uideatur inſuper corroborauimus. *Signum* domini *Ottonis* inuictiſſimi imperatoris auguſti. *Hildebaldus* epiſcopus & cancellarius ad uicem *Willigiſi* archicapellani recognoui. *Data IV.* idus Sept. anno dominice incarnationis D CCCC LXXX. indictione VII. anno uero *regni* ſecundi Ottonis XX. *imperii* autem *XIII.* actum *Botuelden* feliciter amen.

1] *Sigillum.* 2] *manus.* *Signum.* Datum *980.* Actum *Botuelden.*

## Num. XXIII.

### Priuilegium domini OTTONIS III. ſuper MERCATV & THELONIO in HALBERSTAD. an. 988.

*IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis, OTTO diuina fauente clementia rex.* Si eccleſiis Dei de noſtra regia munificentia aliquid accommodauerimus, id procul dubio & ad preſentis uite ſtatum & ad eterne beatitudinis premia capeſcenda nobis profuturum credimus. Quapropter omnium fidelium noſtrorum preſentium & futurorum nouerit induſtria, quomodo nos piam ſupplicationem dilecte *genitricis* noſtre *Theophaneae* uidelicet imperatricis *Auguſte* ſequentes, nec non & interuentum fidelium noſtrorum *Hildebaldi* ſcil. *Wormatienſis* eccleſie uenerabilis epiſcopi & *Bernhardi* ducis adimplentes dilecto ac fideli noſtro HILDEWARDO, Halberſt. eccleſie honorabili epiſcopo ob ſuam dilectionem & pro *noſtre anime* remedio conceſſimus, ut in eodem loco *Halberſtadenſi* dehinc teneat & faciat MERCATVM AC MONETAM atque THELONEVM & BANNVM, ibi accipiat & talia iura taleſque utilitates de eodem *mercatu*, *moneta*, *theloneo* & *banno*, de-

OTTO III. *an. 988.* *largitur* *rogatione* Theophaniae *matris* Halberſtadio 1) *mercatum* 2) *theloneum* 3) *monetam* 4) *bannum.*

inceps ipſi teneat ac poſſideat, quibus id ipſum ex *preceptionibus anteceſſorum* noſtrorum imperatorum ſcilicet & *regum*, conceſſum ac perdonatum eſt. Et ut hec noſtre *donationis* traditio

1] *ſigillum.* preſenti ac futuro tempore immutabilis per-
2] *manus,* ſeueret, hoc noſtre donationis preceptum inde conſcriptum, *ſigilli* noſtri impreſſione ſignare iuſſimus *manuque* propria ut infra uidetur corroborauimus. SIGNVM domini OTTONIS glorioſiſſimi regis, Hildebaldus epiſcopus & cancellarius

Datum uice, Willigiſi archiepiſcopi recognoui. *Data*
*988.* *IIII.* nonas Julii, anno dominice incarnationis DCCCCLXXXVIII. indict. ſecunda, anno autem

*Actum* *tertii Ottonis regnantis* ſexto. Actum *Kirchberge*
Kirchberge. feliciter amen.

## Num. XXIV.

### Priuilegium domini HENRICI imperatoris, ſuper predium in *Zceling*, *Betlo*, *Ocharesroth*, *Bardulfesroth* in pago *Sueuum.* an. 1018.

HENRICVS S. *IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis,*
*an.* 1018. *HENRICVS, diuina fauente clementia Ro-*
*donat* *manorum imperator auguſtus.* Si uenerabilia eccleſiarum dei loca alicuius doni commodo,

Halberſta- ditare ac ſublimare ſtatuerimus, nobis id regni-
dienſi *eccle* que noſtri ſtatui profuturum eſſe, minime dubi-
*ſiae* tamus. Quapropter nouerit omnium Chriſti fi-

*pro remedio* delium noſtrorumque uniuerſitas, qualiter nos
*animae* pro remedio *anime noſtre parentumque* noſtro-
1] *parentum* rum, nec non dilectiſſime *contectalis* noſtre, CV-
2] *uxoris* NIGVNDE uidelicet *imperatricis auguſte Halberſta-*
*rogatione* *denſi eccleſie* in honore *ſancti Stephani prothomartiris*
Arnoldi *ep.* dedicate, cui uenerabilis ARNOLDVS preeſſe uidetur interuentu ac petitione eiusdem uenerandi preſulis tale predium in uſu fratrum Deo

bii-

ibidem ſeruientium, quale nobis iuſto iudicum iudicio legaliter pertinere uidetur, ſitum in locis *Zcelinga*, *Betlo*, *Ocharesroth*, *Bardulfesroth* in pago uero SVEVGOV in *comitatu* autem *Ditmari* comitis cum omnibus utilitatibus eidem predio iuſte pertinentibus, terris uidelicet cultis & incultis, mancipiis utriusque ſexus, areis, ædificiis, pratis, paſcuis, ſiluis, aquis aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, uiis & inuiis, exitibus & redditibus, queſitis & inquirendis, ceterisque que quomodocunque nominari poſſunt utilitatibus, ad idem predium iure pertinentibus, per hanc noſtram imperialem paginam concedimus atque largimur, & de *noſtro iure* ac *dominio* in eius ius atque dominium omnino transfundimus, eą uidelicet ratione, ut idem iam dictus epiſcopus ſibique poſt hinc ſuccedentes, *liberam de eadem proprietate* poſthinc habeant, quicquid eis placuerit ad uſum *eccleſie* & *fratrum Deo* ibidem ſeruientium faciendi facultatem. Et ut hec noſtre *maieſtatis* auctoritas ſtabilis & firmiter & inconuulſa omni poſthinc permaneat tempore; hoc preceptum inde conſtructum manu propria corroborantes, *ſigilli* noſtri inpreſſione iuſſimus *inſigniri*. SIGNVM domini HENIRICI, *Romanorum inuictiſſimi imperatoris auguſti*, Guntherius *cancellarius* uice, Erkenboldi *archicancellarii* recognoui. *Data* indictione II. anno dominice incarnationis milleſimo XVIII. anno autem domini *Henirici ſecundi* regnantis XVII. imperii uero XVI. Actum *Magdeburg*.

*Praedia ſita in pago* Sueugou

*Cum acceſſoriis.*

*cum proprietate iureque alienandi.*

*Datum 1018.*

*Henr.* ſecundus.

*Actum* Magdeburg.

## Num. XXV.

### Priuilegium domini HENIRICI III. imperatoris ſuper uilla *Vpplingen* an. 1048.

 *In*

HENRICVS III. ar. 1048. donat

*IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis, HENRICVS, diuina fauente clementia Romanorum imperator auguſtus.* Si eccleſiaſticas res ex noſtris bonis augmentauerimus, id nobis ad preſentis uite ſalutem & ad eternam beatitudinem firmiter prodeſſe confidimus. Hac igitur ſuffulti ſalubri ſpe, cunctosque preſentes noſtrosque fideles tam futuros quam preſentes uolumus ſcire. Qualiter nos, pro noſtra noſtrique *thori* ac *regni* conſortis ſcil. AGNETIS, *imperatricis auguſte* beatitudine & ob deuotum ſeruitium noſtri fidelis atque dilecti Halberſtad. eccleſie epiſcopi *Burchardi*, unam uillam *Uppelingon* dictam in pago *Northuringou*, in comitatu *Lutheri* comitis ſitam ad altare ſancti *Stephani prothomartiris* tradidimus, cum omnibus ſuis pertinentiis, utriusque ſexus mancipiis, areis, ædificiis, agris, terris cultis & incultis, campis, pratis, paſcuis, ſiluis, uenationibus, aquis aquarumque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, uiis & inuiis, queſitis & inquirendis, & cum omni utilitate, que ullo modo inde poterit prouenire, ea uidelicet ratione, ut prefatus epiſcopus Burchardus ceterique ſui ſucceſſores eidem eccleſie Halberſtadenſis preſidentes, deinceps liberam poteſtatem habeant, obtinendi, tradendi, commutandi, precariandi, uel quicquid illis collibuerit inde faciendi. Et ut hec noſtra imperialis traditio ſtabilis & inconuulſa omni ſuccedentis temporis permaneat euo, hoc *chirographum* inde conſcriptum *manu* propria corroborantes, *ſigilli* noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. SIGNVM *domini* HENRICI TERTII, regis inuictiſſimi ſecundi Romanorum imperatoris auguſti, Wintherius *cancellarius* uice, Bardonis *archicancellarii* recognoui. Data IV. nonas Januar. anno

*in animae ſuae & conſortis* thori *&* regni

*rogatione* Burchardi

*praedia in Northuringou*

*cum acceſſoriis*

*& poteſtate alienandi.*

*Chirographo munito 1] manu. 2] ſigillo.*

anno dominice incarnationis milleſimo XLVIII. indict. II. anno autem domini HENRICI TERTII regis, imperatoris ſecundi, ordinationis eius XX. Regni quidem X. imperii autem tercio. In nomine domini actum Moſeburg feliciter amen.

*Datum 1048. Henrici tertii* regis; *ſecundi* imperatoris.

# Num. XXVI.

## Priuilegium domini HENRICI QVARTI regis ſuper *Drubeck* an. 1058.

*IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis, HENRICVS, diuina fauente clementia rex,* imperii noſtrisque fidelibus tam futuris quam preſentibus, notum eſſe uolumus; quomodo *Burchardus* Halberſtadenſis *eccleſie* epiſcopus, uenerabilis & a nobis & ex noſtra regali poteſtate curtem *Kisſmebrugge* ſibi ſueque eccleſie inquiſiuit. Illi requirendo, nobisque reſpondentibus ultimum ad hoc noſtra intentio deuenit, quod ex petitione AGNETIS, dilectiſſime genitricis noſtre, *imperatricis* auguſte, & cum conſilio *Leoboldi*, MOGVNTINENSIS archiepiſcopi, atque *Adulphi* BREMENSIS archiepiſcopi & *Henrici* AVGVSTENSIS & *Hezilonis* de HILDENESHEIM & Guntheri de *Bauenberge* & cunctis de *Botelebrunin* & *Sicin* de *Virdene* epiſcoporum & *Bernhardi* DVCIS Ottonisque COMITIS & aliorum fidelium noſtrorum Abbatiam *Drubeke* in pago *Hardego* & in comitatu *Bernhardi* comitis ſitam, cum omnibus ſuis pertinentiis, mancipiis, areis, ædificiis, uillis eccleſiis, terris cultis & incultis, agris, pratis, paſcuis, campis, ſiluis, uenationibus, aquis aquarumque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, exitibus & redditibus, uiis & inuiis, queſitis & inquirendis ſeu cum omni utilitate, que ullo modo inde prouenire poteſt, ad altare, in honore ſancti Stephani protho-

HENRICVS IV an. 1085.

*rogatione* Burchardi.

*& uxoris cum conſenſu* 1) *epiſcoporū* 2) *principum*

*Drubeke abbatiam in* Hartegou.

thomartiris Chriſti in loco Halberſtadenſe conſecrato pro *curte* predicta *Kisſmebrugga* ſuisque appendiciis in proprium dedimus atque tradidimus. Et ut hec noſtra regalis traditio ſtabilis & inconuulſa omni permaneat euo, hanc paginam inde conſcribi *manuque* propria ut ſubtus uidetur, corroborantes, *ſigilli* noſtri impreſſione iuſſimus inſignire. Signum domini *Henrici quarti regis*, Wuntherius *cancellarius* uice, Lingboldi *archicancellarii* recognoui. Data VII. idus Febr. anno dominice incarnationis milleſimo LVIII. indict. XI. anno autem domini Henrici quarti *regis* ordinationis eius IV. *Regni* uero II. Actum *Goslarie* in Deo nomine feliciter amen.

*Chirographum munitum 1) manu 2) ſigillo.*

Datum *anno 1] ordinationis. 2] regni.*

Actum *Goslariae.*

## Num. XXVII.

### Priuilegium *domini* HENRICI QVARTI regis ſuper libertatem & omnia bona eccleſiæ & ſingulariter ſuper duos canonicatus an. 1063.

HENRICVS IV, *an. 1063.*

*IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis, HENRICVS, diuina fauente clementia rex.* Cum regie dignitatis ſit, ius cuique ſeruare ſuum, precipue tamen eccleſiaſtica iura nobis obſeruanda uidentur, quia ſi *peccandum* tolerabilius in *hominem*, quam in *Deum*, ſi non *peccandum*, reuerentius tamen *Deo*, quam *hominibus* obſequendum. Nos quidem *patrum* precedentium ueſtigia imitari optantes, *augere bona* eccleſiaſtica, *aucta retinere*, noſtroque in quantum poſſumus *patrocinio* tueri debemus, quatenus noſtra *tenera etas*, ad *uirile robur* anhelans, promoueri ſi promouerit ſperans & dandi in Deo gloriam aſſequatur & data inter homines confirmandi graciam

*adauget bona eccleſiae.*

*in tenera aetate.*

ciam non amittat. Vniuerſis igitur Chriſti noſtrisque fidelibus tam futu[illegible] quam preſentibus, notum eſſe uolumus: Qualiter dilectus & fidelis noſter *Burchardus Halberſtadenſis epiſcopus*, clemencie noſtre ſerenitatem ſupplicando, adiit, uti ſue *eccleſie bona* ſua modis undecunque *legalibus*, *aggregata* iure ſibi perpetuo, per *noſtri precepti* paginam confirmaremus. Cuius honeſte petitioni noſtrorum fidelium conſilio, uidelicet dilecti noſtri magiſtri *Annonis* COLONIENSIS archiepiſcopi, *Adalberti* HAMMABVRGENSIS archiepiſcopi, *conſentire* decernentes, regia munificentia confirmamus eidem eccleſie libertatem & bona omnia, que a *Karolo magno* predeceſſores noſtri, Romanorum ſiquidem *imperatores* ſiue *Francorum* reges usque ad tempora noſtra prenominate eccleſie conceſſerunt & nos ei omni tempore habendum atque iure perpetuo poſſidendum, omni noſtra & noſtrorum ſucceſſorum cunctorumque mortalium *maiorum* & *minorum* inquietudine remota, per noſtri precepti paginam concedimus, *parochias* ſcil. *decimas*, *terras* cultas & incultas, *comitatus*, *mercatus*, *monetas*, *theolonea*, cum omni utilitate, que deſcribi aut ullo modo inde poterit prouenire. Singulariter autem *duos* COMITATVS, unum *Bernhardi* ſiue filii eius *Gebehardi comitum*. Alterum uero *Lutheri* comitis, quos pater noſter pie memorie *Henricus imperator* prefate eccleſie tradidit, nos quoque & pro eius remedio *anime* & pro noſtra *incolumitate* eidem ſancte *Halberſtadenſi* eccleſie *regie poteſtatis*, noſtra authoritate in *proprium* concedimus & confirmamus. Et ut hec noſtra *regalis conceſſio* ſiue confirmatio ſtabilis & firma omni euo permaneat, hanc cartam inde conſcriptam, *manu* propria

*Precibus* Burchardi *epiſc.*

*conſenſu ſuorum* tutorum.

*confirmat omnia bona a Carolo M. & Francicis donata.*

*Sigillatim,*
1] *parochias*
2] *decimas*
3] *terras*
4] *comitatus*
5] *mercatus*
6] *monetas*
7] *telonia.*

charta *confirmata*
1) *manu*
2) *ſigillo.*

*Datum 1063. anno 1) ordinationis 2) regni. Actum Goslariae.*

pria corroborantes, *ſigilli* noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. Signum domini HENRICI *quarti regis*, Fridericus cancellarius uice Sigfridi *archicancellarii* recognoui. *Data* VII. idus Auguſt. anno dominice incarnationis MLXIII. indict. I. anno autem *ordinationis* domini Henrici quarti, regis VIIII. *Regni* uero ſexto. Actum *Goslarie* in Dei nomine feliciter amen.

---

## Num. XXVIII.

### Priuilegium domini OTTONIS TERTII *imperatoris* ſuper proprietate predii, quam habuit in uillis *Miſsleuo* & *Redebur* in pago *Hardegou*.

*OTTO III. ſeruus Chriſti, m. Dei eccleſiae fidelibus ſignificat quod Halberſtadienſi eccleſiae donauerit praedia, a clerico ad imperatorem deuoluta, cum acceſſoriis.*

*IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis*, *OTTO* TERTIVS, SERVVS IESV CHRISTI *& Romanorum imperator auguſtus*, ſecundum uoluntatem Dei *ſaluatoris* noſtrique liberatoris, omnibus ſancte *Dei eccleſie noſtrisque fidelibus* preſentibus & futuris, notum eſſe uolumus: qualiter nos interuentu domini *Arnoldi*, ſancte *Halberſt. eccleſie* uenerabilis *epiſcopi*, dedimus prefate ſue eccleſie in honorem ſancti *Stephani* prothomartiris edificate, tale predium quale *Rothardus Clericus* habuit & ad *noſtrum ius* redactum eſt in uillis *Miſslauo* & *Rideburo* dictis *Hardagou* in pago ac comitatu *Friderici* comitis ſitum, atque id ipſum predium cum omnibus ſuis pertinentiis, cum mancipiis utriusque ſexus, areis, edificiis, terris cultis & incultis, agris, campis, pratis, paſcuis, ſiluis, piſcationibus, uenationibus, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, uiis & inuiis, exitibus & redditibus, omnibusque aliis appendiciis, que adhuc dici uel nominari poſſunt, prenominate

nate ſancte *Halberſt. eccleſie* in *proprium* habendum tradidimus, eo tenore, ut prefatus *Arnoldus*, reuerendus *Pontifex* ſuique ſucceſſores, de predicto predio *liberam* dehinc *poteſtatem* habeant, ad utilitatem ſue eccleſie faciendi quicquid uelint. Et ut hec noſtre donationis auctoritas firma perſiſtat, hanc paginam *manu* propria corroborantes, *ſigillo* noſtro iuſſimus inſigniri. Signum domini *Ottonis cæſaris inuictisſimi*, Heribertus cancellarius uice, *Willigiſi* archiepiſcopi recognoui.

*Cum poteſtate alienandi.*

*Charta firmata* 1] *manu* 2] *ſigillo.*

---

## Num. XXIX.

### Priuilegium cuiusdam WVLFARDI, qui tradidit *omnia bona* ſua, preter tres manſos, in loco *Heſſenheim* nominato, ex permiſſione domini OTTONIS imperatoris.

N*Ouerit omnium Chriſti fidelium charitas, poſtquam WVLFARDVS clericus* ad altare ſancti *Stephani* tradidit quicquid hereditario iure poſſidebat, preter tres manſos in loco *Heſſenheim* nominato, permiſſu OTTONIS *imperatoris ſui* TVTORIS, ac conſenſu *ſue ſororis*, quomodo *Hildiwaldus* epiſcopus communi *conſilio fratrum*, predicto altari ſeruientium, beneficio dedit, utendum ſue *ſorori Abbe* nominate, quamdiu uixerit, quicquid habent in loco *Velthem* nominato ac *Hirteneshem* cum *decimis*, duobus manſis exceptis, & iuſſit, ut ſingulis annis poſt obitum ſuorum utriusque *anniuerſario* die dentur ſeruitio fratrum quinque *mocime. II. porcine. III. onine. IIII. duce. X. galline* & *duo porcelli*, panes *de ſimili*, centum *pauperibus* neceſſaria uictus atque hanc cautionem ſcribi iuſſit, ne quis uellet ſucceſſori illius

WVLFARDVS *clericus donat omnia bona* 1) *permiſſu* imperatoris *tutoris ſui*, 2] *conſenſu ſororis.*

*in loco* Veltheim.

*ſub lege* anniuerſarii.

illius quicquid inde minuere & ut firmum eſſe & ſtabile hoc totum, ſui *ſigilli* imagine precepit ſignari.

---

## Num. XXX.

### Priuilegium domini OTTONIS regis ſuper *theloneo*, *moneta* & *banno* in ciuitatibus *Halberſtad.* & *Salingenſtad.* an. 993.

OTTO III. *an.* 993.

*IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis*, *OTTO*, *diuina fauente clementia rex*, eccleſiarum Dei curam gerere, petitionibus quoque ſeruorum Dei annuere, regibus & honorificum & ſalubre fore, cunctis fidelibus liquido claret. Quapropter omnibus *fidelibus* noſtris, preſentibus ſcil. & futuris, notum eſſe uolumus, quomodo uir uenerabilis *Hildewaldus*, ſancte Dei eccleſie *Halberſtadenſis* preſul, noſtram adiens clementiam piorum *progenitorum* noſtrorum, *regum* uidelicet & *imperatorum* ipſi conceſſa *precepta* & *priuilegia* detulit, eadem a nobis concedi & roborari depoſcens. Nos uero ob deuotionem dilecte *auie noſtre Adelheidis*, uidelicet *imperatricis* auguſte nec non & interuentu fidelium noſtrorum *Willigiſi* Moguntine ſedis uenerandi archiepiſcopi, & *Hildibaldi Wormatienſis* cleri honorabilis *epiſcopi* pie petitioni eius, benignum aſſenſum prebentes, omnia, que memorate Halberſt. eccleſie a progenitoribus noſtris *regia* uel *imperatoria* munificentia ſiue aliorum fidelium collatione ſeu per *precariam* iuſte tradita ſunt & inſuper *mercatum*, quem beate memorie genitor & *equi nominis* noſter, OTTO *imperator auguſtus* eidem eccleſie in loco *Salingenſtad* uocato, habendum conceſſit &, quem nos per noſtrum *preceptum* in *principali*

*rogatione* Hildewaldi HALBERSTADIENSI *epiſcopatui confirmat priuilegia*, 1) *regia*, 2) *imperatoria*.

*Praeterea* 1) mercatum *in Salingenſtad*

*cipali loco Halberſt. perpetualiter* habendum decreuimus una cum *theloneis* ac *monetis* & regio *banno* in utriusque locis tenendis & accipiendis & regalem *heribannum* ſuper *milites liberos* & *ſeruos* eiusdem ecclesie hac noſtre preceptionis regia auctoritate prefato epiſcopo & eius ecclesie ſuisque ſucceſſoribus denuo donamus atque confirmamus precipientes firmiter regio iuſſu, ut nullus *iudex* publicus ſeu quelibet iudiciaria perſona eiusdem ſedis litos ac colonos ſeu quoslibet uiros ad ipſam ſedem uariis modis inquiſitos uel adhuc inquirendos, quolibet modo diſtringere audeat ſed maneat ipſius loci epiſcopo facultas propria, que de his iuſte uoluerit faciendi, ad hec etiam pro domini genitoris noſtri anime ſaluatione noſtraque proſpera incolumitate etiam predicte ecclesie concedimus, ut habeat eiusdem ſedis clerici canonice atque eccleſiaſtice ſeu inter ſe uel aliunde digne adhoc & conuenienter eligendi epiſcopum liberam ac propriam facultatem, maneatque eidem loco tam hec conceſſio quam omnis immunitas unquam a progenitoribus noſtris illuc conceſſa, firma & perpetualiter tenenda. Et ut hoc noſtre autoritatis decretum firmius ſtabiliusque perſeueret, hanc cartam inde conſcribi iuſſimus annulloque noſtro ſignatam manu propria ſubtus firmauimus. *Signum* dominiglorioſiſſimi *regis*, *Hildebaldus* epiſcopus & cancellarius uice, *Willigiſus* archiepiſcopi recognoui. Data XIV. Kal. Octobr. anno dominice incarnationis DCCCC XCIII. indict. quinta, anno autem *tertii Ottonis* regnantis nono. Actum *Botueldon* feliciter amen.

*2) telonea, 3) monetas, 4) bannum, 5) heribannum.*

*Priuatiue, non cumulatiue.*

*6) electionem epiſcopi a capitulo.*

*Datum 993.*

## Num. XXXI.

### Priuilegium domini HENRICI regis QVARTI ſuper donatione Abbatie in *Trubech* pro *Curte*, *Kiſſenbrugge* an. 1058.

*ADOLFVS imperator an. 1295.*

ADOLPHVS, *Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus*, uniuerſis ſacri Romani imperii fidelibus, preſentes literas inſpecturis, graciam ſuam & omne bonum. Nouerit preſens etas & ſucceſſura poſteritas; quod nos priuilegium diue recordationis HENRICI, *Romanorum* regis, *predeceſſoris* noſtri, nobis exhibitum uidimus & perſpeximus, continencie huiusmodi & tenoris.

*HENRICI III. imperatoris an. 1058. donationem*

*In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis* HENRICVS, *diuina fauente clementia rex*, omnibus *Chriſti noſtrisque* fidelibus tam futuris, quam preſentibus notum eſſe uolumus: quomodo BVRCHARDVS *Halberſt. eccleſie epiſcopus* uenerabilis, a nobis & ex noſtra *regali* poteſtate *curtim Ciſmebrugga* ſibi ſueque eccleſie inquiſiuit, illi requirendo, nobisque reſpondentibus ultimum, ad hoc noſtra contentio deuenit, quod ex petitione *Agnetis* dilectiſſime *genetricis* noſtre, imperatricis *auguſte* & cum conſilio *Leoboldi Moguntinenſis* archiepiſcopi atque *Adelberti* BREMENSIS archiepiſcopi & *Henrici* AVGVSTENSIS & *Heſſilonis* de HILDESHEIM & *Guntherii* de BABENBVRG & Gerenhardi *ducis*, Ottoniſque *comitis* & aliorum fidelium noſtrorum *Abbatiam* in *Drubeken* in pago *Hardego* & in comitatu *Bernhardi* comitis ſitam, cum omnibus ſuis pertinentiis, mancipiis, areis, ædificiis, uillis, eccleſiis, terris cultis & incultis, agris, pratis, paſcuis, campis, ſiluis, uenationibus, aquis aquarumque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, exitibus & redditibus, uiis & inuiis, queſitis & inquirendis

*Ciſembrugge.*

*ex conſilio ordinum S. R. I.*

*cum acceſſoriis.*

ſeu

ſeu cum omni utilitate, que ullo modo inde prouenire poteſt, ad altare in honorem ſancti *Stephani* prothomartiris in loco *Halberſtad* conſtructo & conſecrato, pro curte predicta *Ciſsmebrugga* ſuisque appendiciis, in proprium dedimus atque tradidimus. Et ut hec noſtra *regalis traditio* ſtabilis & inconuulſa omni permaneat euo, hanc paginam inde conſcribi *manuque propria*, ut ſubtus uidetur, corroborantes *ſigilli* noſtri impreſſione iuſſimus inſignire. *Signum* domini HENRICI QVARTI regis, Wuntherus cancellarius uice, *Luitboldi* archicancellarii recognoui. Data VII. idus Febr. anno dominice incarnationis *milleſimo* LVIII. indict. VIIII. anno autem domini *Henrici quarti regis, ordinationis* eius quarto; Regni uero *ſecundo*. Actum *Goslarie* in Dei nomine feliciter amen. Nos igitur honorabilium uirorum *prepoſiti, decani totiusque capituli eccleſie Halberſt.* predicte iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu dictum priuilegium, prout proinde & iuſte conceſſum eſt & omnia in eo contenta ratificamus, innouamus, confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio, communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc noſtre ratificationis, innouationis, & confirmationis paginam infringere uel ei, auſu temerario, contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, grauem noſtre indignationis offenſam ſe nouerit incurſurum. In cuius rei *teſtimonium* preſens ſcriptum exinde conſcribi & maieſtatis noſtre *ſigillo* fecimus communiri. *Datum* MVLHVSEN V. idus Ianuarii indict. VIII. anno domini *milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto*; Regni noſtri anno tercio.

*Carta confirmata 1) ſigillo 2] manu.*

*Signum.*

*Datum 1058.*

*Tranſumtum.*

*Confirmatio*

*Sanctio.*

*Datum 1295.*

Num.

## Num. XXXII.

## Priuilegium FRIDERICI *imperatoris* ſuper *moneta*, quod nullus *monetam* cudere preſumat in epiſcopatu ſui epiſcopi ſine autoritate ipſius epiſcopi.

ADOLFVS *an. 1295. confirmat*

ADOLPHVS, *Dei gratia Romanorum rex*, *ſemper auguſtus*, uniuerſis ſacri Romani imperii fidelibus, preſentes literas inſpecturis, graciam ſuam & omne bonum. Nouerit preſens etas & ſucceſſura poſteritas, quod nos priuilegium FRIDERICI *predeceſſoris noſtri*, nobis exhibitum uidimus & perſpeximus, continencie huiusmodi & tenoris. FRIDERICVS, *Dei gratia Romanorum imperator*, *ſemper auguſtus*, omnibus *beneficiatis*, *miniſterialibus* & ceteris *fidelibus* in epiſcopatu *Halberſtadenſi* conſtitutis, gratiam ſuam & omne bonum per preſentes noſtre autoritatis apices, ad ueſtram notitiam hoc deducimus: *in preſentia curie noſtre ab omnibus principibus indicatum eſſe*, quod in epiſcopatu alicuius epiſcopi nullus omnino aliquam MONETAM *ueram* uel *falſam* absque *conſcientia* & *uoluntate epiſcopi*, cuius ipſa diecceſis eſt, facere poteſt uel habere, quod quia in epiſcopatu fidelis & dilecti principis noſtri *Halberſt. epiſcopi* noua quadam inſolentia & preſumtione temeraria factum eſſe, *de moneta* cognouimus. Dolemus quidem & plurimum inde *exacerbati* ſumus. Quapropter noſtra *imperiali autoritate* & ſub poena gracie noſtre ſtatuimus & precipimus: quod nulla perſona de cetero absque *epiſcopi conſenſu* & *gracia*, aliquam monetam in epiſcopatu *Halberſt. cudere* uel formare uel aliquo modo *adulterare* preſumat Nos igitur honorabilium uirorum *prepoſiti*, *decani*, totiusque *Capituli eccleſie Halberſt* predicte, iuſtis poſtulationibus

FRIDERICI *imp. priuilegium*

*ne quis monetam cudat in Halberſtadienſi dioeceſi*,

*ſine epiſcopi permiſſu.*

*Tranſumtum.*

bus grato concurrentes aſſenſu, dictum priuilegium prout proinde & iuſte conceſſum eſt, & omnia in eo contenta, ratificamus, innouamus, confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo *omnino hominum* liceat, hanc noſtre ratificationis, innouationis & confirmationis paginam infringere, uel ei, auſu temerario, contraire; Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, grauem ſe noſtre indignationis offenſam nouerit incurſurum. In cuius rei teſtimonium preſens *ſcriptum*, exinde conſcribi & *maieſtatis noſtre* ſigillo fecimus communiri. *Datum* in *Mülhuſen* V. idus Ian. indict. VIII. anno domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto. Regni uero noſtri anno tercio. *Datum 1295.*

---

## Num. XXXIII.

*Reuerſale* domini LVDEWICI REGIS, qui *inpheodari* fecit filium ſuum *Ludewicum primogenitum* cum antiqua *Marchia*, ſcil. caſtro *Tangermundis* cum oppido *Stendal* caſtro *Bardelege* cum oppido *Oſcerborch*, Sehuſen &c. &c. per epiſcopum *Halberſtadenſem* huiusmodi infeudat. anno 1323.

L*VDEVICVS*, *Dei gratia Romanorum rex*, *ſemper auguſtus*, uniuerſis ſacri imperii Romani fidelibus, preſentes literas inſpecturis, graciam ſuam & omne bonum. Quia uenerabilis *Albertus* eccleſie *Halberſt.* epiſcopus, *Princeps* noſter dilectus, illuſtrem LVDEWICVM MARCHIONEM BRANDENBVRGICVM *primogenitum* noſtrum cariſſimum, de infra ſcriptis *poſſeſſionibus*, *iurisdictionibus*, & *honoribus*, que quondam MARCHIONES BRAN-

LVDOVIC. IV *an. 1323.*

*teſtatur ab* Halber-ſtadienſi *epiſcopo*

*marchionem* Brandeburgicum.

BRANDENBVRGICI predeceſſores ſui ab *eccleſia* Halberſt. & *predeceſſoribus* prefati *Alberti in feodo* habuerunt & poſſederunt. Videlicet caſtrum *Angermunde* cum oppido; caſtrum *Bardelege* cum oppido; oppidum *Stendal*; oppidum *Oſterborch*; caſtrum *Chrumbeche*, *Sehuſen*, *Werben* oppida, caſtrum *Arenborch* & *decimas*, *monetas*, *thelonia*, cum iurisdictionibus diſtrictioni predictorum ad requiſitiones & *inſtantias* noſtras recte & *legaliter infeodauerit*, nomine proprio & ipſius pretacti filii noſtri, cuius TVTELAM *gerimus*, preſentibus profitemur, prefatum *filium* noſtrum ac *heredes* ſuos recognoſcere debere, pretacta *feoda* ab ipſa *eccleſia* in *feodo* habere & tenere & quod ab eccleſie *feodali* titulo recipere teneantur. Preterea ſi forſitan aliqua de pretactis ſepe dicto *filio* noſtro uel heredibus ſuis *curta* fuerunt ad *euictionem* ſeu *recompenſam* eorundem ipſam *eccleſiam Halberſt.* ſeu epiſcopum, qui pro tempore fuerit nec teneri uolumus aut quolibet obligari. In cuius rei teſtimonium preſentes literas conſcribi & noſtre *maieſtatis ſigillo* iuſſimus communiri. *Datum* in *Arenſtedten IIII.* idus Aug. anno domini *milleſimo trecenteſimo uiceſimo tercio.* Regni uero noſtri anno nono.

*Suſcepiſſe*, feudi *iure uaria* oppida, caſtra, decimas, monetas,

*Caeſare* TVTORE.

*Sine praeſtatione* euictionis.

*Datum* 1323.

---

## Num. XXXIV.

### Confederatio CAROLI QVARTI imperatoris, facta inter dominum epiſcopum Albertum *Halberſtad.* & marchionem *Brandenburgicum* an. 1377.

CAROLVS IV. *an.* 1377.

WIr *CARL von Gottes Gnaden Römiſcher Kayſer*, zu allen Zeiten mehrer des Reichs und König zu Böhmen, bekennen vor uns und alle

alle unſere Erben und Nachkommen, *Marggrafen zu Brandenburg*, und thun kund öffentlich mit dieſem Briefe: daſs wir vor uns und dieſelben unſer Erben und Nachkommen, Marggrafen zu Brandenburg uns mit dem ehrwürdigen ALBRECHT, *Biſchoff zu* HALBERSTADT, unſerm Fürſten, Räthen und lieben andächtigen mit ſeinem *Capitel* und *Stiffte* zu Halberſtadt mit wohlbedachten Muth und Rechten wiſſen verſchrieben und *verbunden* haben, verſchreiben und verbinden ewiglich mit Krafft dieſes Briefs und haben auch dieſe Verſchreibungen und Bündniſſen vor uns und die ehgenannten unſere Erben und Nachkommen *Marggrafen zu Brandenburg*, *ſtete* und *feſte* zu volführen und zu halten, gelobet und geloben in guten treuen ohne alles *geferde* den ehgenannten Biſchöffen, Capitel und Stiffte von Halberſtadt, in aller der maſſen und weiſe als *hernach geſchrieben* ſtehet.

*qua marchio* Brandeburgicus *cum Alberto epiſcopo* Halberſtadienſi *foedus init. hereditarium.*

Wir ſullen und wullen unterſtehen beſtellen und ſchaffen, daſs der *Biſchoff* und *Stifft* zu *Halberſtadt* ihr *Land*, *Leute* und *Güter* aus der Marck *zu Brandenburg* und von unſern *Schloſſen* oder *Leuten* nicht beſchediget oder *geraubet* werden, und wenn jemand und obgenannt dar wieder thäte, denſelben, wer der ſey und alle die Seinen ſollen und wollen wir *hindern*, *verfolgen*, *angreiffen* und *ſtraffen*, gleicher weiſe ob *uns* und der *Marck zu Brandenburg* ſolcher Schade geſchehen wäre und wir und unſere Erben, Marggraffen zu Brandenburg ſollen den vorgenandten Biſchoff ALBRECHT ſein CAPITEL und ſein STIFT getreulich vertheidigen zu den rechten gegen allermänniglich und ſollen auch allezeit ihrer *Rechten* mächtig ſeyn, und darauf ſollen unſere und der *Marck* zu Brandenburg *Staedte*, *Veſten* und *Schloſ-*

*Capita* foederis

*De non offendendo* Halberſtadienſes *in* marchia.

*De* tuendis illis.

ſen, die in dem Stiffte Halberſtadt gelegen ſeyn, den ehegenandten *Biſchoffe* ſeinen Nachkommen Stiffte zu Halberſtadt und ihren *Hauptleuten* offen ſeyn zu allen ſolchen ihren Sachen und Nöthen. Doch alſo beſcheidentlich, daſs ſie uns, unſern Erben und Nachkommen, *Marggrafen zu* BRANDENBVRG, redlich bewarnen thun: daſs unſere Städte, *Veſte* und *Schloſſe* nicht abgehen oder davon *entfremdet* werden mögen, auf eine weiſe ohne alles gefehrte, und wenn wir und die *Marcken* davon in *Kriege* oder ob wir *Schloſſe* oder *Veſte* davon verliehren, ſo ſoll der vorgenandte Biſchoff ALBRECHT *ſeine Nachkommen* und *Stifft* uns darzu getreuligen und ernſtlichen beholfen ſeyn, ohne alles gefehrte, daſs uns und die *Marcken* ſolche *Schloſſe* und *Veſten* wieder werden, und ſollen ſich auch nicht frieden *ſiehnen* noch *Rechten* dann mit unſern, unſerer Erben und Nachkommen *Marggrafen zu Brandenburg*, wiſſen und guten Willen, darauf wir unſere Erben und die Marck zu Brandenburg darunter redlich bewahret werden. Und darzu auch ſollen wir beſtellen und ſchaffen, daſs unſere *Ambtleute* der MARCKEN ZU Brandenburg auf die Orthen, die dem Stifft zu Halberſtadt gelegen ſeyn, die wir itzund haben und wie dücke wir die von *neues ſetzen* werden dem obgenandten Biſchoff und Stiffte mit unſern Schloſſen *gewartende* ſeyn, als davon geſchrieben ſtehet. Als daſs auch *Meincke* von *Schierſtedt* Richter unſer *Ambtmann*, *Rath* und *lieber* getreuer von unſern und unſern Erben wegen Marggraffen zu Brandenburg zu kunde itzund gelobet hat, an eydes ſtatt, wenn auch daſs wir unſere *Erben* und *Nachkommen Marggrafen* und die *Marcken zu Brandenburg* von Schloſſen des *Stiffts* zu *Halberſtadt*

*Iure* apertu-rae.

*Societate recuperandi amiſſa.*

*Pace non ineunda, niſi in ſocietate.*

MARCHIAE *plures.*

Schierſtedt *marchiae officialis.*

*berſtadt*, die zum *pfandt* verſetzet werden, beraubet oder beſchediget würden, und ſolcher *Schloſſen* der *Biſchoff* und *Stifft zu Halberſtadt* nicht mächtig wäre, daſs ſolcher *Raub* und *Schade* wederthan würde, ſo ſollen *wir* unſere *Erben* und *Nachkommen*, *Marggrafen zu Brandenburg* dem Biſchoffe und Stiffte und auch uns ſelbſten darzu beholfen ſeyn, daſs uns ſolcher *Raub* und *Schade* wiederkehret würde ohne alles gefehrte. Auch ſollen wir unſere Erben und Nachkommen, Marggrafen zu Brandenburg ohne des Stiffts zu Halberſtadt, Lande, Städte, Schloſſe, Veſte, Lehne, Leute und Güter nicht unterwinden noch die vertheidigen wieder des Biſchofs und Stiffts zu Halberſtadt willen ohne alles gefehrte, in was Unwillen, Schaden und *Wiederdrieße* das *Capitel* zu Halberſtadt käme, von ſolcher Articul wegen der *Bindnüſſe*, die das Capitel *vorbeſchrieben* und *verſiegelt* hat. Des ſollen wir ſie vertheidigen und ihn behulffen ſeyn, daſs ſie daraus kämen ohne alles gefehrte. Mit *uhrkund* des *Briefs* verſiegelt und mit unſerer *Kayſerl. Majeſt. Inſigel* der GEBEN iſt zu Tangermünde 1377. des nechſten Sonntags vor St. Gallen Tag, unſerer *Reiche* im 32. und des *Kayſerthums* im 23. Jahre. De mandato domini imperatoris Nicolaus *camerarius*, prepoſitus *Willigiſius*, Korte langen.

*De non adiuuandis ſubditis aduerſus epiſcopum.*

*Sigillo maieſtatis.*

*Datum* Tangermunde 1377.

---

## Num. XXXV.

### *Priuilegium* domini OTTONIS *imperatoris* ſuper *Marcham*, que uocatur *Gunete* in comitatu *pueri Geronis* ſitam, quam dedit cuidam Mancellino dicto & omnia ad eam pertinentia an. 981.

ADOLFVS *an.* 1295. *confirmat* *Ottonis II. donationem an.* 981. *rogatione 1) uxoris Theophaniæ 2) filii Ottonis factam in marca cum acceſſoriis.*

ADOLPHVS, *Dei gratia Romanorum rex,* ſemper auguſtus, uniuerſis ſacri imperii Romani fidelibus, preſentes literas inſpecturis, graciam ſuam & omne bonum. Nouerit preſens etas & ſucceſſura poſteritas, quod nos priuilegium diue recordationis Ottonis imperatoris, predeceſſoris noſtri, nobis exhibitum, uidimus & perſpeximus, continencie huiusmodi & tenoris. *In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis* OTTO, *diuina fauente clementia imperator auguſtus.* Notum ſit omnibus noſtris fidelibus, preſentibus atque futuris, qualiter nos, ob interuentum dilecte noſtre coniugis THEOPHANIE & filii noſtri *Ottonis*, cuidam noſtro fideli *Mancillinus* nuncupato, in comitatu *pueri Geronis* in pago *Colidiki* Marcam, que uocatur *Gunnete* atque cuncta ad eandem pertinencia, cum *filuis*, *uenationibus*, *edificiis*, utrisq; *ſexibus* cum *frumento* & ceteris *terre fructibus*, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, uiis & inuiis, exitibus & redditibus, queſitis & inquirendis in perpetuum proprietatis uſum donauimus, ea uidelicet ratione, ut deinceps liberam habeat poteſtatem, illud tenendi, uendendi, commutandi ſeu quidlibet inde faciendi, omni hominum contradictione remota. Sed ut hoc uerius credatur & ab omnibus noſtre dignitatis ſucceſſoribus perpetualiter diligentius obſeruetur, hanc cartam ſcribi eamque noſtri annuli inpreſſione, & propria manu ſubtus notando, iuſſimus ſigillari. *Signum domini* OTTONIS, imperatoris auguſti, *Hildebaldus* cancellarius uice *Willigiſi* notaui.

*Datum* 981.

*Data II.* nonas Nouembris anno incarnationis D CCCC LXXXI. indict. X. *Regni* uero domini Ottonis ſecundi XX. *imperii* autem XIIII.

*Actum* Neapoli.

Actum *Neapoli.* Nos igitur honorabilium uirorum

rum prepoſiti, decani, totiusque capituli eccleſie Halberſt. predicte, iuſtis poſtulationibus, grato concurrentes aſſenſu, dictum priuilegium prout proinde & iuſte conceſſum eſt & omnia in eo contenta ratificamus, innouamus & confirmamus, nec non preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc noſtre ratificationis, innouationis & confirmationis paginam infringere uel ei, auſu temerario, contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, grauem ſe noſtre indignationis offenſam nouerit incurſurum. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum exinde conſcribi & maieſtatis noſtre ſigillo fecimus communiri. *Datum* in MVLHVSEN, V. idus Jan indict. IIX anno domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto. Regni uero noſtri anno tercio.

*Tranſumtum.*

*Datum 1295.*

---

## Num. XXXVI.

### Confirmatio domini OTTONIS imperatoris ſuper omnia priuilegia ab antiquis eccleſie data an. 984.

*IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis, OTTO, diuina fauente clementia ſemper auguſtus.* Eccleſiarum Dei curam gerere, petitionibus quoque ſeruorum Dei annuere, imperatoribus & honorificum ac ſalubre fore, cunctis fidelibus liquido claret. Quapropter notum eſſe uolumus, qualiter uenerabilis ſancte Dei eccleſie *Halberſtadenſis* preſul, *Hildiwardus*, ubi *principalis* epiſcopii ſui *ſedes* eſt, in pago *Hartaga* conſtructa, noſtram adiens clementiam, piorum *progenitorum* noſtrorum ipſi ſedi conceſſa priuilegia detulit, eadem & concedi & roborari depoſcens.

OTTO III. *an. 984. confirmat*

Halberſtadio *in pago* Hartegou.



Quod

Quod quia iuſtum & rationabile conſtat, per hoc noſtre autoritatis preceptum eorundem conſultu decernimus, ut omnia, que memorate *Halberſt. eccleſie a progenitoribus* noſtris regia uel imperatoria munificentia ſiue aliorum fidelium collatione ſeu per precariam iuſte tradita ſunt, firma & inconuulſa permaneant, neque ullus *iudex publicus*, ſeu quælibet *iudiciaria perſona* eiusdem ſedis *litos* aut *colonos*, ſeu quoslibet uiros ad ipſam ſedem uariis modis inquiſitos uel adhuc inquirendos, quolibet modo diſtringere audeat; ſed maneat ipſius loci *epiſcopo facultas propria*, quicquid de his iuſte uoluerit faciendi. Inſuper etiam pro domini *genitoris* noſtri & *coimperatoris auguſti beatiſſime memorie Ottonis*, *anime ſaluatione* noſtraque proſpera incolumitate iam dicte eccleſie concedimus, ut habeant eiusdem *clerici*, canonice atque eccleſiaſtice, ſeu inter ſe ſeu aliunde digne ad hoc epiſcopum eligendi hac conceſſione quam omnis immunitas umquam a *progenitoribus* noſtris illuc conceſſa, firma & perpetualiter obſeruanda. *Signum domini* OTTONIS inuictiſſimi imperatoris auguſti, *Willigiſus* cancellarius uice *Rodberti* archicapellani ſubſcripſi. *Data VII.* idus Junii, anno incarnationis domini DCCCC LXXXIIII. indict. I. anno regni domini *Ottonis XIII. Imperii* autem ſexto. Actum in *Werla*.

*omnia* progenitorum *priuilegia*

*in ſalutem animae* coimperatoris *ac* patris *ſui*.

*Datum* 984.

---

## Num. XXXVII.

### Priuilegium domini OTTONIS *regis Romanorum* ſuper monaſterium in *Hatmersleben* an. 961.

OTTO II. *rex Rom. an. 961.*

IN *nomine ſancte & indiuidue Trinitatis*, *OTTO*, *diuina fauente clementia rex*. Eccle-

Eccleſiarum curam gerere, petitionibus Dei ſeruorum annuere, regibus & honorificum & ſalubre fore cunctis fidelibus liquido claret. Quapropter notum eſſe uolumus, qualiter uenerabilis BERNHARDVS, *Halberſt. eccleſie* epiſcopus noſtram adiens clementiam diu multumque poſtulatus, paterna hereditate in uilla que uocatur *Hathumersleue* monaſterium ſanctimonialium conſtrui ac ſuam neptem, ſcil. *Gundradam* ibidem abbatiſſam ordinari triumque tantummodo *decimationem* uillarum *Hathumersleue*, *Hettenborn*, *Delthorpp* ad ſupplementum ipſius *Cenobii*, *preſtari* deſiderauit. Quod quia nobis dignum ac iuſtum uidetur eſſe, petitioni ipſius annuere, per interuentum piorum *progenitorum noſtrorum* ſcil. MATHILDE mitiſſime *auie* noſtre, *matrisque* noſtre ADELHEIDE ac iuſſu ſereniſſimi imperatoris noſtri *Ottonis*, nec non & *archiepiſcoporum*, uidelicet dilectiſſimi fratris noſtri *Wilbelmi* & *Adaldagi* tali conuentione facta, ut prefatum monaſterium ad ipſam ſedem *Halberſt. eccleſie* totum cum omni ſubſtantia firmiter ac perpetualiter ſit *ſubjectum*, concedimus. Deinde, quia rationabile conſtat, per hoc noſtre auctoritatis preceptum, eorumdem conſultu decernimus, ut omnia, que memorato monaſterio *Hatmersleue* a uenerabili *epiſcopo* BERNHARDO ſiue aliorum fidelium *collatione* ſeu per *precariam* iuſte tradita ſunt, firma & inconuulſa permaneant. Neque *iudex ullus publicus* ſeu iudiciaria *perſona* eiusdem monaſterii *litos* aut *colonos* ſeu quoslibet uiros ad ipſum monaſterium uariis modis inquiſitos uel adhuc inquirendos, quolibet modo diſtringere audeat, ſed maneat ipſius loci *Abbatiſſe* facultas *propria*, que de his iuſte uoluerit, faciendi. Inſuper etiam pro

*rogatione* BERNHARDI *Halberſt. epiſcopi*, *coenobium condit* Hathmersleben & *eius ſororem inſtituit* abbatiſſam. *precibus* 1) *auiae*, 2) *matris* *iuſſu* 3) *Ottonis I. imperatoris*, 4) *antiſtitum*.

*Cum facultate donandi coenobio.*

*Cum iurisdictione* priuatiua.

pro ſaluatione *animarum* noſtrarum ac preſenti proſpera incolumitate iam dicto cenobio concedimus, ut habeant eiusdem monaſterii *ſanctimoniales*, canonice atque eccleſiaſtice inter ſe ſeu aliunde digne ad hoc & conuenienter ELIGENDI ABBATISSAM CUM CONSENSV HALBERST. EPISCOPI liberam ac propriam facultatam maneatque eidem loco tam hec conceſſio quam omnis immunitas unquam a progenitoribus noſtris illuc conceſſa, firma & perpetualiter obſeruanda. Et ut hec noſtre autoritatis decretum quolibet modo depromari ſiue permutari nequeat, *manu* propria illud firmauimus atque *ſigillo* noſtro conſignari iuſſimus. *Signum* domini OTTONIS sereniſſimi *regis*, Lindolfus cancellarius, ad uicem *Wilhelmi* archicapellani recognoui. *Actum* anno dominice incarnationis D CCCC LXI. domini uero piiſſimi regis Ottonis I. indict. III. Actum *Walhuſen* feliciter amen.

*& iure eligendi* abbatiſſam *cum conſenſu* epiſcopi.

*Charta firmata* 1) *manu.* 2) *ſigillo.*

*Actum* 961.

---

## Num. XXXVIII.

## Littera domini *Marchionis* BRANDENBVRGENSIS ſuper caſtrum ESBECKE an. 1263.

IOHANNES, *dei gratia* MARCHIO BRANDENBVRGENSIS, hanc litteram inſpecturis ſalutem & omne bonum. In his litteris proteſtamur, quod nos a uenerabili domino noſtro VOLRADO, *Halberſtad. epiſcopo* caſtrum ESBECKE cum eisdem bonis, cum quibus a domino *Ludouico* de *Esbecke* idem caſtrum emerat, dando eidem epiſcopo *ſeptingentas marcas Halberſtadenſis argenti* nos & *filii* noſtri titulo *pheodali* recepimus, perpetuo poſſidendum, cuius ſumme quingentas marcas, *exami-*

IOANNES *Marchio* BRANDENBVRGENSIS 1263. *a* Volrado *ep.* Halberſtad. *emit* Esbeke *nexu* feudali *ſaluo.*

*aminatas*, perſoluimus, quia *decima* in *Hordorp*, cum quatuor *manſis* ibidem & quatuor manſos in *Eilſtede*, que nobis cum caſtro *Emesleue* obligauerat, predictus dominus epiſcopus ab huiusmodi obligatione libera ſibi dimiſimus & ſoluta. Ceterum caſtrum *Emersleue* nobis adhuc pro *quingentis marcis examinatis inpheodatum* predictus dominus epiſcopus aut ſucceſſor ipſius quicunque a feſto beati Martini nunc inſtantis abſoluere poterit usque ad triennium ſi nobis talis & tanta *pecunia* perſoluatur, & ſi quid citra *uiginti marcas* circa idem caſtrum *edificabimus* ad predictam ſummam debet in *caſtro* abſolute computari, preterea *quingentas* marcas memorato domino epiſcopo perſoluemus, ſi nobis redditus equiualentes aſſignet, ita, quod ſi in bonis nobis *examinatam marcam* demonſtret, ſibi decem marcas *examinatas* dabimus, & pro *una* marca *decem marcas*, & ſi plus in bonis nobis demonſtrabitur, ſecundum predictam formam omnia perſoluemus. Huius rei teſtes ſunt, dominus OTTO, *marchio Brandenburgenſis*, dominus *Wick* decanus; Hermannus *ſcholaſticus* eccleſie noſtre; Bernhardus de *Wardenberg*; Henricus de *Bardel*; Henricus & Aluericus curie noſtre *pincerne*, *milites*. Acta Halberſt. anno domini *milleſimo ducenteſimo LXIII.* VI. idus Nouembr.

*Summa argenti examinati.*

*Teſtes.*

*Actum. 1263.*

## Num. XXXIX.

### Priuilegium ſuper *tribus decimis* uillarum *Oſolſtide*, *Mandorp*, *Nordammesleue* per dominum *Bernhardum* epiſcopum *Halberſtad.* ſue eccleſie datis an. 965.

BERNHARDVS *an.* 965. *uix nomine* EPISCOPVS, *ſine formula* Dei gratia.

*Curtem ab* Ottone I. *donatam*,

*ad dies uitae*

& *decimas* 3. *uillarum*,

*praeſentibus antiſtitibus*

*reddit*.

*Saluo iure* decimandi Halberſtadienſibus.

*IN nomine domini noſtri Jeſu Chriſti, ego* BERNHARDVS, *ſancte Halberſt. eccleſie* ſolo *uix* NOMINE *epiſcopus*, rogo imperii fideles tam preſentes quam & futuros pro intellectu percipere firmiterque memorie penetralibus commendare, quod dominus meus OTTO, *imperator auguſtus* curtem, quam GERO, *marchio* in *Magdeburg* habuit & eccleſiam quam illic in honore ſancti *Cyriaci* martiris conſtruxit cum omni ædificio, quod in eadem curte moriens dimiſit, *humilitatis* a precibus exoratus, ſua michi largitatus gracia ad tempus uite meæ habendam conceſſit. Ego uero ob tante remunerationem largitionis cum neque *decimationis* trium uillarum, id eſt *Oſolſtide*, *Mandorp*, *Nordammesleuie* preſente eodem dilectiſſimo domino meo & *Wilchelmo* Moguntine eccleſie archiepiſcopo; *Adalgado* Hammaburgenſis eccleſie archiepiſcopo; Amione *Wormacienſis* eccleſie epiſcopo; Brunone *Verdunenſis* eccleſie epiſcopo; Landuvardo *Mindinienſis* eccleſie epiſcopo; Adaberdoque epiſcopo, *Magdeburgenſi* monaſterio cum omni ſua utilitate in id ipſum temporis reconceſſi ea uidelicet ratione, ut *Halberſtadenſis* eccleſia, cui indignus preſidens deſeruio in predictarum *decimis uillarum* ſuarumque *marcharum* poſt obitum meum nullum patiatur damnum. Sed in his ut in aliis *uillis* ſibi ad *decimandum* antiquitus determinatis proprium *uſumfructum* recipiat & in poteſtate mei ſucceſſoris conſiſtat quid de prefatis *decimis* diſponere uelit. Et ut hec mutua beneficii conceſſio apud poſteros cautius obſeruetur & diligentius memorie includatur prenominati & ſemper memorandi *ſenioris* mei equiſſima decernente *cenſura* illam hoc ſcripto notatam meo *ſigillo* firmaui. Huiusque exemplar ſuper ſancti *Mauritii* uene-

uenerandum altare repoſui. Facta ſunt autem hec anno incarnationis dominice DCCCCLXV. indict. IIX. anno autem regni domini *Ottonis XXX. imperii V. ordinationis* autem meæ anno *XLIII.*

*Factum anno 1) domini 965. 2) imperii 3) regni 4) epiſcopatus.*

# Num. XL.

## Littera donationis Capelle GADERSLEVEN & eccleſie in *Northuſen* ac officii in *Hornehuſen* per dominum VOLRADVM epiſcopum an. 1262.

VOLRADVS, *Dei gratia Halberſt. eccleſie epiſcopus* omnibus, ad quos preſens ſcriptum peruenerit, ſalutem in uero ſalutari. Vt ea, que aguntur in tempore, non labant in dictis teſtium, poni ſolent & ſcripture memorie perennari. Eapropter uniuerſorum notitie declaramus, quod nos dilectis nobis HERMANNO *prepoſito*, WIGERO *decano* totique CAPITVLO *eccleſie* predicte ipſorum uoluntati & precibus annuentes, modo paterno, contulimus *eccleſias* infra ſcriptas, quarum ius PATRONATVS ſiue *collatio totaliter* ad *nos* ſpectat uidelicet in *Gaterleuen*, eccleſiam & capellam in *Northuſen*, eccleſiam & officium in *Hornehuſen*, quod uulgariter dicitur, cum omni iure & *utilitate*, *fructu* & *commodo* & eisdem ipſorumque ſucceſſoribus dedimus perpetuo poſſidendas & libere ſub hac forma: ita, quod locatis perſonis idoneis *uicariis* perpetuis de *conſenſu capituli* in predictis eccleſiis ita ut decenter & commode ualeant ſuſtentari, fructus, ſi qui ſuperfuerint, eccleſie noſtre *canonicis* & aliis, quorum intereſt ſi qui, pro tempore, fuerint, communiter preſentibus, more ſolito, diuidantur. Item ſtatuimus de communi noſtri *capituli* uoluntate & con-

VOLRADVS *epiſcopus an. 1262.*

*ius* patronatus, *ſibi proprium,*

*donat* praepoſito *&* capitulo

*cum utilitate & fructu.*

*Spondet etiam:* feuda *aperta*

*non* infeudare porro: *ſed deſtinare*

conſenſu & adicimus, quod, ſi qua *feoda*, que de *manu noſtra* & anteceſſorum noſtrorum titulo *feodali* hactenus teneri conſueuerant, ſi in antea ad *manus* noſtras redierunt, ea *nulli penitus concedimus* uel *infeodabimus* nec obligabimus quoquo modo, ſed *medietatem* prouentuum eorundem *menſae epiſcopali* reſeruabimus: reliquam uero partem *mediam* noſtre *ecclesie* & *prebendarum duarum* portioni refundendam & *pauperum*, qui alimentandi ſunt, perpetuo poſſidendam. Hanc uero *ordinationem* ſeu *collationem* noſtram *prefatam* nos noſtrique ſucceſſores *fideliter* obſeruabimus quousque uniuerſi ſinguli redditus *prebendarum duarum*, qui noſtris temporibus pro ſolutione *debitorum* noſtrorum ſunt uenditi, pleniſſime reſtituti fuerunt & refuſi. Vt autem hec noſtra ſeu capituli noſtri *ordinatio* ſeu ſtatutum a nobis noſtrisque ſucceſſoribus & *Canonicis* & *Capitulo* inuiolabiliter obſeruetur, preſentem paginam noſtro *ſigillo* & noſtri *capituli* ſancteque *Marie uirginis*, ſancti *Pauli*, ſanctique *Bonifacii* capitulorum ciuitatis in *Halberſtad.* *ſigillorum* munimine fecimus roborari. In teſtimonium ualidum erogandum. Datum *Halberſtad* anno domini *milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo*, *VIII.* Kal. Aprilis.

*epiſcopi* menſae *ſ.* domanio *&* pauperibus *& ſolutioni debitorum.*

*Sigilla.*

*Datum 1262.*

---

## Num. XLI.

### Littera ſuper *dimidietate* DECIME in *Slanſtede* an. 1306.

*GERARDVS praepoſitus Halberſtad. an. 1306.*

*In nomine domini amen.* GERHARDVS, *Dei gracia prepoſitus*, FRIDERICVS *decanus totiusque Halberſtad. ecclesie* CAPITVLVM, omnibus in perpetuum cupientes defunctorum piis uoluntati-

tatibus prouidere & eccleſie noſtre indemnitati conſulere & in futurum precauere in quantum poſſumus & ualemus ad uniuerſorum notitiam de- ducimus per preſentes: quod nos, de *unanimi conſenſu* & uoluntate accedente nihilominus con- ſenſu *reuerendi patris* domini noſtri ALBERTI pre- dicte eccleſie noſtre *epiſcopi*, nos receptis ab ho- norabili uiro domino *Wernero*, *prepoſito* eccleſie *Wallebekenſis*, Salemanno honorabilium uirorum pie *memorie* Guntherii, prepoſiti; Olrici *ſcholaſtici*, nec non Ludewici predicte eccleſie *Wallebecenſis prepoſiti* canonicorum ſupra dicte Halber- ſtad. eccleſie *ſexaginta* & *ſeptem marcas* puri ar- genti de *ſalis* ſeu *ſtetamentis* predictorum, defun- ctorum ad redimendam uidelicet dimidiam par- tem *decime* in *Slanſtede* in uſus *prebente noſtre* ta- liter duximus ſtatuendum, quod uice uerſa & in *reſtaurum* predictorum *prouiſor* eccleſie in *Nort- huſen* ſite apud *Hunoldsburg* qui hactenus *ſex marcas Stendalienſis argenti* de predicta eccleſia nobis per *annos ſingulos* miniſtrabat, cui modo ſingulis annis *in anniuerſariis* ſepe dictorum dominorum *defun- ctorum* miniſtret ſex *talenta* diſtribuenda, prout in libro OBLATIONVM plenius continetur. Vt au- tem hec, que per nos rite & rationabiliter ſtatuta ſunt, ab aliquo in poſterum *calumnari* non uale- ant uel infringi, preſentes literas conſcribi & ſu- pradicti *domini noſtri epiſcopi* ac prenotati capitu- li noſtri *ſigillis* fecimus roborari. Et nos ALBER- TVS, *Dei gratia Halberſt. eccleſie epiſcopus* ſtatutum huiusmodi gratum & ratum habentes, *Sigillum* noſtrum preſentibus duximus apponendum. A- ctum & datum *Halberſtad.* anno domini *milleſi- mo trecenteſimo ſexto*, feria quarta in communi- bus, in Capitulo generali.

*Cum conſenſu 1] capituli 2] epiſcopi.*

*Conuertit decimas* an- niuerſariis *deſtinatas.*

*Datum 1306.*

Num.

## Num. XLII.

## Priuilegium RVDOLPHI *archiepiſcopi Magdeburgenſis* ſuper comitia in *Seehuſen* an. 1257.

RVDOLFVS *Magdeb. Aepiſcopus* 1257.

RVDOLPHVS, *Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus*, omnibus preſentem literam inſpecturis ſalutem. In principio rationis exiſtit; preterea bona & laudabilis obtinuit conſuetudo, ut ea, que rationabiliter ordinantur & rite ita expediri ualeant in poſterum dubitanter. Noverint ſane inſpectores preſentium uniuerſi, quod, cum inter nos & *eccleſiam noſtram ex una* & uenerabilem patrem dominum VOLRADVM *epiſcopum Halberſt.* & ſuum *capitulum* ex parte *altera* eſſet plenarie terminandum quod COMITIAM in SEEHVSEN cum attinentiis aliis pro *quatuor millibus marcis* & *quingentis marcis examinati argenti* comparaſſemus ab epiſcopo & eccleſia nominatis in contractu, eadem exſtitit condictum & ordinatum hoc modo, uidelicet quod nos & eccleſia noſtra in *reſtaurum* caſtrum *Aluinsleuen*, quod MARCHIONES BRANDENBVRGEN. ab eccleſia *Halberſt.* a retroactis temporibus tenuerunt, tradere & donare debemus immo donauimus caſtrum *Arensberg* eccleſie *Halberſt. proprietatis* titulo perpetuo poſſidendum. In ſuper in compenſationem duorum caſtrorum *Aluensleben* epiſcopi, uidelicet & eius quod fuit quondam de *Aluensleuen Geuechardi* & caſtelli *Hackenſtede* & officii adiacentis quod epiſcopus & capitulum Halberſt. nobis & eccleſia noſtra in *proprietate* dederunt, tradimus & donamus eisdem proprietatis titulo caſtrum *Clettenberg* cum redditibus *centum marcarum infeudatarum* argenti. Hanc compenſatio-

*a Volrado epiſc. Halberſtadienſi* COMITIAM SEEHAVSEN *emit*

Aluensleben *in manu marchionis* BRANDEBVRGICI. Arensberg.

Hakenſtede

Clettenberg *C. marcae* in feudatae.

ſationem & donationem tam ex parte domini *E-piſcopi* & *Capituli* predictorum, quam ex parte noſtra & capituli noſtri rite & rationabiliter ordinatam preſentibus apertiſſime *proteſtamur*, & ne ſuper *noſtro* & *capituli noſtri* conſenſu in hoc facto unquam dubium aliquot ualeat ſuſcitari, hanc literam in perpetuum teſtimonium huius facti, noſtri & capituli noſtri *ſigillorum appenſionibus* fecimus *ſigillari*. *Actum* in *Quedlingenburg* in domo fratrum minorum anno *milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo*. Idus Junii *pontificatus* noſtri anno quarto cum *ſubſcriptionibus* teſtium, qui ſunt hi: Hermannus prepoſitus *Halberſt.* Wiekerus *decanus*, Burchardus *uicedecanus*, Cono de *Diepholt*, Hermannus de *Cruceburg*, *ſcholaſticus* canonici Halberſt. Robertus *decanus*, Wernerus *uicedecanus*, Conradus de *Sternberg*, Albertus de *Arenſtein*, prepoſitus, Henricus de *Cromberg*, Wernherus de *Bodenburg*, Burchardus de *Quernnorde*, canonici Magdeburg. & tam NOBILES VIRI COMITES Siefridus de *Blankenburg*, Burchardus Burggrafius de *Quernuorde*, Otto de *Hademerslene*, Geuehardus de *Cronenberg*, Volradus de *Kromkoue*, Fr. epiſc. Halberſtad. Henricus de *Alsleue dapifer*, Berchardus de *Wetten*, Ludeko de *Esbecke*, Gerhardus de *Kepecho*, Erenfridus de *Gunkenſtein*, Heidenricus de *Seburg camerarius*, Arnoldus de *Stecklenberg*, Bartholdus de *Graphorſt*, Hildebardus de *Berdenſte*, Conradus de *Sebuſen*, Halto de *Hartbeke*, Thiedericus de *Badersleben*, Johannes de *Berga*, Johannes de *Lindowe*. Inſuper interfuerunt *nobiles uiri* comes Fridericus de *Kercberge*, Wernerus de *Schernbeke* & alii quam plures *Clerici* & *Laici* interfuerunt.

*Actum in* Quedlenburg.

*an.* 1) *Chriſti* 1257.

2) *pontificatus.*

*Teſtes.*

1) antiſtites

2) *comites.*

3) *nobiles.*

Num.

## Num. XLIII.

### *Priuilegium* abbatis Corueienſis ſuper aduocatiam Cröningen an. 1253.

HERMANNVS *abbas* CORBEIENSIS *an.* 1253. aduocatorum *eccleſiæ* tyrannidem *incuſat*

*IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis, HERMANNVS, Dei gratia CORVIENSIS eccleſie Abbas* in perpetuum. Cum per *aduocatorum tyrannidem*, quia diebus his malis in dei eccleſiam nimis enormiter deſeuiunt & graſſantur, ſeuitiam Varaonis crudeli impietate ſectantes iam Pauli doctoris egregii ſententia ſit impleta dicentis; nos ſumus, in quos fines ſeculorum deuenerunt, non dubitamus, quin gratum domino obſequium impendamus, ſi in aliqua parte huic morbo curam adhibere poterimus & medelam. Eapropter notum eſſe uolumus uniuerſis Chriſti fidelibus tam preſentis temporis, quam futuri, quod nos *Aduocatiam* in utraque *Cröninga* & in utroque *Kroppenſtede* in *Ammendorp* & in aliis uillis, nobis annexis, reſignatam nobis a comite Henrico de *Blancenburg* & uxore ſua *Engelburgi*, fidelibus noſtris uenerabili & dilecte nobis *eccleſie Halberſtadenſi*, non immemores conſolationis & gratie nobis exhibite ob ſpem defenſionis conſilii & auxilii de pleno *conſenſu totius eccleſie Corbienſis* dimiſimus perpetualiter poſſidendam ſed *aduocatiam* adhuc *inpheodatam* pari manu cum *epiſcopo Halberſtadenſi* ne alienari ualeat, porrigemus *monetam* in *Kroppenſtede* denarios cereuiſie *thelonium* fori in feſto S.V. ipſi eccleſie nihilominus dimittentes hac conditione ſtatuta, quod nunquam obligetur, nunquam *inpheodetur*, nec aliquo modo alienetur, ſed ſemper apud eccleſiam *Halberſtad.* immobilis perſeueret & quod *bona noſtra* cum eccleſia in *Cröningen* & ſuis *bonis* & *perſonis*, tanquam *propria bona* pro celo ipſi Halberſtadi-

Aduocatiam *in* 1) *Groeninningen* 2) *Kroppenſted* 3) *Amendorf a Comite de* Blankenburg *reſignatam* Halberſtadienſi *reſignat.* *Cum* 1) moneta *in Kroppenſtedt* 2) *telonio cum pacto de non* alienando.

ſtadienſem eccleſiam & epiſcopi pro tempore ſuc-
cedentes *protegant* ſemper fideliter & defendant *Iura*
*ſaluo iure noſtro* & ſucceſſorum noſtrorum, quod 1) *curiae*
a predeceſſoribus noſtris in ipſa eccleſia uidelicet clauſtralis
in libertate *curie clauſtralis* & *hoſpitalis* in *locatio* 2) hoſpitalis
*ne* & *deſtitutione officiorum* & *correctione clauſtra-* 3) offi-io-rum
*lis* diſcipline hactenus eſt ſeruatum. Item, quod 4) correcti-
homines noſtri ſupra deputatam & annuam pen- ne
ſionem aduocatie uidelicet *maldratam tridici* & 5) penſione
*uerdonam* Halberſtadenſis argenti exactione inde-
bita non grauentur, niſi quantum de caſibus *iu-* *aduocato*
*dicii* & *iure* competit *aduocato*. Item quod *al* *competente in caſu*
*lodia* noſtra uidelicet *allodium* in *Cröningen* & al- 1) *iudicii*
lodium *Kroppenſtede* cum ſuis pertinenciis & mo- 2) *iuris*.
lendinum in *Monekendorp* & *Stagna* ultra *Bodam*
ab omni iure *aduocatie* libera ſemper permane- 6) *allodio-*
ant ut fuerunt. Sed propter *multam* & indiſſo- *rum libertas*
lubilem *confraternitatis* ac familiaritatis dilectio-
nem ad inuicem habitam & habendam concedi-
mus & fauemus, quod ipſa *Stagna* eccleſie *Hal-* *communio*
*berſt. communia* ſint nobiſcum. Et ſi precedente *in* ſtagnis.
tempore una cum eccleſia *Halberſtad. caſtrum* aut
oppidum in *Cröninga* edificare decreuerimus, *e-*
*qualiter participabimus* ad inuicem *expenſas* & *fru-*
*ctus*. Sed eccleſiam Halberſtad. *formaliter* inde-
mnem obtinebit. Huius rei TESTES ſunt IOHAN- TESTES
NES illuſtris marchio *Brandenburgenſis*, Gebehar- *Laici*.
dus com. de *Wernigerode*, Olricus com. de *Re-* 1] *illuſtres*
*genſtein*, Burchardus burggrauius de *Querenfur-* 2] *nobiles*.
*ten*, Wolterus & filii ſui de *Barboie*, Herman-
nus de *Werberg*, Wernherus de *Suſeliz*, Wern-
herus de *Schernbege* nobiles. *Miniſteriales* uero 3] *miniſte-*
Johannes de *Gattersleuen*, Henricus & Albericus *riales*.
de *Donnſtede*, Fridericus de *Hirsleuen*, Henricus
de *Aſpenſtede*, Diethernus de *Otteleuen*, Gebehar-

dus de *Schlage*, Theodericus de *Kroppenſtede* Fridericus *Leo*, Alexander de *Gundelshem* & alii quam plures. Acta ſunt haec anno domini 1253. nonas *Maji*, ordinationis noſtre XXX. Et ne in poſterum ſuper his omnibus calumnie dubium ab aliquo ualeat ſuboriri; hanc *paginam* duobus *ſigillis*, *noſtro* uidelicet & eccleſie noſtre *Corbienſis* ad totius firmitatis teſtimonium fecimus inſigniri. Nos *Albertus* prior, *Strigerus* prepoſitus, totusque conuentus eccleſie *Corbienſis* omnium ſucceſſorum noſtrorum huic pagine gratanter & uoluntate pleniſſima conſentimus & hoc per appenſionem *ſigilli* eccleſie noſtre fideliter & *publice* proteſtamur.

Actum 1253.

*Sigilla 1] abbatis 2] eccleſiae.*

---

## Num. XLIV.

### Litera epiſcopi HAVELBERGENSIS ſuper permutatione aliquarum *decimarum* & *uillarum* pro uilla, que *Dollniz* nominatur, 1168.

HVGEBERTVS D. G. HAVELBERGENSIS *epiſc. an. 1168.*

*decimas eccleſiae Hauelbergenſis eccleſiae uariarum uillarum & pratorum* wieſen *comnutat*

IN *nomine ſancte & indiuidue Trinitatis, ego HVGEBERTVS, Dei gratia Hauelberg.* eccleſie epiſcopus omnibus Chriſti fidelibus tam futuri, quam preſentis temporis in perpetuum. Notum ſit omni fidelium uniuerſitati, quod ad commodum *Hauelbergenſis eccleſie* & *fratrum* inibi Deo ſeruiencium *decimas* quarundam uillarum *Wittemore* uidelicet *Burſtelle*, *Clodene*, *Daleboue* & *manſorum ſeptem*, quorum quatuor in uilla tenus, que ſita eſt in prato, quod uulgo *Wiſch* dicitur. Item in prato, in uilla, que *Alende* uocatur, trium manſorum tam nobis, quam eiusdem eccleſie conuentui pertinencium, que uel qui in *Halberſtad.* eccleſie dieceſi ſite uel ſiti erant, per

per *donationem uille*, que *Dolniz* nominatur, commutauimus. Eandem enim uillam predicte ſcil. *Halberſt. eccleſie* una cum *uoto* & *adſtipulationibus aduocati noſtri OTTONIS* & *fratris ſui HENIRICI comitis in recompenſationem* predictarum decimarum, donauimus. Vt autem hoc factum noſtrum, robur ſortiri ualeat, nec ab aliquo in contrarium uenire uolenti poſſit renouari de autoritate & conſenſu noſtri prepoſiti *Hellenberti* & *totius capituli noſtri* ſcripto annotauimus & *ſigilli noſtri* impreſſione conſignauimus, ſtatuentes & ſub interminatione excommunicationis firmiter prohibentes, ne quis ex parte eccleſie noſtre ullo unquam tempore audeat in contrarium uenire. *Acta* ſunt hec anno dominice incarnationis 1168. indictione quarta, *epacta* uiceſimo octaua concurrente ij. ſub *teſtibus* honeſtis uiris, *clericis* & *laicis*. *Clericis* his Halberſtad. eccleſie *archidiacono Romano*, Hauelberg. eccleſie *prepoſito* Hellenberto cum conuentu ſuo, *Jerichonthune* eccleſie prepoſito, Salemone cum conuentu ſuo. Laicis autem his, OTTONE *marchione*, cum fratre ſuo HENRICO *comite*, comite Alberto de *Oſterburg*, Sigfrido *burggrauio de Arnburg* & filio eius Conrado, Rochardo de *Schnedlingen*, Brunone de *Bersleben*, Cunone *camerario*, Warnhero de *Gardeleben*, Rudingero & Henrico de *Oſterburg* & aliis quam plurimis.

*cum uilla* Dolniz.

*Conſenſu* 1) aduocati *March.* BRANDEBVRG. 2) *fratris comitis.*

Actum *an. 1168.*

*Teſtes* 1) *clerici.* 2) *laicis.*

---

## Num. XLV.

### Ducum SAXONIAE & marchionum BRANDENBVRG. foedus reciprocum an. 1429.

V*On Gottes Gnaden wir* FRIDERICH, SIGBERT, HEINRICH und WILHELM, gebrüder *Hertzoge* *zu*

SAXONIAE *ducum*

*zu* SACHSEN, *Landgraven in Thüringen und Marck-graven zu Meiſſen*, *und wir* FRIDERICH, JOHANNS FRIDERICH und ALBRECHT von denſelben Gnaden, HERTZOGEN ZU BRANDEBVRG und *Burggraven zu Nürnberg*, bekennen und thun kund öffentlichen mit dieſem Brieffe vor aller mennlich vor uns alle unſer *Erben* und *Nachkommen*, vor allen denen, die ihn ſehen, leſen, oder hören leſen, wann wir von eignem bewegen und unſes Gemüths betrachtet und angeſehen haben, die SCHWEHREN LAEVFTE *dieſer Lande* und mancherley *Unrechtfertigkeit*, die Leute in dem Lande ſeyn und ſich von Tage zu Tage mehren, die zuvorkommen *Rechtfertigkeit* zu ruffen und zu mehren, darum *GOtt* den allmächtigen *zu Lobe*, dem *heiligen Römiſchen Reich zu dienſte* und zu *Ehren*, dem *Lande* zu Beförderung und um gemeines Nutzens und zukünfftigen Gutes, auch von *angebohrner Liebe* und *Freundſchafft* wegen, ſo haben *wir uns alle ſemtlich zu einander verbunden und vereiniget*, *verbinden und vereinigen uns* auch geinwilliglich in Krafft dieſes Brieffs, als hiernach geſchrieben ſteht,

*& Marchionem* BRANDEBVRGENSIVM

FOEDVS RECIPROCVM *an. 1419.* *initum ob belli & turbarum pericula*

*I. Vnus alteri bene cupiat.*

zum ERSTEN, daſs wir unſere *Erben* und *Nachkommen* alle unſer Lebtage einander *freundlichen* meynen, Ehren fürdern, verantworten und einer des andern Schaden *warnen*, und ſein *beſtes* mit *Worten* und *Wercken* ungeferlich und getreulich fürnehmen ſollen und wollen, gleichweiſe als ob er unſern *ieglichen ſelbſt* antrefe amegende.

*II. Vnus alteri ferat auxilia*

Wir ſollen und wollen auch einander mit *Liebe* und *Güte* getreulich *beholffen ſeyn* zu aller unſer iegliches *Nöthen*, *Kriegen* und *Geſchaefften* ohne allerley *Hülffrede* und *Geverde*.

*III. unius rerum adminiſtri*

Es ſoll auch unſer DIENER des andern Vihent nicht werden um einander Noth um keinerley ſache willen, noch ihn

ihn beſchädigen, oder beſchädigen laſſen, oder *uaſalli,* unſern MANN und *Unterſaſſen*, die in unſern Lan- *ſubditi* den geſeſſen ſeyn, daſs nicht geſtatten zu thuen- *alteri non* de in keinerley weiſe ohne Geverde. *nocent.* Geſchähe aber darüber keinerley zugriffe oder Beſchädi- *IV.* gung aus unſer eines *Landen* von unſern *Mann* *unus alteri* und *Saſſen* in des andern Herrn Lande, ſo ſoll un- *reparet da-* ſer ieglicher dem andern getreulich, beſtändig *mna illata.* und behulffen ſeyn, den oder die, die ſolche zugriffe und ſchaden gethan hätten, ernſtlich darzu zu bringen, daſs ſolcher *ſchade* mit *Eyden* oder mit *Widerrathen* gekehret werde in VIER WOCHEN, nachdem und wir deſs vermähnt werden, ohne widerrede und ohne Geverde. Wie auch, daſs *V.* zwiſchen uns icht *ſchelunge* ufferſtunden, deſs *Lites oriundae compo-* Gott nicht en wolle, ſo ſoll unſer ieglicher ZWEY *nantur per* ſein FREVNDE oder MANNEN küſſen und dieſelben *auſtregas.* dann uff gelegen *ſtete zuſammen kommen* ſollen, nemlich, wenn es, daſs ſich ſolche ſchelunge zwiſchen uns erhoben in den Landen der MARCK ZU BRANDENBVRG, rürte dann das unſer vorgenan- *VI.* ten HERTZOG ZU Sachſen an, ſo ſollen der genan- *Loca pacifi-* ten unſer *Oheim* der MARGGRAVEN Räthe oder *cationis* Freunde zu denen unſern gegen Obging *reuten.* Deſsgleichen rürte das unſer *Oheim* die MARGRAFEN an; ſo ſollen unſer *Raethe* und *Freunde* zu den ihren in ihre Stadt ZU HOFFE reuten. Schul- *Hoff.* digeten wir auch vorgnanten Hertzogen ZU SACHSEN, die das Land ZU FRANCKEN anlangeten; ſo ſollen die unſern zu den ihren in ihre *Stadt* CVLMBACH reuten, deſsgleichen ſchuldigten wir obge- *Culmbach.* nanten MARGRAFEN *zu Brandenburg*, die vorgenanten unſer Oheim von SACHSEN um ſache, die das Land ZU FRANCKEN anlangend, ſo ſollen die unſern zu den ihren in ihre Stadt COBVRG reuten *Coburg.*

und ſolch ſchelunge und zwietracht an iglichen obgeſchrieben Städten, wo ſich das gebühren würde mit *Freundſchafft* oder mit *Rechte* entrichten. Solten ſie aber daſs nicht eines werden, ſo ſollen ſie ſich eines OBMANNS vereinigen nach ihren treuen, der ſie *beyden theilen ungefehrlichen* gleich duncket ſeyn, derſelbe OBMANN uns dann umb ſolch ſchelunge binnen *zweyen Monathen* mit RECHTE entſcheiden ſolle, und was der OBMANN ſo ſcheiden und ſprechen wird, das ſollen und wollen wir obgenante FÜRSTEN alſo einander halten, und den OBMANN darum nicht verdencken in keine weyſe.

*VII. alias* COMPROMISSARIVS *index aligatur.*

*VIII. alterius hostes non recipiat tueaturque alter*

Es ſoll auch unſer obgenante Fürſten keiner des andern *Feinde*, *echte* und *Raeuber* in ſeinen Landen, *Schloeſſern*, *Staedten* und *Gebieten* wiſſentlich und mit vorſatz nicht *hauſſen*, *begen* noch *beſchirmen*, noch den deynerley zulegunge, Vorderunge, Hülffe oder Rath thun, noch ſein Getwenge und Landbote nicht kommen laſſen heimlich oder offentlich, oder den ſeinen das geſtatten zu thuende in keinerley weiſe ohne geverde. Wenn aber, daſs unſer eines *Mann* oder *Unterſaſſen* ein oder mehr oder ſonſt iemand und uns in unſern Landen darüber beſchädiget würde und deſſen Wut und Nahme in des andern *Lande*, *Schloſſe*, *Staedte* und *Gebiete* kämen, und daſs man demſelben wute oder Nahme uff friſcher that nachfolgete oder in *vier Tagen* darnach, und dieſelben nachfolgte unſer *Amtleute Mann*, *Staedte* oder *Unterſaſſen* heuſchen oder forderten: So ſollen wir oder unſere *Amtleute*, *Mann*, *Staedte* und *Unterſaſſen*, die alſo geheiſchet und angeruffen würden, zu den beſchädigten des *rechten* helffen, daſs die Nahme ohne *Widerrede* gekert und widergegeben werde und

und nach *rechte* oder *gnaden* wandel darumb ergehe ohne Geverde. Es ſoll auch unſer keiner des andern *Lande* und *Leute*, *Schloß* oder *Staedte* wider den andern nicht *einnehmen*, vertheidigen oder zu hülffe wider den andern thun in keine weyſe ohne geverde. Würde er ſich auch alſo machen, daſs unſer einer den andern zu folgen heuſchen oder vordern würde, welche daſs uns und ſein würde, ſo ſoll ihn der ander, der alſo erfurdert, wem von ſtund nach ſeinem beſten vermögen folgen und behulffen ſeyn. Und alſsbald der geforderte *deſchinen Land reute*, der ihn gefürdert hat, der ſoll ihm zimlich nothdurfft an *eſſen*, *trincken* und *futter* geben, ſo lang, biſs daſs geendet wird, darum die *folge* geſchehen iſt, und alſo lange die gefürderten in deſſelben *Herrn Lande* ſeynt anegeude, ſündlich ob ſich das auch machen würde, wie das käme, daſs uns iemand, wer der wäre, und unſern Landen, als nemlich von dem *Hertzogthum* zu *Sachſen* und der *Marggraf zu Brandenburg* und andern unſern Landen und Leuten, wo wir die ietzt haben und vorder gewinnen werden oder von andern unſern *Gerechtigkeiten* und *innhabenden* Gütern dringen oder *noethigen wolte*, darzu ſollen wir einander mit gantzen treuen beholffen, *beyſtaendig* und *berathen* ſeyn, daſs unſer ieglich darbey bleibe ohne alle geverde. Wenn auch, daſs unſer *eines Unterſaſſe* einer oder mehr *uns wiederſetzig* oder *ungehorſam* wären oder würden, ſo ſollen und wollen wir einander getreulich *beholffen* ſeyn, den oder dieſelben, die alſo *widerſpennig* wären, gehorſam zu machen, und welcher unter uns *Fürſten* den andern alſo um Hülffe gefürdert hätte, der ſoll ſich ohne die andern *Fürſten* mit

*IX. Vnus alterius terras non inuadat*

*X. Vnus alterius iura tueatur.*

*XI. Vnus alterius ſubditos rebelles reducat ad obſequium.*

*XII. Neuter pacem ineat, niſi utriusque conſilio.*

dem oder denſelbigen widerſetzigen nicht friden *richten* noch ſunen, er gehe dann die andern in ſolchen *Friden richtunge* und ſune ohne geverde. Wenn auch, daſs unſere obgnante *Herrn* einer oder mehr von *todeswegen* abginge, da Gott lang vor ſie; ſo ſoll der oder die *lebendig* geblieben wären, deſs obgnanten KINDER getreulich beholfen und beraten ſeyn, daſs ſie bey ſolchen ihren Landsleuten Ehren und Würden blieben, als uff ſie geerbet und kommen wären ohne allerley *Hülffrede* und ohne alle *Geverde*. Und wir obgnante Fürſten *Er Friderich* und *Er Sigmund*, Hertzoge zu SACHSEN gereden und geſprechen auch, vor *Ern Heinrich* und Ern *Wilhelm* unſere *Brüder* in krafft dieſes Brieffs, wann die zu ihren MÜNDIGEN *Tagen* und *Jahren* kommen, daſs ſie ſolche obgeſchriebene Einrichtungen auch löblich eingehen und halten ſolten ohne geverde. So gereden wir *Marggraf* FRIDERICH, *Marggraf* JOHANS und *Marggraf* ALBRECHT VON BRANDENBVRG gleichweiſs vor unſern *Sohn* und *Bruder Marggrafen* FRIDERICH, der nicht *bey Lande* iſt, alſo, wann der zu Lande kommet, daſs Er dann ſolche obgeſchriebene Einrichtungen auch eingehen und halten ſolle ohne Geverde. In dieſer Eingunge und *Verbindunge* nehmen wir obgenante *Fürſten* nemlich von, unſern *heiligen* VATER den PABST, unſern gnädigen Herrn dem *Roemiſchen* KOENIG, das heil. Römiſche REICH, darwider wir uns nicht verbunden, alle dieſe obgeſchriebene Stücke, puncte und Articul, haben wir obgenante Fürſten an *Eydes ſtatt* einander bey unſern *Fürſtl. Handgeliebden*, *Treuen*, *Würden* und *Ehren* globt und geredt, ſtete, feſte und unverbrechlich zu halten, alle Argeliſt hierinne von geſchieden. Deſs zu

*XIII. Foedus tranſeat in heredes & ſucceſſores.*

*XIV. Etiam agnatos, qui ad hoc foedus cogendi.*

*XV. Excepto tamen 1] Papa 2] Caeſare, 3] imperio.*

*XVI. Idque fide inſtar iuratae.*

VR-

VRKVNDE und *Bekenntnüſs*, haben wir obgenannte Hertzoge *Friederich* zu SACHSEN für uns und die obgenante unſere Brüder. Und wir obgenante *Margrafen* FRIDERICH *und Margrafe* JOHANN *von* BRANDENBVRG vor uns und die obgenante unſere *Soehne* und *Brüder* unſer INGESIEGEL mit gutem Wiſſen an dieſen Brieff laſſen hengen. Darwider wir obgenante *Hertzoge Sigmund*, *Heinrich* und *Wilhelm* und Wir obgenante *Margrafe Friederich der Junge* und *Albrecht* uns verbinden, alles das getreulich zu halten, zu thun und zu vollführen, daſs in dieſem Brieff von uns geſchrieben ſtehet, ohne alles Geverde. Das iſt *geſchehen* und der Brieff iſt *gegeben* zu PLAVEN an ſancte Jacobs-Tag des heiligen Zwelffboten nach Gottes Geburt *vierzehen hundert Jahre* darnach im XXIX. Jahre.

*Hoc ſine confectae tabulae.*

Actum Plauiae *1429.*

## Num. XLVI.

HENRICVS III. imperator *Mansueldenſi* comiti largitur firmatque 1) mercatus 2) monetae 3) telonei iura in *Eisleben* an. 1045.

HENRICVS III *imperator an. 1045. rogatione* BRVNONIS *eccleſiae* MINDENSIS *epiſcopi matri* MANSVELDENSI 1) mercatum 2) monetam 3) teloneum *largitur in* EISLEBA, *in pago* Helmgou *in comitatu* PALATINO.

I*N nomine ſancte & indiuidue Trinitatis*, HENRICVS, *diuina fauente clementia rex*, notum uolumus fieri ſanctiſſime eccleſie uniuerſitati, qualiter BRVNO uenerabilis preſul ſanctiſſime MINDENSIS eccleſie noſtram adiit clementiam humiliter rogans, ut matri ſue, Vdae dicte & ſibi noſtra regali autoritate concederemus *mercatum*, *monetam* atque *thelonea* in predio eorum in loco EISLEBA dicto, in pago HELMGOV, in comitatu N. *Palatini comitis* ſito, ea lege ac iuſtitia uti, qua *anteceſſores eorum* & illi, noſtrorum tempori-

poribus predeceſſorum grata permiſſione, hucusque ſunt uſi. Cuius ergo petitioni pium prebentes auditum, *mercatum*, *monetam* atque *theloneum* inibi *perdurare* conceſſimus & eos noſtra *donatione* poſthac eisdem proprie uti noſtra preceptali autoritate confirmauimus. Tali lege ac iuſtitia, ut nullus *comes* uel aliquis ex *iudiciali* poteſtate ad cauſas *audiendas* uel *feoda* aut *tributa* ſeu *monetam* uel *thèloneum* exigendum, aut iniuſtas exactiones requirendas, noſtris temporibus & futuris ingredi audeat. Et hoc *noſtrum regale* ut preceptum huic *tabule* & *inconuulſum* per ſuccedentium momenta temporum maneat, hanc *chartam* inde conſcriptam *manu propria*, ut infrà poterit uideri, corroborantes *ſigilli* noſtri impreſſione iuſſimus ſigniri 1045. Signum domini HEINRICI TERTII, regis inuictiſſimi. *Theodoricus*, cancellarius uice *Bardonis*, archicancellarii recognoui.

*Idque* priuatiue.

*Charta ſirmata* 1] *manu* 2] *ſigillo.*

*An.* 1045.

---

## Num. XLVII.

FRIDERICVS II. imperator comiti *Mansueldenſi* Burchardo *Cloſchwiz* concambii iure largitur CIↃ CC XV.

FRIDERICVS II *imperator an.* 1215.

*FRIDERICVS, diuina fauente clementia Romanorum rex, ſemper auguſtus & rex Sicilie.* Benignitas regie liberalitatis expoſcit, ut, ubi, ſine graui laeſione *imperii* deſideriis ſatisfacere poſſumus deuotorum, ad id efficaciter intendamus. Ideoque notum eſſe uolumus uniuerſis imperii fidelibus preſentibus & futuris: quod nos ad preces dilecti fidelis noſtri comitis *Burchardi* de MANSVELD ipſi *duodecim manſos*, quos in uilla *Clozenburg imperium* obtinebat: in ius & proprietatem in *concambio* tradidimus perpetuo poſſi-

*rogatione* Burchardi *Com.* de MANSVELD, *XII. manſos imperiales in* Cloſchwiz *concambiat*

poſſidendam. Ipſe quoque comes *duodecim manſos* nobis in *proprietatem imperii* in uilla *Franckenrode* in recompenſatione donauit. Hanc itaque *donationem* per *concambium* rationabiliter hinc inde completam; *regalis banni* munimine roborantes, ſtatuimus, ut nulli omnino hominum alto uel humili, modico uel ſublimi liceat, paginam prefate *donationis* infringere, aut ei auſu temerario contraire. Quod ſi quis atemptare preſumſerit; *centum libras auri* componat; dimidiam partem, *camera* noſtre; reliquam, *paſſo iniuriam* perſoluendam. Ad hec in memorabile ſuper his in futura tempora *firmamentum*, preſentem *paginam* conſcribi precepimus, & *imaginis* noſtre impreſſione muniri. *Signum* domini FRIDERICI SECVNDI, Romanorum regis inuictiſſimi ac regis *Siciliæ*. Acta ſunt hec anno ab incarnatione dominica milleſimo ducenteſimo quinto decimo. *Teſtes* huius rei ſunt *Sigfridus*, MOGVNTINVS archiepiſcopus, *Apoſtolicæ ſedis* legatus; *Albertus* MAGDEBVRGENSIS archiepiſcopus, collega ipſius; *Theodoricus*, TRIVIRORVM archiepiſcopus; Heinricus *Argentinenſis* epiſcopus; Ludewicus comes *Palatinus* Rheni & dux *Bauariæ*; Henricus dux de *Limburg*, Henricus & Galeranus, eiusdem ducis *filii*, comes Ludo - - - - comes Adolfus de *Montibus*, comes Adolfus de *Marchia*; comes Henricus de *Seine*; comes Conradus de *Gelre*; comes Gerardus de *Spanheim*; comes Henricus de *Schwartzburg*, & alii *nobiles* & *minores* quamplurimi. *Datum* per manum notarii imperialis aule, uice domini *Conradi Metenſis* epiſcopi *imperialis aulæ cancellarii*, V. idus Maji, indictione III. anno regni noſtri *Romani II.*

(appenſa eſt BVLLA cerea.)

*cum XII. manſis in uilla* Frankenrode.

*Sanctio.* C. librae *auri.*

*Carta inſtructa 1) imagine.* 2) ſubſcriptione.

ACTA.

Teſtes *clerici* 1) archiep. Mog. 2) Magdeb 3) Treuiren.

*Laici.*

*Datum*

Num.

## Num. XLVIII.

### LVDOVICVS IV. imper. *feuda imperii* confert MANSVELDENSI comiti an. 1323.

LVDOVICVS IV. *imperat. an.* 1323. *Burchardo C. de* Mansueld *confert feuda* 1] *palatinatum* ALSTEDE. 2] *caſtrum* MORVNGEN. 3] IVDICIVM *in a) Quenſted b) Helſſta.* *Charta* maieſtatis ſigillo *firmata an.* 1323.

*NOs LVDOVICVS, Dei gratia Romanorum rex*, ſemper auguſtus, tenore preſentium confitemur, Nos ſpectabili uiro BVRCHARDO, comiti de MANSVELDT, *fideli* noſtro dilecto *ſubſcripta feuda* ſua, quæ a *nobis* & *ſacro imperio* ſe tenere propoſuit cum ſolennitate debita contuliſſe. Caſtrum uidelicet ALSTEDE, cum *oppido adiacente* & omnibus *iuribus*, *honoribus*, *iurisdictionibus* ſuis, uenationibus, piſcariis, hominibus & bonis ac rebus aliis, que ad ipſum caſtrum dignoſcuntur quomodolibet pertinere. Item caſtrum MORVNGEN cum omni utilitate, iure, iuriſdictione, honore ac ceteris ſuis pertinentiis uniuerſis. Item iudicium in QVENSTEDE & HELPHEDA, ſaluis tamen in premiſſis & circa premiſſa noſtris & *imperii iuribus* & alterius *cuiuscunque*. In cuius rei teſtimonium preſentes litteras conſcribi & *noſtræ maieſtatis ſigillo* iuſſimus communiri. Datum RATISBONAE XI. Kal. Febr. anno domini M CCC XXIII. *regni* uero Romani noſtri anno nono.

---

## Num. XLIX.

### Ciues in STENDAL altare condunt cui reditus plures donat LVDOVICVS Brandeburgenſis marchio an. 1347.

CVNRADVS. *D. G.* praepoſitus & IOHANNES *D. G. decanus in* Stendal *an.* 1347.

*IN nomine domini amen. CONRADVS, Dei gratia* PRAEPOSITVS, *IOHANNES eiusdem gratia* DECANVS, *totumque capitulum eccleſiae beati* NICOLAI *in* STENDAL, HALBERSTADIENSIS *dioeceſeos omnibus, quorum intereſt ſeu quomodolibet*

*dolibet intereſſe poterit in futurum, ſalutem in ſalutis auctore* ad notitiam ſubſcriptorum Actus hominum quicunque ſagaci digeſti conſilio euaneſcunt de medio ſi non perhenniantur cum firmatione ſcripturarum. Hinc eſt, quod ad uniuerſorum Chriſti fidelium notitiam cupimus peruenire; quod diſcreti uiri *Rodolphus* MERZELINVS & Albertus fratres dicti de LVTEN, oppidani in *Stendal* de noſtra ſpeciali licentia & omnimoda uoluntate quoddam *altare*, ſitum in eccleſia ſancti *Iacobi* in *Stendal*, in honore *trium magorum* & ſancte *Katherinae* uirginis conſecratum, ob cultum diuinum ampliandum & ſuorum progenitorum ac eorundem memoriam fundauerunt. Ad quorum inſtantem requiſitionem & prudentum uirorum SCABINORVM dicti oppidi *Stendal*. *illuſtris* PRINCEPS ac dominus, dominus LVDOVICVS, dei gratia *Brandenburgenſis* & *Luſatiae* marchio, *comes Palatinus, regni Bauarie & Carynthie dux, ſacrique Romani imperii archicamerarius*, dedit & *ſolempni* donatione *donauit* ac appropriauit ad dictum altare *octo* fruſta annuorum redituum, quorum uidelicet quatuor fruſta duorum talentum denariorum *Brandenburgenſium* ſuper agrum qui uulgariter, *dat Morgenland*, dicitur in uilla *Oſtere* in curia *Iohannis* ANGERMINDE & in choras *duri frumenti* medietate ſiliginis & medietate *ordei* in eadem curia cum ſupremo & Infimo *iudicio* infra ſepius dicte curie & cum libertate ſeruitii, quod dicitur *Waghendinſt*, & *precaciis* quibuscunque eiusdem curie, nec non in *Villa* dicta *ünſel III. choros* in curia *Iohannis* ROXEN, *XVI. modiae ſiliginis*, item in curia *Tyderici Roxen*, *XVI.* modie *ſiliginis*, item in curia *Gerardi* SYPPELINGES *XVI.* modiae *ſiliginis*, item in curia

*teſtantur, quo de* LVTEN.

*altare condiderit*

*cui* LVDOVICVS Brandeburgenſis M.

*donauerit plura* fruſta *redituum ein* morgenland *in* Angermunda,

*& angarias* Wagendinſt,

curia *Tyderici Garlypes*, X. modiae *tritici*, item in curia *Henningi* BELLINGES, V. modiae *tritici*, item in curia *Gerardi* BIRMANNES III. modiae *tritici*, & in uilla STEINVELDE in curia dicta CALVE unum chorum ſiliginis, quibus quidem *fruſtis* dictum *altare* dicatum eſt, & qui redditus dicto *altari* per *omnia mundi curricula* permanebunt Adiicientes nihilominus, quod uicarius, cui predictum altare collatum fuit, pro tempore *annitenus* dabit de dictis redditibus *parochiae ſancti Iacobi III.* modios *ſiliginis* pro adminiſtratione *uini communis* ac oblatarium & cuſtodi ſiue *ſtolari* eius *iuuanti* ad *miſſam* circa III. modios ſiliginis annaliter erogabit. Inſuper uicarius, qui pro tempore fuerit obedientiam faciet domini *decano* noſtre *ecclesie* & ſicuti alii uicarii faciunt circa iura parochialia faciendo. Apparatus ecclesie eſſe debet omni die poſt *ſilencium primae miſſe*, dummodo non fuerit inconueniens rectori parochie ibidem accedendo ad altare miſſamque celebrando. Iſtius altaris collacio dictos fundatores, quamdiu uixerint, equaliter attinget, quibus defunctis ad eorum *filios* legitimos deuoluetur. Et cum illi iura carius exſoluerint, cuiuslibet in filios eorundem & non ulterius in eorum *ſanguinis ſucceſſores*; ſed praedicta collatio ad noſtrum capitulum deuoluetur. DATVM & ACTVM STENDAL in loco noſtre eccleſ. *capitulari*. Praeſentibus nobis *Conrado* de ARNSTEDE prepoſito, *Iohanne* de SCHEPELIZ decano; *Conrado* de OSTHEREN ſcholaſtico; Johanne de ROXE theſaurario; Vlrico de BARDELEVE; Wernero de VYNZELBERGHE; Wernero de HYLDENSIM atque Johanne de SANTERSLEVEN noſtre eccleſiae praedictae canonicis. In *anno* ſub incarnatione Chriſti *milleſimo*, *trecenteſimo*

*In* Steinuelde & Calua

Vicarii *eius*

*Acta* 1347.

Teſtes.

*mo quadrageſimo ſeptimo*, feria ſexta proxima ante dominicam, qua canitur *laetare Ieruſalem* in noſtro capitulo generali. Noſtri capituli ſigillo.

## Num. L.

### CVNRADI II. imperatoris donatio coenobii *Keminadae* facta *Corbeienſi* abbatiae idque conſenſu ordinum imperii, ideo ſigillatim ſubſcribentium an. 1147.

*IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis*, *CVNRADVS*, *diuina fauente clementia Romanorum rex ſecundus*, principalis dignitatis munificentiam decet bene de republica merentibus premia rependere & per congruos honorum gradus prouectos ceteris in exemplum, uel tanquam bonæ ſpei ſignum proponere, ut tam hi ſui laboris emolumenta ſine fine manſura percipiant, quam illi a ſimili mercedis gratia ſeſe non fraudandos intelligant. Quocirca nouerit omnium fidelium noſtrorum tam futuri quam preſentis temporis induſtria quod nos propicia ſcerenitate fidem, labores & conſtantiam fideliſſimi noſtri chariſſimi *Wiboldi*, *Corbeienſis abbatis*, intuentes tradidimus in perpetuum Corbeienſi monaſterio & eidem qui nunc diuina uocatione & communi atque concordi *fratrum electione* præeſt Abbati ſcilicet *Wiboldo* nec non cunctis *ſucceſſoribus* ipſius auctoritate in æternum ualitura *monaſterium* fœminarum quod uocatur KEMINADA & de *noſtro* atque *regni* iure per manum *Hevemanni*, *Palatini comitis de Rheno*, quem ad hoc rite peragendum, aſſumpſeramus *aduocatum* transegimus & firmauimus ſuper reliquias corporis *ſancti Viti martyris* per *aureum* donationis noſtre

CVNRADI II. *imperatoris an. 1147. quo donat VViboldo & abbatiae* Corbeienſi, *de iure* ſuo *&* regni *coenobium* KEMINADA, *per manum* archipalatini.

ſtre *anulum* in poteſtatem & ius atque dominationem *Corbeienſis monaſterii* in manum prædicti abbatis *Wiboldi* & ADELBERTI *marchionis de* BRANDENBVRCH, quĩ uice comitis *Heremanni* de *Winzemburch*, Corbeienſis monaſterii aduocati eandem donationem noſtram ſeu transactionem *ſuſcipiebat*.

*ſuſcipiente donationem* ADELBERTO Brandeburgico,

Ita uidelicet, ut *Corbeienſe monaſterium* prænominatum monaſterium ſcilicet *Keminada* cum omnibus prediis, ſiluis & aquis, tam foris quam intus ad ipſum locum pertinentibus habeat, poſſideat, ordinet, utatur & ſeruet, ſicut tenet ſub *ſuo regimine*, iure uidelicet *proprietario*, tres *Abbaciolas*, quas fundator eiusdem noue Corbeiæ *Luthewicus pius*, magni *Caroli* filius ad eandem Corbeiam contulit, ſcilicet *Eresburch* nobile quondam Saxonum caſtrum nec non *Meppiam* atque *Visbeke*

*iure proprietatis*

1) Eresburg. 2) Meppia. 3) Visbeke.

ſane de præfato loco neque *militia* neque *ullum ſeruitium nobis* aut *regno* debebatur & quoniam *Corbeienſi* monaſterio tam in *militia* quam in *ſeruitio* ad honorem *regni* & defenſionem ſanctae *eccleſiae* dignitas collata eſt, ex conſenſu fratrum & miniſterialium ipſius eccleſiae, ſtatuimus, ut, pro argumento præfati monaſterii, quod eccleſiae Corbeienſi in perpetuam poſſeſſionem tradidimus, ad debitum *regis ſeruitium ſex marcae* aut ſeruitium *ſex marcarum* regno de abbatia Corbeienſi perſoluantur,

*Liberum a* militaribus *ſeruitiis*, *regi & regno debitis*, *conuerſis in numos*.

atque hanc noſtre auctoritatis donationem ex *iudicio principum regni* noſtri, ſicut preſcriptum eſt, manere in perpetuum decernimus.

*Iudicio* principum regni, *ſit*.

*Primam* iudicii *ſententiam* dedit Burchardus *Argentinenſis epiſcopus*, quam ſecutus eſt Adelbero *Treuirenſis* archiepiſcopus, Arishelmus *Haueleburgenſis* epiſcopus, Henricus *Leodinenſis* epiſcopus, Sifridus *Wirzeburgenſis* electus, *Fritbericus* dux SVEVIAE & Alſatiae

*Dux* Sueuiæ

tiae, *Hermannus Palatinus* COMES *de* RHENO, Cunradus dux de *Ceringa*, Conradus Marchio de *Witin*, Adelbertus Marchio de *Brandenburch*, Otto *filius* ipſius æque *Marchio*, Hermannus *filius* eiusdem *Adalbarti* Marchionis, *Luthewicus* comes palatinus de *Thuringia*, Hermannus Marchio de *Bada*, Wernherus comes de *Bathen*, Vthelricus comes de *Luzenburch*, Vthelricus comes de *Horninga*, Henricus comes de *Cazzenellenbogen*, Marquardus *Sibodo*, Theodericus comites de *Montpeliart* & alii plures qui tunc affluere. Hoc quoque notum eſſe uolumus, quod uenerabilis pater noſter EVGENIVS, ſanctæ Romanæ eccleſiæ PONTIFEX, frequenti nos admonitione tam per ſuos, quam per noſtros legatos hortatus eſt, ut monaſteria *faeminarum*, quae noſtrae ditioni & ordinationi in *regno noſtro* ſpecialiter pertinent, in quibus diuina religio penitus *dilapſa* eſt regulare & reformare dignaremur. Et quoniam ſaepe nominatum monaſterium *Keminada* non iam monaſterium ſuper omnibus prætereuntibus *uiam* in *peccatis* commune corrigi poſt multos labores non potuit, ſiquidem multis religioſis & præcipue *Mindenſi* epiſcopo in cuius *parochia* ſitum eſt idem monaſterium, hanc operam iniunxerámus, ut inibi diuina religio & ſacræ conuerſationis cultus inſtitueretur & rite obſeruaretur. Et quoniam *Corbeienſi* monaſterio uicinum eſt tam ad *correctionem*, quam in *proprietatem* inibi contradidimus nullo reclamante niſi *ſanctæ regulæ inimicus* & *pudicitiæ hoſtis* fuerit inuentus *Aduocatiam* uero ſepe fati loci id eſt, Keminada & omnium prediorum ibidem pertinentium, quam uir *illuſtris* HENRICVS, *dux Saxoniae* a noſtra & predeceſſorum noſtrorum regum uidelicet ſeu *impe-*

*ante* archipalatinum.

*Pontifex de emendandis mulierum coenobiis*

*in* Keminada.

*Aduocatus D. Saxoniae*

*ratorum* manu habuerat tradidimus iam dicto *Corbeienſi monaſterio* nec non prenominato Abbati *Wiboldo* ſuisque ſucceſſoribus canonice & regulariter ordinatis in perpetuum ipſo duce conſentiente & annuente. Et eandem aduocatiam de *manu* ipſius *abbatis hominio* prius ei cum iuramento *fidelitatis* propter ad ipſum facto ſponte & ultro recipiente auctoritate uero noſtra *Regia* prefate *cellae Keminadae* damus ac decreto in perpetuum ualituro confirmamus eandem libertatem quam habet *Corbeienſe* monaſterium ſuper prefecturam urbis que uulgo dicitur BVRGBAN ea uidelicet priuilegii ratione, ut nullus *Dux*, nullus *Marchio*, nullus *Comes*, nullus *Aduocatus* poteſtatem habeat exercendi in atrio predicte eccleſie, ſed quicquid preter ius & equum a famulis qui tam *Abbati* quam *Congregationi* obſequio cotidiano deſeruiunt, commiſſum fuerit, & abbate uel ab eo, cui ipſe mandauerit, corrigatur. Et ut hec omnia rata & inconuulſa in perpetuum habeantur preceptum hoc conſcribi & imaginis noſtre impreſſione inſigniri iuſſimus. *Signum* domini CONRADI *Romanorum regis* ſancti inuictisſimi. Ego *Arnoldus* cancellarius uice Henrici *Maguntini* archiepiſcopi & archicancellarii recognoui. *Data* anno dominice incarnationis M CXLVII. indictione X. anno uero domini *Conradi* inuictiſſimi *nono*. Actum *Franckenefort* in Chriſto feliciter amen.

*poſt Abbas Corbeienſis*, Burgbann, *iurisdictio urbis.* *Signum.* *Datum* *1147.* *Actum* Franckfurt.

LIB.

# LIB. IV.

# AVREA BVLLA

## FRIDERICI II. IMPERATORIS INDVLTA IN GRATIAM LIBERTATIS PRINCIPVM S. R. I.

### AN. CIↃ CC XXXII.

*IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis*, FRIDERICVS SECVNDVS, *diuina fauente clementia Romanorum imperator, ſemper auguſtus, Hieruſalem & Sicilie rex.* Excelſa noſtri imperii ſedes exaltatur a principali moderamine regiminis & in omni iuſtitia & pace diſponimus, cum ad *noſtrorum* iura *principum* & *magnatum* debita prouiſione proſpicimus, in quibus, uelut *honorabilibus membris*, inſidet caput. Ita noſtrum uiget & conſiſtit imperium & tanta Caeſaree magnitudinis moles regit & euehit eos, quorum humeris innititur & portatur. Nouerit igitur preſens etas & futura poſteritas, quod in FORO IVLII apud *Videnatum*, una cum dilecto *filio* noſtro HENRICO, ROMANORVM REGE, conuenientes, rogati per *principes* & *magnates*, quorum ibidem deligenda nobis aderat *multitudo*: ut gratiam, ab eodem *rege*, dicto *filio* noſtro, in *generali curia* WORMACIENSI indultam, noſtre autoritatis munimine, perſequi dignare-

FRIDERICVS II. *imperat. an.* 1232.

*Iura* principum *& magnatum*,

*quibus* caput *n titur & inſidet*,

*in* Foro Iulii *apud* Videnatum *Vtine.*

*ab* Henrico *R Romanor.* *rogatus a filio indulta* Wormatiae, *confirmat.*

mur; dignum duximus, eorum *precibus*,
*Promotione* fauorabilibus annuendum, utpote qui
*eorum ſe-* non indigne, in *eorum promotione*, no-
*quenti:* ſtrum & imperii *ſtatum* intendimus com-
1. *In fundis* mode promouendum. Concedimus
eccleſiae igitur, iuxta quod idem REX, FILIVS *no-*
*nulla noua* *ſter*, noſcitur conceſſiſſe ac, perpetua
ciuitas *ex-* conceſſione, donamus, ſtatuentes; qua-
*truatur.* tenus nullum nouum *caſtrum* uel CIVI-
2. noua fora TAS in *fundis eccleſiarum* uel occaſione
*non impedi-* *aduocatie* per *nos* uel quemcunqe *alium*,
*ant* antiqua ſub pretextu quolibet, extruatur. Item,
3. *nulla fori* quod noua FORA non poſſint *antiqua* a-
coactio. liquatenus impedire. Item nemo CO-
4. *nulla* ſtra- GATVR ad aliquod forum ire inuitus. I-
tae *mutatio.* tem STRATE antique non declinentur,
5. *bannum* niſi de confinatium uoluntate. I-
milliare tem in ciuitatibus noſtris nouis BANNI-
*non in noua ciuitate.* TVM MILLIARE deponatur. Item unus-
6. quisque PRINCIPVM *libertatibus*; *iurisdi-*
*iurisdictio* *ctionibus*; *comitatibus*; *centis*, ſeu *liberis* uel
*cuique ſalua* *infeudatis*, utatur quiete, ſecundum *terre*
7. centgrauii *ſue conſuetudinem* adprobatam. Item
*ſubuaſalli.* CENTVMGRAVII recipiant terras a domi-
8. centa *ad-* no terre uel ab eo, qui per dominum
*ſcripta loco.* terre fuit infeudatus. Item *locum* CEN-
9. TE nemo mutabit ſine conſenſu domini
centgrauii *unde?* *terre.* Item ad CENTAS nemo ſynodalis
10. uocetur. Item ciues, que PHALBVRGE-
*ceſſent* pfal- burgeri. RE dicuntur, penitus eiiciantur. Item
11. CENSVS uini, pecunie, frumenti uel a-
cenſus *rela-xentur.* lii,

lii, quos ruſtici conſtituerunt hactenus,
ſe ſoluturos, relaxentur & ulterius non
recipiantur. Item *principum*, *nobilium* & 12.
*miniſterialium*, eccleſiarum *homines* PRO- *homines*
PRII in ciuitatibus noſtris non recipian- proprii *non*
tur. Item *principibus*, *nobilibus*, *miniſte*- *migrent.* 13.
*rialibus* & *eccleſiis* proprietates & feoda, *ciuitates* re-
per *ciuitates* noſtras OCCVPATA, reſtituan- ſtituant *occupata.*
tur, nec ulterius occupentur. Item CON- 14.
DVCTVM *principum* per terram eorum, conductus *in territori-*
quam de *manu noſtra* tenent in feodo, *is non Cae-*
uel per nos uel per noſtros non impe- *ſaris*, *ſed*
diemus uel infringi patiemur. Item *principum.* 15.
non compellantur aliqui per SCVLTE- praeſcripti-
TOS noſtros ad reſtitutionem eorum, oni *locus*,
quae a LONGINQVO TEMPORE ab homi-
nibus receperant, priusquam ſe in no-
ſtris *ciuitatibus* collocarent. Niſi homi- *niſi hon'*-
nes ipſi fuerint *imperio immediate ſubiecti*, *nes* imr e-
quos curabunt IVVARE ſuper eorum iu- diate *ſubie-cti.*
re in foro eorum, in quorum terris ta- 16.
lia ſunt percepta. Item in ciuitatibus proſcripti
noſtris nullus terre dampnoſus uel a iu- *ab ordini-bus non re-*
dice damnatus, uel PROSCRIPTVS *recipian-* *cipiantur*
*tur* ſcienter; recepti conuicti eiiciantur. *ab impera-tore.*
Item nullam nouam MONETAM in terra 17.
alicuius *principis cudi* faciemus, per quam Caeſar *ius*
moneta eiusdem principis deteriore- monetandi *non exerce-*
tur. Item ciuitates noſtre *iurisdictionem* *at in terri-*
ſuam *ultra ciuitatis ambitum* non exten- *toriis prin-*
dant, niſi ad nos pertineat *iurisdictio ſpe-* *cipum.* 18.
*cialis*. Item in *ciuitatibus noſtris* actor fo- *Limites iu-*
rum *risdictionis*

ciuitatum.

19. *actor* forum *rei ſequatur* rum rei ſequatur, niſi reus uel debitor principalis ibidem fuerit *inuentus*. Quo caſu ibi tenebitur reſpondere. Item ne-

20. *nefas* oppignerare *feuda.* mo recipiat bona in *pignore*, quibus quis infeodatus fuit, ſine conſenſu & manu *domini* PRINCIPALIS. Item ad *opera ciui-*

21. *ad opera* ciuitatum *non cogatur* *tatum* nullus cogatur, niſi de iure teneatur. Item homines, in noſtris *ciuitati-*

22. *reſidentes ſoluant, quod debent* *bus reſidentes*, conſueta & debita iura de bonis extra *ciuitatem* ſuis *dominis* & *aduocatis* perſoluant neque indebitis *exactionibus* moleſtentur.

23. *homines proprii non impediantur.* Item *homines proprii, aduocationibus* feodales, qui ad dominos ſuos tranſire uoluerint ad manendum, per *officiales* noſtros non arceantur.

*Diploma firmatum* *1) bulla aurea typario maieſtatis.* Ad huius itaque *conceſſionis* & *confirmationis* noſtre memoriam & ſtabilem firmitatem preſens priuilegium fieri iuſſimus BVLLA AVREA, *typario* noſtre *maieſtatis* impreſſa, munitum.

*2) teſtibus ordinis a) eccleſiaſtici.* Huius autem rei *teſtes* ſunt S. *Moguntinus* archiepiſcopus; B. patriarcha *Aquilegenſis*; E. *Salzenburgenſis*; A. *Magdeburgenſis* archiepiſcopi; E. *Papenbergenſis*; S. *Ratiſponenſis*, imperialis *aule cancellarius*, H. *Wormacienſis* & *Herbipolenſis* epiſcopi & *Friſingenſis* electus; abbas ſancti *Galli*;

*b) ſecularis.* A. dux *Saxonie*, O. dux *Meranie* & B. dux *Carinthie*, H. de *Vuirtenberch*, & A. de *Schoemberg*, comites. G. & C. de *Hohenloh*, G. de *Buningen*, Guarnerus de *Pollandia*, Gunzelinus *pincerna* de *Winterſtett*, Burggrauius de

de *Nurinberc*, pincerna de *Clingenburc* & alii quam plures. Signum domini FRIDE- 3) *monogrammate Caeſaris* RICI *ſecundi*, *Dei gratia inuictiſſimi Romanorum imperatoris ſemper auguſti*, *Hieruſalem & Sicilie regis*, ego Sigisfridus *Ratis-* 4) *ſubſcriptione a archicancellarii.* *ponenſis* epiſcopus & *imperialis aule cancellarius*, uice domini S. Moguntini archiepiſcopi & totius Germanie archi- *b) aulae cancellarii.* cancellarii, recognoui. ACTA ſunt hec ACTVM. anno dominice incarnationis *milleſimo*, 1232. *ducenteſimo*, *triceſimo ſecundo*; menſe *Martii*; quinte *indictionis*; imperante domino noſtro *Friderico ſecundo*, dei gratia, inuictiſſimo *Romanorum imperatore* ſemper auguſto, *Hieruſalem* & *Siciliæ* rege; anno *Romani* eius imperii *duodecimo*; regni *Ieruſalem* ſeptimo; regni uero *Sicilie* triceſimo quinto, feliciter amen. DATVM. DATVM apud *Vdinatum*, anno, menſe & indictione praeſcriptis.



# *Notationes* ad AVREAM BVLLAM FRIDERICI II. imperatoris, an. 1232. conceptum DECRETVM de priuilegiis PRINCIPVM S. R. I. in VTINENSIBVS comitiis.

## PROOEMIVM.

AVREA BVLLA *e tabulario ſenatus* HALENSIS, *der* CLAVSVR *erogata an. 1724.*

INdulgentia POTENTISSIMI REGIS ad *publica tabularia* nobis patet acceſſus. Erogauimus igitur ab huius ciuitatis *ſenatu* diploma hoc argumenti ſingularis & admodum momentoſi. Quod cum de rebus *Halenſibus* nihil habeat ſigillatim: neſcio, qua fortuna illud obtigerit huic urbi idque munitum *aureo ſigillo.* Siue autem euenerit hoc ideo, quoniam illud limites ponit *ciuitatibus* uniuerſim, ne quid in perniciem agant ſuſcipiantque *territoriorum* principis; ſiue, quod caſu huc delatum e *principali tabulario*, quod temporum in iuria multoties inuaſum, diſtractum & ſpoliatum: nobis perinde eſt, poſtquam *principi* & *ciuitati* noſtrae nunc conuenit optime, diſſidiis, quae olim fuerant cum archiepiſcopo prorſus ſublatis e medio. Interim ultimum eſt opinabilius, quam primum. Quoniam *codicillus* hic *imperialis* in gratiam magis *principum* eſt ſcriptus; quam *ciuitatum*: ut adeo his cauſae nullae ad redimendum eundem in *auro*, quo uulgaria huius imperatoris edicta inſtructa eſſe ſolent necquicquam. Scio, *Halam* noſtram, etiam CAROLO V. imperante, ſomniauiſſe elogia *urbis imperialis* atque ideo *Italicum doctorem* conſuluiſſe, eo ſcilicet fine, ut pontificio archipraeſuli ſe

*Qua cauſa caſuque illa huc delata?*

*Gerrae* HALAE IMPERIALIS.

ſe ſubtraheret. Sed hominis peregrini tam ſtolidae & immanes gerrae, in gratiam ciuium nouaturientium, effuſae: ut pudeat, earundem tantummodo meminiſſe, noſtro aeuo, quod, in tanta hiſtoriae luce, *ius publicum* non ex commentis aut Latinae reipublicae formulis peregrinis haurit; ſed ex idoneis ac domeſticis rerum argumentis. Interim portenti inſtar eſſe poterit ſerae poſteritati: nouiſſimo tempore *uirum conſularem* fuiſſe, qui tribunalia *Halae* & *Magdeburgi*, poſtliminii quodam errore, habuerit pro *imperialibus*. Cum diplomata eum docere potuiſſent: *praeſidem* eorundem *Burggrauium*, nexu clientelari, *iurisdictionem* ab *archiepiſcopo* habuiſſe, necquicquam ab *imperatore*; qui principio ſtatim archiepiſcopum *banno imperiali* inſtruxit, addita poteſtate, ut illud exerceat per *aduocatum*, *Burggrauium*, quem ſibi ipſe elegerit ac conſtituerit. Vt adeo *Burggrauius* in clientela eſſet archiepiſcopi: necquicquam uero, hoc praeterito, imperatoris. Interim *bannum* hoc *imperiale* adpellatum ideo, quoniam illud ab imperatore, Ottone M. demandatum archiepiſcopo atque ab hoc ſuo aduocato, *Burggrauio*. Idem iudicium ferri debet de *Salzgrauio*. Vti enim primus iudex *ciuium*: ita ultimus iudex *ſalinatorum*. Vterque, quemadmodum ipſae *ſalinae* & urbs, in clientela, iure ac dominio archiepiſcopi ſolius. Quod cum ita ſit, ita autem eſſe, doceant *tabularii principalis* codicilli imperiales fidei incorruptae; inter fabellas aniles referri debet, quicquid uel olim uel nunc ſcriptum ſomniatumque de HALA noſtra *imperiali*. Ante *tria luſtra* huius argumenti ueritas occaſio fuerat doctoribus barbaris ad euomendum calumnias & tantum non conciliandam

*Quod* BANNVM *in* a] *urbe* b] *ſalinis* ARCHIEPISCOPI *ſolius*

*ab hoc demandatum* a) Burggrauio b) Saltzgrauio

*Dentes Theonini contuſi.*

iram principis, in cuius gratiam illa fuerat eruta: ſed, tenebris dispulſis, radiat nunc illa ſua luce, plenae fidei hiſtoria.

*Aureae bullae* ARGVMENTVM *ſingulare.*

§. 2. Scriptor huius codicilli FRIDERICVS II. imperator, quo doctiorem ac rerum geſtarum multitudine illuſtriorem non habuit Germania. Cum itaque, *Romana* & *Longobardica* iura doctus, intelligeret, utrisque ſi uiuerent *Germani*, hoc demum faceret ad euehendam Caeſaream auctoritatem, quae adhuc temperata fuerat libertate Germaniae ordinum: id egit ſedulo, ut perſuaderet *Germanis*, quae olim Caeſaris Romae & Longobardiae regis trans alpes poteſtas fuerit; eandem quoque eſſe REGIS GERMANIAE. Vt adeo patriae ordines, quae officia eorundem, qui nexus erga ſuum imperatorem, inde addiſcere & conſpicere imaginem poſſint in utroque iuris codice deſcriptam ac depictam. Sedulus igitur *Latini* & *Longobardici* iuris fuit patronus & cultor ſtrenuus. Factum igitur eſt, ut, his artibus Germaniae principum auctoritas impetita, conuulſa, depreſſa ac deminuta multifariam. Hoc autem, ut concoqueret ſtomachus Germaniae PRINCIPVM, illis ſubuenit quam plurimis *priuilegiis*. In quibus, quod principes quondam *iure* habuerant *originario*, illud largiretur inſtar beneficii & indulgentiae imperialis. Quid facerent in hoc labyrintho circumducti principes? Cum ipſi litterarum iuriumque ignari prorſus eſſent: homines autem *docti* ac *iureconſulti* omnes a partibus ſtarent ſui *ſtatoris*, *Caeſaris* ſolius, in cuius caſtris, ſtipendio conducti, militauerant. Atque haec cauſa *multiplicium priuilegiorum* huius Caeſaris, quibus PRINCIPVM exacerbatos animos ſopiuit ac circumuenit egitque poſteros, harum

*Technae illius: miſcere iura* 1) Latii 2) Longobardiae *cum liberae* Germaniae 3) *inſtitutis.*

*Ea, quae* officii *ac debiti, ob trudere inſtar* beneficii.

rum technarum imperitos in tranſuorſum. Vt imperiali indulgentiae dent; quod officia exigunt Germanici imperatoris. Speciminis loco eſſe poterit hic CODICILLVS FRIDERICIANVS plenus harum offuciarum.

*Cum ad noſtrorum iura* PRINCIPVM *proſpicimus*) PRINCIPIS Germaniae uox inaudita Carolingicis imperatoribus. Nam *ducis* & *comitis* nomina ſunt *officialium* & adminiſtratorum: contra *principis* uerbum eſt rerum *domini*. Habes igitur ſingulare iterum argumentum diſcriminum imperii *Carolingici* & *Germanici*. In primo *exularunt* principes, domini prouinciarum: non in ultimo, quod magis a *principum* numeris ac robore pependit. Et licet exempla ſint eorum, qui hac uoce ſunt abuſi, illud tamen procul abeſt a genere ſcribendi *curiali*, ubi non exemplum offendes: *regem ſuos adminiſtros uerbo adpellauiſſe principum*. Quae adpellatio in noſtro codicillo ab imperatore tribuitur *dominis rerum* ac prouinciarum, necquicquam officialibus aut adminiſtris. Certo argumento, inter nomina *ducis*, *comitis* & *principis* plurimum intereſſe; ut prima *officialibus* concinna: ultima uero nonniſi prouinciarum *dominis*. Ceterum illud tamen nihil noui eſt; quod *principis* uox cum additamento, *curiae*, *tribunalis*, *cohortis*, pro *officialibus* uſurpata: ſed nos requirimus nomen poſitum abſolute, ut liceat intelligere & ſupponere populum, prouinciam, rempublicam. Eſt igitur poſtcarolingica demum GERMANIA PRINCEPS. Omni populo & aeuo inauditum alias; ſubditos cenſu *principali* aeſtimari ab ipſoque imperatore ſuo adpellari *principes*. Taceo *principes*

PRINCIPIS *uox qui inaudita imperatoribus* Carolingicis?

*Quoniam* ducis *u. adminiſtratorem:* principis *u. dominum notat.*

*Sub Carolingicis imp. nulli* duces

*aut* principes GENTILITIIs. pes *codicillares*, eosque, uti *duces gentilitios* (*Fürſtliche und Herzogliche Geſchlechts-würden*) cognitos nonniſi in poſtcarolingico imperio.

MEMBRA *S. R. I. uox poſtcarolingica.* *Membris inſidet caput*) Etiam haec formula abhorret ab imperio Carolingico; qua Germaniae ordines audiunt *membra imperii* eaque *honorabilia.* Reſpicit enim ad *imperii ſocietatem*, inter Caeſarem & ordines colendam, iuris optima harmonia. Cum omnia tempore Carolingorum ſub imperio abſoluto unius.

COMITIA *in* Foroiulio VTINENSIA *an.* 1232. *In Foro Iulii conuenientes*) Teſte hiſtoria ſcimus; quod an. 1232. FRIDERICVS II. IMPERATOR paſcha celebrauerit in *Fori Iulii* prouincia, *Aquileiae*, patriarchali tum ſede, comite itineris filio HENRICO, rege Romanorum, a patre in Italiam tum euocato. Vnde conſilium eius de COMITIIS, in *Foro Iulio* cogendis, in uicinia primariae ibi urbis, VDINI uel VDINATI uel etiam VTINATI imo VIDENATI, quia uti etymon huius nominis; ita illius quoque ſcriptura eſt uaria ac multiplex. Nam Germanos *Vtinum* in ſuo idiomate dixiſſe *Wedin*, Latine *Vedinum*, *Vidinum*, etiam auctor eſt Italus geographus *Ioan. Bapt.* NICOLOSIVS in *Hercule Siculo.* Inde igitur metamorphoſis *Vtini* in *Videnatum.* Fuere autem haec COMITIA ſolenniſſima omnino: cum quod ingens *principum* & procerum Germaniae *multitudo* iter in Italiam feciſſet cum *Henrico* rege *Romanorum*; tum, quod hic rerum, in Germania geſtarum reddere rationem deberet parenti, abſenti; tum etiam, quod *principes imperii* ualde urgerent, ne, quod filius, abſente imperatore in Germania ſtatuiſſet maturo iudicio & animo bono, ille tolleret; ſed potius ſua *auctoritate*

*Quare* Vtinum *Germanis* Vidinum & Videnatum?

*Cauſa decreti* WORMATIENSIS *an.* 1231.

*Offenſa hinc* Caeſaris.

*tate* confirmaret. Erat autem potiſſimum argumentum hoc: *ut* PRINCIPVM LIBERTAS *in tuto poneretur aduerſus technas*, quibus illa impetita eſſe uidebatur. Res ipſa fuerat haec. Cum ante *opificia* omnia penes *ſeruos* fuiſſent, culta etiam ruri: imperatores *ſeruitutem*, hoc quidem tegumento inani, proſcripſerunt, quaſi hoc nomen indignum chriſtiana *libertate*. Deinde manumiſſionibus acceſſit damnum aliud: quod imperator *opificiorum* operas indulgeret nonniſi hominibus manumiſſis, *laſſis* ſiue *libertis* adeoque ruri opificia interdicta & ſublata. Vnde tertium emerſit malum: quod ideo omnes *aduolauerint* in *urbes*, rure relicto. Imo in urbibus opificibus indulta *collegia* ſingularia, *tribus*, libera *conuenticula*, idque omne ſub *Caeſaris clypeo*: ut poſſent principibus & rerum dominis frontem obuertere. Si quid coniecturis adſequor, FRIDERICI II. inſtitutum fuerat hoc: ut *principum clauſa* territoria aut terras infringeret, *coetus* aliquot priuilegiis muniuit, in quibus ſocii penderent nonniſi ab imperatore. Ita enim *academias* quidem indulſit *ciuitatibus* Italiae; addita tamen lege, ne ſcholares ſiue ſtudioſi *pars* eſſent *ciuitatis*; ſed conſtituerent *ſingularem* quandam ingeniorum *rempublicam*, nemini ſubiectam, niſi imperatori & illius uicario RECTORI, quem ideo donauit *purpura*, *ſceptris*, *clauibus*, inſignibus *principalibus* uere. Cum autem recuſarent ideo *academias* principes Germaniae, inſtar ueneni aduerſus iura clauſi territorii & potentatus; imperator in animo habuit, *opificum collegia* & *tribus* in urbibus ſibi adrogare, inſtar hominum eorum, qui priuilegia accepiſſent a *Caeſare* ſolo ceu ſuo *tutelari*. Taeduit huius inſtituti Germaniae *principes*, eoque

*Qui* PRINCIPVM iura *uoluit laceſſere*

OPIFICVM *priuilegiis in* urbibus,

*& meditata* exemtione *a* principum *dominio*.

*Inſtar* ACADEMIARVM *&* rectoris *in ciuitatibus* Italiae.

que magis, quo inſolentiores & licentioſi magis fierent aduerſus eosdem opifices eorumque tribus. Nam hinc perpetua *tribuum* diſſidia, aemulationes, ſtudia, motus in urbibus aduerſus *principes* terrarum, ut imperator ita conciperet ſpem; urbes omnes demum redigendi ſub poteſtatem imperialem easque ſubducendi principum dominio ac potentatui. Haec cauſa erat, quare in WORMATIENSIBVS comitiis, an. 1231. abſente imperatore, *regem Romanorum* HENRICVM adierunt Germaniae principes & proceres: ut effreni huic conatui, technis, offuciis & fraudibus demum obex poneretur idque DECRETO COMITIALI. Poſtquam uero hoc indulſiſſet *rex Romanorum* HENRICVS, patre in Italia abſente, haud dubie in ſuſpicionem uenit apud eundem: quod ſibi ſumeret plus iuſto, imo in patris annos inquireret ante diem. Hinc euocauit filium e Germania iuſſitque in Italia patri rationes reddere indulti DECRETI. Hoc autem ne, quod ſibi in animo propoſuerat, tolleretur; *Germaniae principes* iter pariter inſtituerunt in *Italiam* cum HENRICO, ut ſua interceſſione eum apud patrem imperatorem, ſi opus eſſet, tuerentur. Vidit hoc intellexitque imperator prouidentisſimus: igitur tempori ceſſit & DECRETVM WORMACIENSE, metu turbarum, nolens uolens confirmauit. Manſit tamen alta mente repoſitum odium in HENRICVM filium: ut eundem *triennio* poſt an. 1235. in Germania, deinceps in Apulia carceri includeret, in quo ipſe, quinquennio captiuus, obiit in uinculis & compedibus, ſiue morbo ſiue ueneno. Quem ideo non dubito referre inter MARTYRES GERMANICAE LIBERTATIS. Tragica hiſtoria haec omnibus nota eſt teſtataque ſcriptoribus coaeuis abunde. Sed, ut

*His technis oppoſitum* DECRETVM WORMALIENSE *an. 1231*

*ab Henr. filio R. Rom.*

*abſente imperatore* FRIDERICO II. *in Italia.*

*Qui ideo* filium *euocat in* Italiam.

*Sed ob multitudinem* PRINCIPVM *confirmat illud* VTINENSI *decreto an. 1232.*

*Inde tamen* odium *in filium*, carcer *mors.* *Germaniae* MARTYR.

ut fieri ſolet, diuerſo iudicio. Qui enim a partibus ſtant Caeſaris, uti ſtant plerique, ſpe metuque acti in transuerſum, illi filium deſcribunt, ut *perduellem*, *perfidum*, patriae *proditorem*, cetera. Contra ſcriptores magis ſinceri illud uolunt, a filio optimo parentem rogatum eſſe, ut memor uiueret *adducti* in *Germania imperii* deſiſteretque a conſiliis imperii *abſoluti*, quod proxime a *tyrannide* abeſſet. A qua cum abhorreret filius; ideo omnino recuſaret *rex Romanorum*, ut pater illo ceu inſtrumento uteretur, ad iugum imperii principibus imponendum & conuertendum formulam Germanici imperii. Quod cum ſuboleuiſſet pater, non potuiſſe iram eius leniri in filium conceptam; ut potius ante non quieſceret, quam eum e medio ſuſtuliſſet. Sane, filio delicti alicuius reo, ab eodem poenam ſumere potuiſſet in Germania neque opus fuiſſet in Apuliam deportatione. Verum intellexit pater; quam diu innocentem in Germania haberet, non defore principum Germaniae ſpem poſitam in illius animum, aequi amantiſſimum; haec ergo, ut decollaret prorſus, conſilia adripuit deportationis, exilii, uinculorum, ueneni ac mortis, meis Germanis omnino deplorandae lachrymis.

*Scriptorum diuerſi ſenſus, huius tragoediae.*

HENRICI *martyris Regis Rom.* apologia.

*aduerſus parentem* tyrannum.

*Inde ira & deportatio;*

*ſupplicium.*

Lachrymae *Germaniae principis.*

*Videnatum*) Eſt princeps Fori Iulii ciuitas *Videnatum*, uulgo *Vtine*. Scriptura parum legibilis & obſcura monogrammatibus: ſed de re ipſa nullum dubium. Vt adeo fruſtra fuerint *V. Cl.* HEINECCIVS legendo *Sibidatum* pro *Videnatum* & SCHILTERVS errans errorem eundem.

*In uiam reducitur falſa lectio* Schilteri & Heineccii.

*Vt gratiam a filio noſtro in generali curia Wormatienſi indultam perſequi digna-*

*Num ſtatuendi poteſtas* REGI ROMA-

NORVM, uiuo imperatore? *dignaremur.*) Nemini ignotum eſt alias, Romanorum REGI nullam eſſe poteſtatem, uiuo imperatore. Illud igitur requirendum: quo iure Henricus *rex Romanorum* coegerit comitia; imo *uiginti & plurium priuilegiorum indulſerit ſyſtema* principibus & magnatibus imperii? Scio, Caeſarem, in Italia abſentem, filio demandauiſſe reipublicae Germanicae gubernacula. Vt adeo imperatoris *uicarii* magis; quam *regis* munere functus eſſe uideretur. Verum limites etiam *uicarii* longe excedit noſtri diplomatis argumentum. Nequit igitur illius cauſa alia proferri; quam quod fuerit filius *principibus* Germaniae aequior; alienus a *formula* minus adducti imperii, quod in animo habuerat pater; quod S. R. I. ordines mouerit haec filii indulgentia, ut ab eo rogarent, quae a patre ſibi non promittere; quae tamen, ſi a filio indulta, expectare poterant facilius, patrem, ſemel facta, non improbaturum temere cum pari ordinum ac filii ſui offenſa. Demum etiam intererat imperatoris, ea *gratiae* & *indulgentiae* ſingularis loco haberi, quae iuris ordinarii alias.

*Cauſa ſingularis* DECRETI *comitialis* Caeſare *in Italia* abſente.

*In eorum promotione imperii ſtatum intendimus promouendum*) Philoſophia haec ſimulata eſt, *ſincera* necquicquam. Quilibet ſenſu ſuo attingit, cum ordinum libertate decreſcere imperantis poteſtatem, haudquaquam autem eandem promoueri. Sed erat hic imperator in aliis etiam cauſis pluribus egregius ſimulator. Vnde maleuolis occaſio ad calumnias aduerſus eum: *quod ſectam foueat nihil credentium; quod ſacra quaeuis habeat pro hominum callidorum impoſturis; quod, colere ſacra, ſtudium*

FRIDERICI II. *iuriſprudentia* ſimulata.

*ſit*

*ſit hominum ingenii obtuſi, ſimulare etiam prudentum* & quae alia.

*Perpetua conceſſione donamus*) Dices, quae cauſa mouerit ordines, ut, quod *iure* exigebant, tribuerent *gratiae*, *indulgentiae*, *largitioni*, *beneficio*, *donationi?* Forte parum intellexere has offucias ſimplices Germani, a ſtudio litterarum alieni etiam tunc. Doctiores tamen a praepotente Caeſare maluerunt, illa accipere, loco *beneficii*, quam *iura* exponere & ſubiicere diſcriminibus trahendae litis cum imperatore, ſagaci, uerſuto, rerum ualido.

*Qui ordines S. R. I. gratiae dederint, quod requiſiuerant* iure?

*Nullum nouum caſtrum uel ciuitas in fundis eccleſiarum extruatur*] Nihil hic de *territoriis principum*, quae uti *clauſa* fuerant: ita non licuerat imperatori, urbem condendo, illa infringere & in republica rempublicam inſtituere ac formare. Igitur nihil hic disſidii *principibus* cum *imperatore* poterat ſupereſſe: ut potius urbes omnes, *in* territorio principis ſitae, etiam *de* territorio eſſent, principis imperio unice ſubiectae. Sed quid de *fundis eccleſiarum?* Accipe cauſas prorſus ſingulares. Licet in Germania noſtra ex eo tempore, ex quo *principes*, rerum *domini* facti, in ſuis prouinciis, etiam *fundi eccleſiarum* illis ſubiicerentur eſſentque re ipſa *prouinciales*; id quod exempla docent *Viennenſis*, in Auſtria; *Labacenſis* in Carniola; *Gurcenſis* & *Lauantinus* in *Carinthia*; *Seccouienſis* in *Stiria* hodieque epiſcopi & epiſcopatus *prouinciales*; imo inter *prouinciales* illi ipſi ideo in ordine *praelatorum*: ſacri tamen *muneris* aut *uogteiae* ſiue tutelae imperialis intuitu illi plerumque adfectarunt, ſubeſſe ac ſubiici ſoli imperatori. Cuius

ARGVMENTA SINGVLARIA I. *de non* EXTRVENDA VRBE *in fundis* ECCLESIARVM.

*num m. in* principum territoriis?

EPISCOPI *qui olim omnes* PROVINCIALES?

*exemplo* Auſtriacorum *hodieque.*

*Qui adfectarint tn. ſubeſſe ſoli* imperatori? *intuitu* 1) muneris. 2) uogteiae.

etiam interetat, fouere in hoc ſtudio ſacros antiſtites omnino. Hinc id egerunt Caeſares, ut epiſcopatus & potentioris notae praeſulatus nunc priuilegiis munirent; nunc territoriis principum ſubducerent laxarentque nexum utriusque ac conuellerent. Verum ex quo tempore, caſu maxime *Henricorum ſuperbi* ac *leonis*, diſtractis ac diſcerptis *Saxoniae* & *Boioariae* potentiſſimis principatibus, epiſcopi *ſui iuris* facti & prouinciali nexui ſubducti: inde etiam *aemulationis* initium inter *epiſcopos* & *imperatores*. Nam adfectarant *epiſcopi*, ſubducti & exempti, iura potentatus, inſtar *principum* ordinis ciuilis; quae imperatores illis negabant, nunc imperii cauſa, nunc *uogteiae* ergo ſiue *aduocatiae imperialis*. Quid igitur facerent *epiſcopi* conſtituti in his diſcriminibus? Id egerunt, ut ab imperatoribus nunc *beneficii*, nunc *priuilegii* loco illud conſequerentur: quod alias *iure* poterant requirere ſibique adrogare. Atque hoc ipſum elucet ex *primo* huius diplomatis *capite*. Nam imperatores, ut epiſcoporum iura & poteſtatem minuerent, in fundis eorum condiderunt *urbes* & coegere *ciuitates*, alienas ab epiſcoporum dominatu. Idque tegumento multiplici: *quod, ciuitates curare, illud eſſet operae ciuilis, relinquendae* ADVOCATO *eccleſiae*, quo loco aeſtimandus imperator; *quod* inter *principes* & *antiſtites* hoc ipſum intereſſet, ut ultimi acquieſcerent ſacro munere & reditibus ſacris, *ciuilibus* Caeſari relictis. Facile igitur fuerat ad intelligendum: *breui euerſum iri, quicquid fundorum* poſſiderent ſacri praeſules, niſi obex poneretur *urbium nouarum* inſtitutioni, ab imperatoribus paratae, nunc ſub tegumento aduocatiae iterumque ex *poteſtate imperiali*. Nuntium igitur, in gratiam ſacrorum prae-

*Fiunt autem* IMPERIALES epiſcopi 1] *exemptione* 2] *diſtractione principatuum.*

*hinc aemulationis initia inter* 1) *Caeſarem* 2) *epiſcopos.*

*Quam ſuſtulere* 1] *non* iure 2] *ſed* priuilegiis.

*Quod docet* cap. I. *diplomatis* praeſentis.

praeſulatuum, huic cauſae mittit in noſtro diplomate imperator. Et, cum, imperatoris exemplo, id ſibi ſumerent *aduocati* praeſulatuum *principales*: etiam his idem conatus in diplomate eodem fuerat interdicendus.

*Quod noua fora non poſſint antiqua impedire)* Erat hoc inſtitutum Germaniae, ut, cum nemo rura uellet relinquere & conferre ſe in ciuitates; his uaria indulta priuilegia in iisque *mercatus* & *nundinae*, quibus *uillae* ſingulares *ruri* interdicebantur. Sed, auctis ciuitatum numeris, illud requirebatur: num *nouae ciuitates uetuſtioribus* auferre aut contrahere poſſent nundinarum priuilegia, olim collata? Negat hoc imperator. Sed eousque, *nouis urbibus* conditis; noua priuilegia conferre inſtituerat cum damno iniuriaque *urbium uetuſtiorum* in uicinia. Hoc quidem iuris tegumento, quaſi priuilegia his conceſſa indultaque, uillarum & pagorum intuitu, nec quicquam urbium, deinceps condendarum. Verum urbium *uetuſtiorum* cauſam hic agit diploma: ne priuilegiis earundem *nouae* urbes obeſſent in ulla aliqua parte. Ratione iuris necquicquam iniqua: licet eandem *gratiae*, *beneficii* & *donationis* loco habere non erubeſcat in diplomate imperator. II. Noua fora non *impediant* antiqua

*Nemo cogatur ad aliquod forum ire inuitus.]* Non ſolum hoc datum fuerat quibusdam ciuitatibus; ut mercatu interdicerent ruricolas; ſed etiam cogerent illos, ad nundinas in alia nulla ciuitate frequentandas, quam ſua. Inſtar parochiae, cui ſe nequeunt ſubtrahere parochiales, id eſt, incolae in definito tractu. *Forum* III. BANNA NVNDINATORIA *ſublata*?

*rum* itaque *coactum* in uernacula *bannmarck* dictum ideo: quoniam non licuerat incolis, extra uiciniae limites ire mercatum. Imo merces oportuerat eos uendere nonniſi in urbe, *banno nundinatorio* inſtructa. Durum etiam hoc fuerat *principum nobilibus landſasſiis*. Tollendum igitur *bannum* eius generis & libertas cuique indulgenda, in forum urbis cuiusque ſe, ſiue emendi ſiue uendendi cauſa, conferre.

IV. *Strate antiquae non declinentur.*)

VIAE PVBLICAE *non mutentur.*

STRATA eadem huic aeuo, quam *uia publica* ſiue *regia*, die *land* oder *heerſtraſſen*. *Declinare* idem, quam *mutare*. Sed additur in diplomate limitatio; cuius tamen uerbi *apices* non licuit, primo intuitu, definire. SCHILTERVS legit: *niſi de* TRANSEVNTIVM *uoluntate*: ſed ita ſenſus eſſet ualde inconcinnus. Quis enim dixerit, potuiſſe a *uiatoribus* aut *transeuntibus* requiri aut colligi conſenſus? ſed HEINECCIVS uocem non audet uel legere uel deſcribere. Pingit aenigmata, non ſoluit. Res ipſa eſt haec. Saepius euenerat, ut princepes, ſiue lucri ſiue alia cauſa, *publicas uias* indeque praeſtanda uectigalia mutarent cogerentque iter facientes, praeſertim aurigas, priſtinis relictis, nouas uias ſequi. Cum uero fieret hoc primo cum *peregrinantium* incommodo; deinde plerumque cum damno *principum* in *confiniis*, quibus uel ita erepta & ſubducta uectigalia uel commercia impedita & onerata: hac lege merito conuerſio *publicarum uiarum* interdicta. Idem iudicium eſſe debet in *declinatione* ſiue mutatione *fluminum*: quorum alueos nullus princeps mutare debet in uicini perniciem. Quia in rebus obſcuris diuinare luet; addo coniecturam. Quod forte *legis prohibitiuae* haec fuerit exceptio aut limita

*niſi* transeuntes *uoluerint*.

mitatio: *niſi de confinatum* (confinialium, id eſt, uicinorum) bona *uoluntate*. Nam *uicinos* ſermone medii aeui *confiniales* & *confinates* imo etiam *confinios* dictos fuiſſe; illud facile eſt ad intelligendum a gloſſatoribus.

*In nouis urbibus bannitum milliare deponatur*] Expoſui in opuſculo *de opifice exule in pagis diff. I. cap 3. p. 22.* quod in leges & mores iuerit *Teutonicales*, cuilibet urbi tractum *unius milliaris* adſignatum, intra quem opifices interdicere potuit commerciis & *bannum* exercere. Inde *bannleutae* uerbum, Germanice *der meilenbann* uel *die bannmeile*, *bannitum milliare*. Vti dicunt cuique munimento circum circa ſpatium relinquendum, tantum, quod exploſio tormenti non ſuperet, *iede Veſtung ſolle den gerichtszwang haben, ſo weit ein canonen-ſchuß gehet*. Poſita igitur hac *lege finali*, requiritur illud: *num eadem* NOVIS *urbibus indulgenda, ſiquidem hae conditae fuerint in uetuſtioris confinio?* Negat hoc DECRETVM *comitiale*. Partim, ne antiquiori urbi auferatur ius quaeſitum: partim, ut tollantur aemulationes & ſtudiis nouantium eatur obuiam. Ne imperatore quidem excepto; qui per *nouas urbes* ſic derogare uoluit *uetuſtioribus*. Nam *deponere* idem hic eſſe, quam *omittere*, *deſtituere* medii aeui docent gloſſae.

V. BANNITVM MILLIARE *das meilenrecht num dandum urbibus* NOVIS?

*Vnusquisque* PRINCIPVM *utatur* LIBERTATIBVS; IVRISDICTIONIBVS; CENTIS, *ſeu liberis ſeu infeudatis*, *ſecundum* TERRAE *ſuae conſuetudinem*) Eſt haec indulgentia ualde momentoſa; cuius uerba primum declarabimus, poſt de ſenſibus & iuris

VI. IVRISDICTIO *principi cuique in* territorio ſalua.

*Quid in decreto uoces:* principes? ris rationibus ſoliciti. De *principibus* hic eſt ſermo: non de aliis ordinibus claſſium inferiorum. Deinde *libertas* hic non in ſenſu uulgari accipienda pro *ſtatu*, qui ſui iuris; uerum in *iuridico* libertates? huius aeui, quo *libertas* fuerat idem, quam *territorio definita poteſtas* aut *ſuperioritas*. Nam dicimus in uernacula *bannum*, *die freyheit*; Galli *franchiſe*, locum *ſingulari iurisdictione* inſtructum. Sic Naumburgenſis ciuitatis ea pars, quae capitulo adſignata ſubiectaque, audit in uicinia noſtra *die freyheit*. Nam *ſuperioritatis* uox tum comitatus? nondum nata. *Comitatus* hic audiunt, qui olim *pagi*, id eſt, tractus in ducatu ſingularis, inſtructus ſingulari *iudice*, *praeſide*, *praefecto*, quem *comitem* dixere. Pro *centis* Schilterus legit *co-* centae? *mitatibus centum*; Heineccius *cencis*. Vterque falſo & inepte. Nam comitatibus minores tractus audiuere *centae*, *die centgerichte*, *centenae*. Siue quod Germani in ſua lingua iurisdictionem definiuerint *centenario* numero ſiue quod *zenden* uox eſſet uetuſtate amiſſa; nobis eſt perinde. Cum in Franconiae & Sueuiae oris hodieque in uſu *die Centgerichte*. Addit Schilterus particulam *ſibi*: iterum falſo. Nam littera *ſ* in autographo haud dubie denotat ſiue. *Liberis* hic oplibera & infeudata? ponitur *infeudatus*. Noſtri ſeculi more diceremus: ſiue *allodialibus* ſiue *feudalibus*. Nam ultimae ſunt in *nexu* clientelari, igitur *liberis rebus* poſſunt omnino opponi. *Allodium* autem hoc tempore idem fuerat, quam bonum *auitum*, *altode* ſiue liberum ſiue in nexu. A quo ſenſus hodiernus *allodii*, quo feudo opponitur, prorſus Quiete? differt. In uernacula *lehen* und *erbe*. *Quiete*, ſine Caeſaris aut *Caeſareanorum* interceſſu. *Ter-* Terrae? *ra* idem hic, quam *territorium*, *prouincia*, *principatus*;

*patus*; Germanice *in ſeinem Land.* Hoc ſignificatu in AVREA BVLLA *Caroli IV. tit. 25 §. 2.* archiprincipatus dicuntur *electorum terrae.* Conſuetudo *terrae* in uernacula *der landesbrauch*: quae iuri communi ſolet ac debet opponi ac derogare. Sed iam a *uerbis* ad *rerum momenta*, in hoc argumento admodum ſingularia. Illud uerum eſt teſtatumque ſcriptoribus coaeuis: quod, iure Romano *Iuſtinianeo* cognito receptoque in *ſcholis* & curiis *Italiae*, *Germanici* imperatores aperuerint recluſerintque fontem nouum ad inundandum & ſubmergendum Germaniae principum libertatem & potentatum. Ita ſenſere *Caeſares*: ſe eſſe Romanorum in imperio *ſucceſſores* adeoque ſubditos eorundem alligandos *legibus Romanis* &c, ſi his ſe *ſubduxerint*, reuocandos & redigendos iterum eſſe ſub hoc iugum. Hoc ſi uerum & iuſtum: *Germaniae duces* ac *principes* Caeſaris ſunt *magiſtratus* & adminiſtratores rei alienae, *potentatus* eis nullus, *ſuperioritas* nulla: *iurisdictio* principum eſt *uicaria*, *precaria* pro nutu & arbitratu Caeſaris; non *propria* eorundem cum iure dominii: *comitatus* in prouinciis *Caeſari* addicti; non *principibus*: *centae* non minus ſeu tribunalia *minora* in manu Caeſaris ſolius: *terrae* nulla *conſuetudo* ualet; ſed *leges* unice *Latii*, quibus regi debet orbis Romanus uniuerſus. Atque hoc erat portentificum illud uenenum *Fridericianae iurisprudentiae*, quod inſpirare debuerant Italici iureconſulti Germaniae noſtrae & ſic principum libertatem ac potentatum tollere ac perimere. Quid igitur principes facerent, his Latii offuciis conſperſi & contaminati? Adeunt illi *regis Romanorum*, HENRICI, filii auguſtalis indulgentiam; implorant eius auxilium; requi-

*der Landesbrauch.*

*Argumentum* REI SVPREMATVS PRINCIPVM S. R. I.

*impetitus per* LEGES & IVRECONSVLTOS *Romanos ab* imperatore.

*Vtriusque iuris* differentiae *intuitu* principum.

*In his diſcriminibus adeunt* regem Romanorum.

 runt-

*ab eoque exigunt & obtinent* DECRETVM 1231. WORMATIAE.

runtque DECRETVM COMITIALE *Wormatiae* an. CIↃ CCXXXI. ne aliquid, in principum Germaniae iuribus, poteſtate ac potentatu *nouetur*: ne illi ad *peregrini* iuris normam exigantur aeſtimenturque; ſed SECVNDVM TERRAE SVAE CONSVETVDINEM, perpetuo uſu, ADPROBATAM. Sane non poterat Henricus has preces aegre ferre aut accipere in malam partem; probe conſcius: *quod pater ſuſcepiſſet formatum imperium, non formandum*; quod *Germanici* regni *formula*, inde a temporibus Cunradi I. *adducta* & *electitia*, ut adeo aeſtimare illa nequiret ex *formula* imperii uel *Romani* uel *Francici*, qui *libero* iure acceperant & regnauerant imperium, armorum ui ſubactum & ſubiugatum.

*Inde ira patris, quam tamen comprimit nouo* CODICILLO VTINENSI *an. 1232.*

His cauſis permotus HENRICVS, *filius*, DECRETVM indulget, patre in *Italia* abſente. Pater, certior factus, ſuccenſet ideo filio, iuſto, ut uoluerat, indulgentiori eumque ex *Germania* in Italiam euocat. Comparet filius; ſed in comitatu *principum Germaniae*, idem rogantium nunc a *patre*, quod a *filio* obtinuiſſent. Comprimit iram *pater* & DECRETVM WORMATIENSE, filio extortum aut ab eo ultro indultum, nouo CODICILLO VTINENSI in *Foroiulio* firmat an. CIↃCCXXXII. Grauiſſimi erat momenti haec *codicilli* pars, in qua declaranda uerſamur. Fuerant *iurispublici problemata* ſoluta, quae ſequuntur. *Principio* S. R. I. PRINCIPVM ab imperatore agnoſcitur hic LIBERTAS, id eſt, *ſuperioritas* & *potentatus*. Haec enim *ſphaera* erat, in qua principum iura & ſalus etiamtunc uertebantur. Deinde illud pollicetur imperator: ſe *principum* S. R. I. IVRISDICTIONEM porro non aeſtimaturum ex iure *Romano* cenſuque Latinorum magiſtratuum, quae deliria rerum imperiti hodieque audent tueri in litteraria arena, ſed

*Singularia huius ſegmenti.*

*a*) *agnoſcitur* ſuprematus.

*b*) iurisdictio *principum.*

ſed ex inſtitutis Germaniae prouinciarum, quae principes S. R. I. IVRISDICTIONIS *dominos* fecerit, non magiſtratus & *adminiſtratores*. Praeterea COMITATVS & *comites* S. R. I. duci & *principi* cuiusque prouinciae ſubiectos, necquicquam, quod iure *Latii* & *Francorum* fuerat olim, imperatori. c) comitatus *ſubiecti principibus*. Tum idem de CENTIS, omnibus prouinciae cuiusque tribunalibus ac iudiciis ſentiendum, quae d) centae. non *Caeſari* parerent, ut olim, ſed *ducibus* & principibus. Porro nullum hic diſcrimen fingendum inter *allodia* & *feuda*. e) feuda & *allodia*. Nam imperatorem, in ordine nexus, ſiue ſubiectionis ſiue clientelae, cedere loco *ſubdominis immediatis*, quem his liceret tueri. Poſt TERRAE *libertatem*, id eſt, dominium & proprietatem principibus S. R. I. fore f) territoria ſaluam: licet haec nomina olim ignota Latio. Demum *feuda* prouincialia *principis* eſſe, non imperatoris. g) ſubfeuda Tandem *ius publicum* Germaniae & *feudale* ex conſuetudinibus *patriae* aeſtimandum; necquicquam ex *Latii legibus* peregrinis. h) *peſtem iuris* peregrini. Ad extremum *uſui* ac *uetuſtati* hic omne punctum dandum, temporum lapſu adprobatae, nil autem cerebri aut Latii argutiis. i) *principia iuris* publici patrii. Diſcant inde & rubore perfundantur doctores illi: qui PRINCIPVM S. R. I. LIBERTATEM requirunt ex CORRVPTELIS INTERREGNI, quod tamen poſtea euenit. Vt rerum iniqui & ignari ſint aeſtimatores, qui, limpidiſſimis fontibus relictis, unde publica imperii iura clare fluunt, malunt illa haurire ex nigris & ſordidis paludibus reipublicae turbulentae.

CENTVMGRAVII *recipiant terras a domino terrae*) CENTGRAVII iidem, quam centenae aut tribunali inferiori *praefecti*, *die centgraven*. Loco, *terras*, SCHILTERVS legit *centas*. VII. CENTGRAVII *qui?*

Sed fruſtra cum in autographo *terras* etiam inuenerit uirgula HEINECCII. Senſus igitur huius commatis eſt hic: omnia *principum* territoria ita clauſa eſſe: ut, ſiue *uaſalli* ſiue *ſubuaſalli*, agant in clientela principis territorialis. Dixere *ſubuaſallos* ideo *ualuaſſores* uel *uauaſſores*, quod hi *uaſallorum uaſſores* uel *uaſallorum uaſalli*. Quatuor igitur uaſallorum claſſes: principio *imperator*; tum *princeps*; poſt landſaſſius *uaſallus*; demum *ſubuaſallus*. Sed cum ultimis nihil rei habet imperator: qui eorundem obſequia & nexum omnem hic defert *principi territoriali*. Vt ab *hoc* magis, quam *illo*, ſi utrique inuicem non conſtet, pendere uideantur. Siculae gerrae: *iurisdictionem principum*, intuitu imperatoris, *eſſe cumulatiua*.

*Qui* ualuaſſores *pareant principi ſoli?*

VIII. *Num* adſcriptitij CENTAE?

LOCVM CENTAE *nemo mutabit.*) Licet igitur *centenae* ſubiecti homines liberi ſint: non tamen, ſine principis aut domini terrae permiſſu, poſſunt emigrare. Licentiae huius *lytron* eſſe ſolet pecunia ſoluenda nomine detractus, *deſſ abzugs*.

IX. *A* centis *immunes qui* SYNODALIS?

*Ad centas nemo* SYNODALIS *uocetur*] SYNODALIS idem hic, quam *perſona eccleſiaſtica*, addicta ſynodo. Nam huic ſtatutum fuerat *fori* priuilegium ſiue coram *comite*, *duce* aut, quod poſtea euenit, iudice *eccleſiaſtico*, epiſcopo, ſacro antiſtite.

X. PHALBVRGERI *qui eiiciendi ex* VRBE?

PFALBVRGERI *penitus eiiciantur*) PFALBVRGERIS nomen ab incolatu, quaſi *aedium* ergo tantummodo ciues, *der vier* pfäle *halber*. Nam olim plures *nobiles*, *comites*, ipſi *principes* aedes redemerunt in potentioribus *ciuitatibus* & nomen

nomen ſuum dederunt illarum *leucomati* aut *lexiarchico (dem bürgerbuch)*; hoc quidem fine, ut eſſent in earundem *tutela* ſingulari; imo poſſent in illas, quoties uellent, *refugere* aut agere ibi, *animi* cauſa, ob cultum & conſortia in ciuitatibus. Hodieque *Haſſiae Landgrauius* DARMSTADIENSIS retinet ideo aedes *Franckefurti*; taceo exempla alia. Vnde etiam error eorum, qui *Limpurgenſem ducem*, *Wormatiae* dominum ſomniarunt: *cum Wormatiae tantum egerit pfalburgerum, id eſt incolam, propriis aedibus inſtructum*, quae hodieque Wormatiae oſtendi ſolent. Licet conſecratae ſint coenobio & in Gallico incendio ultimo conflagrauerint pariter. Quae uero cauſa demum legis noſtrae, *de pfalburgeris eiiciendis ex urbibus?* Dico. *Pfalburgeri* uel nobiles fuerunt uel ſubditi ordinis inferioris. *Primi* ſaepius inter ciues excitarunt motus in urbe aduerſus magiſtratus & rerum dominos: *ultimi* abuſi ſunt ciuitatis auxilio, implorato ſaepius aduerſus ſuos dominos ac principes. Vtrumque igitur turbas & ſordes traxit: ut e re eſſet, ab utroque malo purgari ciuitates & proſcribi *pfalburgeros*. Sed huic legi morem forte nemo facile geſſit. Nam anno CIↃ.CCCLVI. CAROLVS IV. noua lege prohibuit incolatu *pfalburgeros* in AVREA BVLLA *tit. XVI.* §. *1.* De quo plene planeque nos in noſtro ad eum locum *commentario tom. 2. p. 151. ſq.*

Dux WORMACIENSIS Pfalburger.

CENSVS *uini, pecuniae, frumenti uel alii, quos ruſtici conſtituerunt hactenus, ſe ſoluturos, relaxentur & ulterius non* RECIPIANTVR) Altera uox oculos fugit HEINECCII, qui pro, *uini*, habet uirgu-

XI. *Qui* CENSVS *ſublatus?*

las

las numerorum VIIII. Sed in noſtra lectione nulla dubitatio: dummodo rem ipſam aliquis faceret luculentam interpretatione eius aeui genuina. Nam poteſt *cenſus* accipi pro *uectigali:* ſed hoc nunquam ſublatum. Poteſt intelligi ſub *cenſu tributum*, quod forte imperator indicere uoluit, praeſertim in Rheni uicinia, ei propria & fiſcali. Nam omnem Germaniam a Caeſare *ſtipendiariam* factam fuiſſe, non eſt opinabile. Et qui *cenſus* ille? a quo *ruſtici* abſoluuntur ſigillatim: licet ad eum ſoluendum ſe obſtrinxerint? Num *agri* eorundem *tributarii* aut *tributaria capita? der Leibzinß*. Idque in Germania uniuerſa uel in Caeſaris domanio, uicinia Rheni. Omnia tenebrarum plena, quas nequeo diſpellere & argumentum proferre ad lucem.

XII. *Qui nefas,* homines PROPRIOS *ab imperatore recipi?*

PRINCIPVM *nobilium & miniſterialium, eccleſiarum homines* PROPRII *in ciuitatibus* NOSTRIS *non recipiantur* ) Nefas fuerat omnino, quod imperator *ſeruis* ſiue hominibus propriis, *fugitiuis*, indulſerit *libertatem* ideo: quoniam ſe contuliſſent in ſuas urbes & albo ciuium eſſent adſcripti. Tale quid ne quidem Latii tyrannus ſibi adrogauit; ut dominis ſeruos ita eriperet & patronum ageret fugitiuorum. Iure igitur meritoque huius inſtituti puduit piguitque imperatorem in noſtro decreto: ut huic iniuriae mitteret nuntium. Sunt autem praeterea etiam notandae hic claſſes imperii ordinum. Quatuor mentio facta 1) *principum*, 2) *nobilium*, 3) *miniſterialium*, 4) *eccleſiarum*. Ad *primam* pertinent domini *terrarum* & territoriorum ſingularium: ad *alteram* comites omnis generis & prouinciales *dynaſtae*, *die landherrn:* ad *tertiam*

uaſalli

uaſalli principum: ad *quartam* omnis ordinis ac ſortis *praeſules* & ſacra *collegia*. Quod uero omiſerit *ciuitates*, in cauſa eſt hoc: quoniam fidentior imperator in homines urbibus *imperialibus* addictos; qui ideo *Königsleute* etiam audiuere.

*Principibus, nobilibus, miniſterialibus & eccleſiis* PROPRIETATES & FEODA, *per ciuitates noſtras occupata, reſtituantur nec ulterius occupentur*) Pudeat ſpolii imperatorem, ſi rebus ſuis alterum deſtituit cum iniuria: ſi iure, quae cauſa huius poenitentiae? Quis unquam crediderit imperiale dogma: *licere Caeſari in Germania, quod lubet & locum dominio eminenti*, id eſt, poteſtati, eripiendi ſua ordinibus ſibique adrogandi pro cupidine & arbitratu. Vix tegumentum adparet huius improbae confeſſionis. Sed credidit forte *Fridericus II.* priuilegia eſſe urbibus, eripiendi ruricolis tantum, quantum illis conducat. Neque enim uel *allodiis* ſiue *proprietatibus* pepercerunt uel *feodis*. Inde conuentio: *de utrisque reddendis*. Hoc uero num *priuilegium*; *donatio*; *conceſſio?* cohibere furtiuas & rapaces manus.

XIII. *Reſtituere* ABLATA *num loco* donationis?

CONDVCTVS *principum per* TERRAS EORVM *non impedietur*) Vulgus docet; *conductum* & *uectigalia* quondam inter reſeruata *imperatoris* fuiſſe etiam in principum territoriis. Os obdurare licet his nugatoribus noſtro codicillo; ubi imperator principibus dat fidem: ſe utrumque relicturum principibus in ſuis territoriis. Facile largior, imperatorem haec iura appetiiſſe, imo principibus ea eripere uoluiſſe

XIV CONDVCTVS & VECTIGALIA *principum; non Caeſaris?*

Roma-

Romani iuris offuciis, quaſi *arma* in conductu & in uectigalibus *lucra* eſſent Caeſaris ſolius. Verum potentatus ſui retinentiores fuere ordines, quam ut Caeſari hic conceſſerint latum unguem. Idque merito; quod ſic collapſa & perrupta fuiſſent iura *clauſi territorii*, quibus *principes* gauiſi. Quo igitur conſilium Caeſaris fuit iniquius: eo magis *glorioſa eius poenitentia*, dextraque data: ſe *conductus iura* (*das geleit*) cum eius acceſſorio, *uectigalibus* integra & intacta relicturum eſſe principibus in ſuis territoriis. Sed quale hoc demum *beneficium*: manum cohibere de iure alieno?

XV. SCVLTETI *Caeſaris qui non iudicent, niſi* IMMEDIATOS?

*Non compellantur ad* RESTITVTIONEM *eorum, quae* LONGINQVO *tempore receperant, niſi homines* IMMEDIATE *imperio ſubiecti*] Sententia haec aliquantum ſubobſcura. Inde requirendum lumen. Potuit euenire, ut actionem intenderet aliquis aduerſus Titium, incolam *ciuitatis imperialis*. Excipit ille, cauſam litis natam in alio loca, ante quam ſe huc contuliſſet, imo actionem iam tum praeſcriptam. Prohibet imperator ſcultetos ſuos, talia trahere in iudicium. Qui uero non? Ne ſcilicet *principum iudiciis* feciſſe uiderentur iniuriam: refricare litem, iam *praeſcriptam* in territorio principis alieno. Ideoque, ſi reus imperatori ante & poſt ſubiectus, tum *iudicare* poſſe *ſcultetos* & uocare in ius ciuem. Quoniam ille habuerit unquam iudicem alium nullum; quam imperatorem, ut adeo nulla metuenda principis querela de *fori principalis* limitibus uiolatis. Quicquid ſit, plura tamen elucent ex hoc unico ſegmento. *Primo*, quod principum iuriſdictio

*priua-*

*priuatiua*, non *cumulatiua*. Nam ipſe imperator prohibet ſuos ſcultetos: ne homines alios iudicent, quam imperio immediate ſubiectos. *Deinde* diſcrimina hominum *mediatorum* & *immediatorum* clariſſima etiam huic aeuo. *Tum* haec iura patria ſunt: quibus nihil commune cum iurisprudentia Romana.

*In* CIVITATIBVS NOSTRIS *nullus terrae dampnoſus uel a iudice damnatus uel* PROSCRIPTVS *recipiatur ſcienter; recepti* EIICIANTVR) Sed annon *Caeſaris* eſt, reos abſoluere; condemnatis *ſubuenire extra ordinem*; ſuſcipere eos in tutelam & *protectionem*; exercere ius *aggratiandi* & *ueniam* indulgendi in delictis etiam grauiſſimis; imô *prouocationes* admittendi ab ordinum ſententiis? Agnoſcit hic certe imperator: *ſe in iudiciis principum damnatos aut proſcriptos in ſuis urbibus fouere.* Quod tamen facere licet hodie principi cuique. Cum nemo obligetur: *perfugos aut proſcriptos reos remittere*, niſi uoluerit; niſi alter ſe obſtrinxerit ad idem, datis epiſtolis *reuerſalibus*, ut ſolent audire. Tantum igitur abeſt, Germanici imperatoris poteſtatem poſteriori aeuo aut moribus aut legibus deminutam & attritam fuiſſe; ut potius inde conſtet, olim non licuiſſe imperatori, quod hodie ſolet eidem attribui. XVI. PROSCRIPTVS *a* principe *non recipiatur aut abſoluatur a* Caeſare?

*Nullam nouam* MONETAM *in terra alicuius principis cudi faciemus, per quam moneta eiusdem* PRINCIPIS *deterioretur.*) Eſt etiam huius ſegmenti argumentum plenae frugis & *publici iuris* nobis aperit arcana. XVII. MONETA principis *ualeat in ſuo territorio prae* Caeſareas.

arcana. Principio patet, *monetandi* iura *principum* potentatui propria, nec opus eſſe aliquo *monetandi* priuilegio ſingulari. Quod ſi enim fuisſet ultimum: non de *terris principum* uniuerſim ſcripſiſſet; ſed illos tantum, quae munitae priuilegio. Deinde Caeſari nefas eſſe, ſuas *monetas* obtrudendi principum ſubditis. Imo poſſe *principem* Caeſareas *monetas*, ſi quidem habeat cauſas, metuendi damna aut turbas, in ſuo territorio prohibere & proſcribere. Inſtar *Boioariae* ducis, qui circa haec tempora promulgauit *edictum*: ne, praeter ſuam, alia *moneta* ualeat in Boioaria uniuerſa. Hinc licet Fridericus II. in Italiae oris monetas cuderit ex corio bubulo: idem tamen fieri non potuiſſet in Germania. Quoniam *principibus* licet, uiliores monetas Caeſaris interdicere in ſuo territorio. Quod arcanum nobis prodit hoc noſtri *codicilli* egregium ſegmentum, commendandum omnino cuiuis publici iuris prudenti.

XVIII. IVRISDICTIO *Principum* priuatiua, *Caeſarea* excluſa *omnino.*

*Ciuitates noſtrae* IVRISDICTIONEM *ſuam, ultra ciuitatis ambitum, non extendant. Niſi ad nos pertineat* IVRISDICTIO SPECIALIS.) *Francicis* imperatoribus in moribus fuit uſuque; ut *miſſos* ſiue generales *iudices* alerent extra ordinem, inſtar iudicum ſeu *comitum palatinorum*, qui in omnibus prouinciis, cum ordinariis iudicibus exercerent iurisdictionem concurrentem. Ipſo etiam *Francio imperatore* praeſente, quieſcere dicebatur *iurisdictio principum* eorumque iudicum *prouincialium*. Hoc glaucomate occupati, uulgares doctores perhibent, idem iuris fuiſſe poſtea quoque imperatoribus Germanicis. Neque dubium eſt, hoc tegumento, idem illud ſibi *Fridericum II.* adroga-

roga-

rogauiſſe. Obſtitere autem conatui illius ordines ac principes imperii, haud dubie oſtenſis utriusque imperii diſcriminibus; ut adeo poenitentiam egiſſe eundem, conſtet etiam in hoc argumento. Iuſtior autem imperator, ſi nihil indulſiſſet in imperio, cuius eum oportuerit pœnitere. Ingenua illius confeſſio: *Caeſaris non eſſe* GENERALEM *iurisdictionem in Germania; ſed ſpecialem tantummodo* in domanio imperiali aut ſacro patrimonio.

*In ciuitatibus noſtris* ACTOR FORVM REI SEQVETVR: *niſi reus uel debitor principalis ibidem fuerit* INVENTVS.] XIX. *Iure* EVOCANDI *e* PRINCIPVM *territoriis non gaudet* IMPERATOR.

Per iura *Latii* imperator *euocare* poterat ciues reos ex omnibus prouinciis, imperio Romano ſubiectos. Idem ſibi ſumpſerant imperatores *Francici* in ipſa etiam *Germania*. Sed, *prouinciarum* dominiis formatis, principes recuſarunt, ſubditos ſuos porro ſiſtere. Certi ſcilicet, quod *iurisdictio* eorundem *priuatiua*, non *cumulatiua*, technicis uerbis utor; quod ne quidem ſit *concurrens*; quod territoria eorundem clauſa; quod ne *reus* quidem iurisdictionem queat *prorogare*, inuito domino ac principe, cetera. Nihilominus, cum *imperatores latinizantes*, ius *euocandi* ſibi ſumerent aduerſus ciuitates & loca infirmiora: haec ſe *priuilegiis* aduerſus *euocationes* maluerunt munire, quam *litigare* cum ſuo *imperatore* aut ab illo expectare *extrema*. Etiam *mediatae* ciuitates hoc conſilio uſae ſunt, in quarum etiam numero HALA noſtra, ad Salam. Quam, ob tale *priuilegium*, quod habet, fruſtra accenſueris immediatis. Iure igitur meritoque inſolentiae EVOCATIONVM eo ipſo nuntium mittit *Fridericus II.* quoniam

niam iubet uniuerſim, ut actor ſequatur *forum rei.* De re ipſa egi plenius in *commentario ad* AVREAM BVLLAM Caroli IV. *tit. XI. §. 1. p. 15. 16. ſq.*

*Quid de foro* DEPREHENSIBVS? Quid autem ſentiendum de FORO DEPREHENSIONIS? Illud quidem hic firmatur DECRETO COMITIALI. Sed olim hoc fuerat in dubii euentus arena. Imperii enim *principes* requiſiuerant hoc: quod rei, deprehenſi, remittendi eſſent principi *domicilii* neque homo de *Sueuia* iudicari poſſet extra *Sueuiam* aut alio, quam *Sueuico iure*: inde eſſet in Sueuiam remittendus omnino. Plura etiam de hoc ſcripſi in *commentario* ad AVREAM BVLLAM *tit. VIII. p. 765.* atque *tomo II. ad tit. XI. p. 35.* *Qui de* ADPELLATIONIBVS *mutum decretum?* Ceterum qua cauſa de ADPELLATIONIBVS hic *muti* ſint cum imperator, tum *principes* imperii; requirere liceat omnino. Cum per *adpellationes* earumque abuſum pariter damnum adferre potuerit principum clauſis territoriis? Perſto in ſententia, quam latius prodidi ad AVREAE BVLLAE CAROLINAE *tit. VIII. & XI* in commentario: *adpellationes a principum ſententiis ad curias imperatorum* tum exulauiſſe in imperio. *Germanico* ſcilicet: nam Francicos imperatores a ſuis ducibus ceu miniſtris & officialibus *adpellationes* accepiſſe; illud quidem eſt teſtatiſſimum.

XX. FEVDA *non dentur* PIGNORI, *niſi cum* MANV *domini.* *Nemo ſuſcipiat in* PIGNORE BONA, *quibus* INFEVDATVS *ſit, ſine conſenſu &* MANV DOMINI *principalis.*]

Eſt hic ſignificatus MANVS omnino *feudalis.* Nam in uernacula ideo *bona clientelaria* audiunt *manufirmae*, *manuaria*, id eſt, *manu domini* conceſſa, *behandigungs-güter.* Quoniam *feuda* haud dubie conceſſa DEXTRAE datae fide, *manu* porrecta, ſtipulata *manu*, cetera. Cum igitur *alienatio*

*natio* feudi interdicta ſit, ne *domino* obtrudatur temere *cliens*, uaſallus: etiam interdicta *oppignerationes*, ob cauſam eandem. Axioma forenſe barbarum: *quicquid prohibitum eſt in termino, illud etiam prohibitum in uia*. Quoniam creditori licet demum, auctoritate iudicis, pignus alienare. Imo differt in eo ab hypotheca *pignus*; quod ultimum deueniat in *creditoris manus* & *poſſeſſionem*, ſi non ciuilem; naturalem tamen, in ſecuritatem crediti. Vt adeo etiam *pignerati feudi* poſſeſſor ſiue *detentor*, in uernacula: *ein pfands-innhaber* nequeat *domino inuito* obtrudi. Sed cum haec definita ſint in *iure*; requires cauſam: quare inſerta hic ſint DECRETO VTINENSI *comitiali*? Scilicet id ſibi ſumpſerat haud dubie imperator, ut *oppignerationes* feudorum tueretur, imploratus, hoc tegumento, quod *alienatio* facta ad tempus definitum; non autem perpetuo, uti tum in uernacula dictum, *zur vrthaet*. Offendi hoc diſcrimen in huius & poſterioris aeui monumentis multoties: *ut adeo liceret* OPPIGNERARE *quidem*; *quamuis nefas eſſet alienare*. Exempli loco eſſe poteſt pactum in domo BRANDEBVRGICA: ubi pariter prohibitae alienationes perpetuae, *die veraeuſerung zur urthaet*: inde ex argumento contrariorum putant licitas eſſe *oppignerationes*. Hoc quamuis darem; illud deinde requiritur porro: num, ſucceſſione deuoluta ad liberos uel ad agnatos, illi obſtricti ſint, redimere ſuo aere fundos oppigneratos; an uero, negato licet pretio, eosdem queant *uindicare*. Ultimum defendi, requiſitus an. CIↃIↃCC XVI. in reſponſo ſingulari. Quod firmaui lege, exemplis, ſententiisque, latis in Germaniae tribunalibus ſupremis. Quae omnia requirere licet ex opuſculo: *de obligatione*

*Dubium: quod* oppigneratio *non ſit* zur VRTHAET.

*ſucceſſoris in principatum*, quod exhibetur in noſtris *miſcellis tom. I. lib. I. op. 8. p. 539. ſeq.* Sane hoc DECRETVM COMITIALE firmat noſtram ſententiam. Si enim *oppignerationes feudorum* interdictae ſine conſenſu manuque *domini*: pari cauſa etiam conſenſus requirendus ab *agnatis*. Quibus ita non minor fieret iniuria. Quid uero ſibi uelit adiectiuum PRINCIPALIS? hic poteſt requiri. Quia ſignificatus illius in hoc aeuo multiplex. Nam accipitur pro *imperii principe*, diſtincto a *comitibus & nobilibus*, ut locus ALBERICI ſe habet ad an. 1234. Deinde notat *dominum immediatum* uaſalli, diſtinctum ideo a domino *primo*: quod illi primario & *principaliter* in nexu ſit; alteri, loco tantum *ſecundo*. Atque ita hic accipio uerbum, *principalis*. Nam Friderico differentias ſubditorum & uaſallorum *mediatorum* & *immediatorum* curae cordique fuiſſe: illud uidimus ſupra in XV. ſegmento.

*Quid* PRINCIPALIS?

XXI. *Ad* OPERA *ciuitatis nullus* COGATVR *niſi de* IVRE *teneatur*) Iure *Latii* in Caeſarum arbitratu fuere *iura angariandi* ſubditos, id eſt, imperandi illis, *ſeruitia in operis*, *equis*, *manibus*, *pedibus*. Nam obſtricti etiam fuerant, epiſtolas Caeſarum ferre & referre; agere *curſores* uel *equum* praebere *celeribus* eorumque uehiculis. Eadem iura *angariarum* ſibi tribuerat REX LONGOBARDIAE in Italiae feudis, *2. F. 26.* Neque dubito de imperatoribus *Franticis*, quod uſurpauerint idem in Germania. Iuris igitur *tergemini* tegumento uſus fuerat *Fridericus II.* requirendi *angarias a principum* Germaniae ſubditis. Obuertere huic conatui ſtudia ſua merito *principes*. Cum enim horum eſſet, *ſubditos angariandi*, non pote-

ANGARIAE Caeſaris *non ſunt in* principum *territorio*.

poterant indulgere idem *Caeſari*; ne duplici onere illi adficerentur. Egit igitur etiam hic *poenitentiam* FRIDERICVS II. in hoc DECRETI COMITIALIS commate: *quod nullum ad operas cogere uelit.* Quid uero ſibi uult adiecta *limitatio: niſi de iure teneatur?* Facile eſt, ad reponendum, quod in *Rheni* uicinia imperator, ceu in *domanio* ſuo & *patrimonio imperiali*, duplicem egerit perſonam, unam *Caeſaris*, alteram *principis territorii*. Atque ultimo hoc intuitu omnino potuit *angariare* ſubditos: necquicquam primo. Diſcant inde mei Germani in diſſoluendo problemate forenſi: *utrum celerum ſiue poſtarum iura ſint Caeſaris in principum territoriis?* Aut enim ius *poſtarum* accipitur pro iure *angariandi*, cui nuntium hic mittit imperator in *comitiis*; aut eſſe debet facultas, *ex transuectione rerum hominumque captandi lucrum*, quam niſi haberent principes imperii, *utili* dominio deſtituerentur in ſuis prouinciis; aut notare debet *litterarium commercium* per imperium uniuerſum, quod imperatorem habere, nemo iuerit inficias. Plenius de hoc argumento egi in *opuſculo*, de *iure poſtarum* hereditario & clientelari, *dem general erbpoſtamt*, quod habetur in *miſcellis tom. I. lib. 2. opuſc. 5. p. 919. ſqq.* *Problema: de iure* POSTARVM *inde ſolutum.*

XXII.

*Homines, in noſtris ciuitatibus reſidentes, conſueta &* DEBITA IVRA *de bonis* EXTRA CIVITATEM *ſuis* DOMINIS *&* ADVOCATIS *perſoluant neque indebitis exactionibus moleſtentur.)* *ius* COLLECTANDI *eſt principum: non imperatoris.*

Per leges *Latii iure collectandi* nemo fuerat gauiſus, niſi imperator *l. 1. omnia tributa C. de officio prae-*

*praefecti Auguſt.* Et quam illi abuſi ſint hac poteſtate in indicendis & adaugendis tributis, teſtis eſt hiſtoria. In *Italiae* prouinciis idem ſibi ſumpſerat & uindicauerat imperator 2. F. 56. unde *collatio extraordinaria ad regalis numinis expeditionem.* Tributaria quoque iura fuiſſe in Germania imperatoribus FRANCICIS, nemo poteſt dubitare. Igitur hoc *iuris triuio* uti uoluit FRIDERICVS II. ad interdicendum ſubditos, in ſuo patrimonio habitantes, ne *principi* ſuo ſoluerent *tributa*. Quaſi haec iura acceſſoria eſſent *Caeſareae* maieſtatis ſolius. Inde querelae *principum*; quod imperator principibus iura collectandi negaret eo ipſo, quod ſuarum ciuitatum incolas tueretur, ne ſoluerent *collectas*, intuitu *bonorum* ac *fundorum* in principum territoriis. Optimus iterum portus POENITENTI CAESARI, mutatio *conſilii.* Nam iubet ciues etiam ſuos, ut, extraneorum fundorum ergo, *debita iura* perſoluant. Modus, qui additur, inter nimium & parum, tenendus, conſilii magis, quam praecepti ſuſtinet rationes.

XXIII. Homines adſcriptitios principum *nequit* imperator AVERTERE.

*Homines* PROPRII, ADVOCATIIS FEODALES, *qui ad* DOMINOS *ſuos transire uoluerit, ad* MANENTIAM, *per* OFFICIALES *noſtros, non* ARCENTVR] Homo *proprius* a domino ſuo uindicari poteſt inſtar *ſerui fugitiui.* Quid ergo ſibi in eos adrogare uoluit imperator? Dico. Agitur hic de *hominibus propriis aduocatorum eccleſiae.* His uoluit ille perſuadere, quod poſſet eos manumittere; facere libertos; retinere ſubditos; efficere ciues idque qua *eccleſiarum ſupremus aduocatus.* Sed quinam hic audiunt *feudales?* Nam

*uaſal-*

*uaſallis* ſemper eſt integrum, *feudo refutato*, mutare ſedem. Verum de *feudis ruſticis* hic agitur & talibus clientibus, qui adſcriptitii ſimul glebae. Videtur enim inter *feodalem* & *uaſallum* hoc hoc intereſſe: quod *ultimus* loci honeſtioris; non *primus*, quo etiam nomine adpellantur *ruſtici*, *glebae adſcripti*. Quos, uix leges, ſalutatos eſſe uaſallos. Vti uero aduocati, etiam ſupremi, eſt, tueri eccleſias; non ſpoliare ac priuare *hominibus propriis*; *ſeruis*, *ſeruabus*; aliis, qui in earundem *clientela*: ita facilis eſt cauſa *poenitentiae imperialis*; improbi conſilii mutatio. Ceterum SCHILTERVS legit, *homines proprii*, *aduocatitii*; HEINECCIVS habet *aduocatici*. Forte tria hominum genera hic licet diſtinguere: *homines proprios*; *aduocatitios*; *feodales*. Et ita repetere liceret ea, quae commentati ſumus ad *ſegm. XII.* ſuperius. Porro SCHILTERVS legit, *noluerint*; HEINECCIVS *uoluerint*, quae lectio eſt ſincera. Res ipſa eſt haec: *manentes* huic aeuo dicuntur *incolae*; *ciues*; *cenſitae*: qui alicubi fixerunt *domicilium*. Inde formula: *admanentiam* (ſiue manendum); *artare idem eſt*, *quam cogere ad incolatum* & figendum domicilium. *Quinam manentes?*

*Ad huius* CONCESSIONIS & CONFIRMATIONIS *memoriam*] *Conceſſerat* ordinibus & Germaniae principibus haec priuilegia filius HENRICVS *Romanorum rex*: quae ſuo adſenſu confirmauit *imperator* uel potius largitus eſt inſtituto *nouo*, ut ipſe magis, quam *filius* conceſſiſſe uideretur. Supereſt tamen hodieque in principum tabulariis RECESSVS WORMATIENSIS. an. CIↃCCXXXI. kal. *Maii*; *indict. IV.* ſcriptus ac editus in *comitiis*, habitis a *filio* HENRICO rege

VTINENSI par eſt WORMATIENSE DECRETVM *an.* 1231.

rege Romanorum. Legit eum & in epitome recitauit BROWERVS *lib. XV. ad an. 1231. num. 150.* cuius uerba dabimus, alia paulo, quam in noſtro CODICILLO FRIDERICIANO. Sunt enim haec: *Ne quis in ECCLESIAE fundo MVNITIONES aedificiaque tollat. Receptis iam atque negotiatorum turba frequentatis hucusque NVNDINIS, RECENTER & nuper admodum instituti MERCATVS ne quid obſtent uel detrahant. Nec omnino quisquam ad nundinas, quas nolit adire, COGATVR INVITVS. Nemo PLATEAS* (lectio mendoſa, *ſtratas*) *DECLINET uiasque publicas & longo iam uſu tritas, niſi TRANSEVNTIVM* (confinatum) *id fiat uoluntate. CENTGRAVIIS deinde multae praeſcriptae leges.* Abrumpit hic filum Browerus additque: *TESTES adfuere Sifridus MOGVNTINVS; Theodoricus TREVIRENSIS;* A. *MAGDEBVRGENSIS* & H. *COLONIENSIS* (*) archiepiſcopi: *MORAVIAE; LOTHARINGIAE; BRABANTIAE duces* & alii. *Datum* apud *WORMATIAM* in *curia ſolenni* (comitiis) *anno domini* c I ɔ c c x x x I. kal. *Maii; indictione IV.* Hortor ac moneo omnes *archiotas*, ut integrum DECRETVM WORMATIENSE, ſi aliquod in tabulariis exemplum repererint, proferant demum in lucem.

(*) Quae turbati ordinis hic ratio, quod *Magdeburgenſis* praeferatur *Colonienſi?* Egimus de dignitate primi in opuſculo: *de primatu Germaniae Magdeburgico*, quod habetur in *miſcell. tom. 2. lib. 3. op. 1. p. 779.* Res ipſa eſt haec. Olim inter *ARCHIEPISCOPATVS NVLLA PRAECEDENTIA*: ſed archiepiſcopus in itu & reditu praelatus alteri, quem ſuperauerat *AETATE* ſacri muneris. Vt adeo nobis exempla ſint: quod *MAGDEBVRGENSIS* anteceſſerit *COLONIENSEM* & *TREVIRENSEM* & alia iterum, ubi *primus* utrumque aut alterutrum eſt in ordine *ſubſecutus*. Vt ſcilicet aetatis gradus antiſtitum fuerant diuerſi, diuerſo tempore.

BVLLA

BVLLA AVREA, TYPARIO *noſtrae* MAIESTATIS, *impreſſa*) Fruſtra litigarunt hactenus inuicem in problemate auctores: *cui debeatur origo ſignandi litteras* AVREA BVLLA? Loca ſententiasque *Freſnei*; *Thulemarii*; *Malinkrotii* aliorumque conduxit *b. m.* HEINECCIVS *de ſigillis part. I. c. 4. §. 4.* Quibus addere licet illa, quae habent WENKERVS; DATTIVS; LANGLETVS innumerique alii. Qui *Francicis* regibus originem tribuerunt, eo potiſſimum uſi ſunt argumento: quod apud *Byzantinos* imperatores *bullae aureae* uetuſtiores non inueniantur, quam THEOPHILI, *Michaelis* filii, imperatoris *Conſtantinopolitani*, qui uixerit *an. 830.* cum tamen de PIPINO, CAROLO M. aliisque dicatur, ſignauiſſe eosdem litteras AVRO. Sed cum in iure *Graeco-Romano* χρυσοβούλλου uel AVREAE BVLLAE IVSTINIANI habeatur epitome, *lib. II. p. 72.* id eſt *an. 550.* corruit ſententia eique ſuperſtructum argumentum. Debetur igitur origo AVREAE BVLLAE imperii BYZANTINI luxui ac profuſioni in omnis generis *auguſtali adparatu.* Codicillus IVSTINIANI ſcriptus eſt *templo Sophiae*, Conſtantinopoli inſtaurato impenſis ac operis immenſis uere. Recitat *aſyli* aliaque iura tributa eidem. Inſcriptio eſt haec: Ἰουστινιάνου τοῦ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας χρυσοβούλλου, κεφάλαια, *Iuſtiniani maiori eccleſiae* (Sophianae) *conceſſae AVREAE BVLLAE capita.* Imo ad *inuentionis* gloriam, imperio *Byzantino* conſeruandam, *chryſobullae* etiam audiuere *Byzantia*, (mit einem *Byzantiner* beſiegelt) inſtar ſynonymorum. Quod uero FRIDERICI II. *aureae Bullae* frequentiores ſint, quam Caeſarum alio-

AVREAE BVLLAE *demum origines uerae uindicatae* BYZANTINIS.

 rum:

rum: plures forte *cauſae*. Huius imperatoris *potentia*, *opes*, excelſi animi *magnificentia*. Sed alius commonefacit nos *Bernardus de* MONTFAVCON *lib. VI. paleogr. p. 379.* qui teſtimonium adfert in codicillo ROGERII, *Siciliae regis*, in quo formula: *quod ille, ASSVETO MORE, ſignatus AVREA BVLLA.* Cum igitur FRIDERICVS II. fuerit *Siciliae* etiam *rex*, credere ita liceat, morem *ſignandi auro*, hinc ei fuiſſe frequentiorem. Caue tamen, exiſtimes, *aurum* in eius generis codicillis Caeſares profudiſſe: nam illi, in quorum gratiam ſcriptus fuerat codicillus uel ſuppeditarunt AVRVM uel illud redemerunt nummis, numeratis ideo curiae imperiali. His moribus uiuimus hodieque. Nam ſtatuta eſt TAXA illi, qui uult, ut diploma, in ſui gratiam ſcriptum, non *cera* ſignetur; ſed *auro* uel *argento*. Licet in *argento capſae* fieri ſoleant; non uero imprimi *typarium*, *imago* ſiue *heraldicum idolum*. Ceterum adiectiuum MAIESTATIS ſignificantius longe in lingua Graeca. Num in hac *maieſtas noſtra* redditur βασιλεία ἡμῶν, quaſi noſtra IMPERIALITAS. Cum maieſtatis nomen ſit admodum uulgare, tributum praetori quoque & Latii magiſtratibus aliis, inſtar ſynonymi *poteſtatis*. Quapropter etiam idem nomen adfectarunt ſacri *antiſtites* & *principes*. Quod fieri non potuiſſet in βασιλεία, *auguſtalitate*, *imperialitate*: ſi quidem haec uerba donata fuiſſent ciuitate Latii. Ceterum *typarium* idem eſſe, quam *typum* aut imaginem uel *figuram* principalem, notum eſt. Illud interea certum, formulam SICILIAE regibus fuiſſe ſolennem: *bulla aurea noſtro typario impreſſa*, teſte BROMTONO ad an. 1177. Vt

MAIESTATIS *uox* inconcinna.

TYPARIVM *quid?*

adeo

adeo coniectura non fruſtranea ſit: *Fridericum moribus curiae Siculae* hic aliquid dediſſe.

*Huius rei* TESTES *ſunt S.* MOGVNTINVS *archiepiſcopus; B. patriarcha* AQVILEGENSIS ) Principio eſt hic dicendum; TESTES non *ſua manu* ſubſcripſiſſe; ſed *manu notarii* ſcriptum eſſe codicillum uniuerſum. In *opuſculo* de *nexu ſcripturae & ſubſcriptoris cap. IV.* §. 5. n. 128. dictum, quod ſatis fuerit *fides*, rei geſtae *teſtes* interfuiſſe ſecundum *l. 17. C. ſi cert. pet.* atque *Nou. 73. c. 8. 9.* Vnde hunc *Latii* morem hauſit etiam Fridericus I. & teſtium litterariam memoriam in ſubſcriptionibus introduxit. Deinde licet imperator ſub *falſi* poena prohibuerit, nominibus *breuiatis*, quod diximus de *nexu ſubſcriptoris cap. V.* §. 6. nemo uteretur: uſi ſunt tamen Germani *monogrammatibus*, de quibus in opuſculo eodem *cap. IV.* §. 6. Sed uero in *monogrammate* nominis contractae *omnes litterae* ſingulares in figura unica: cum hic adpareat tantummodo *initialis* ſiue prima & *unica*. Improbo inſtitutum, cum unica littera potuerit facile imponere & fallere amphibolia, diuerſarum perſonarum ſynonymis, cetera. Sed forte haec facta ſunt ſpacii parcendi ergo in chartis & quod ſufficere uiderentur *munera* teſtium & *dominia*, quae inſtar *agnominum*. Porro praefertur hic *Moguntinus* archiepiſcopus patriarchae; haud dubie, qua *archicancellarius*. Sed dices, *Italiae archicancellarium*, inde a temporibus FRIDERICI I. *an. 1150.* fuiſſe *Colonienſem*, quod nos docuimus *exemplis* in *comment. ad* AVREAM BVLLAM *tit. XXVI.* §. 2. Repono, locum COLONIENSI neque in Italia factum, ſi cauſa fuerit

TESTES *ſubſcriptores a] manu* aliena,

2] *littera* initiali *unica*.

*Proedria* MOGVNTINI *qui in ipſa* Italia *ante* COLONIENSEM?

rit

rit *principum Germaniae*, uti confirmatio huius DECRETI WORMATIENSIS.

*Henricus C. de* WIRTENBERG.

*H. de Wertenberg*) Schilterus legit *Hortenberg*; Heineccius *Gertenberg*; noſtro uiduo *Vertenberg*. Nam ex hiſtoria notum, *Henricum* comitem *Wirtenbergenſem* iſto tempore floruiſſe.

SCHENBERGENSES *comites*.

*A. de* SCHOENBVRGE] Schilterus legit *Schaumburg* uel *Scowenburg*. Sed cum litterarum elementa clara ſint, contracta tamen: *A. de Schoembe*. Deinde *Schoenbergenſium* comitum in *Miſnia* illuſtris ſit memoria; illi etiam ſibi adrogauerint hoc tempore iura *nexus immediati* in imperio: non uideo, quare fides detrahenda litterarum elementis.

SVBSCRIPTORES *qui in iudem* diplomatibus DIVERSI?

*Burggrauius de* NVRENBERG) Schilteri exemplum nomen huius comitis omittit, imo ſubſcriptores etiam memorat hic paulo alios. Cui igitur calculus dandus? Principio illud aduerti, unum exemplum aequale eſſe necquicquam alii in codicillis imperialibus, intuitu eius ſubſcriptorum. Cauſa mihi uidetur haec: quoniam plures, praeter nominatos, adfuere teſtes: ut adeo in arbitratu eſſet notarii, cuius nomen uellet commemorare uel tacere & praeterire. Ceterum non moueat nobis ſtomachum, BVRGGRAVIVM NORIBERGENSEM reiectum in locum inferiorem. Nam aetatis ratio tum habita inter *comites*: *Noribergenſis* uero Burggrauius anno demum CIↃ CC LXXIV. adſcriptus eſt PRINCIPVM claſſi. Vt adeo *nugiuenduli* ſint: qui ante hoc tempus cauſam eius agere uelint aduerſus poſterioris aeui antagoniſtas.

*Quid de* NORIBERGENSI *Burggrauio?*

ALII

ALII *quam* PLVRES.] Requires cauſam, quare non OMNES illi, qui decreto praeſentes, commemorentur etiam in *ſubſcriptione?* Cum hodie omnes ordines, *comitiis* praeſentes, ſubſcribere ſoleant RECESSVI IMPERIALI, nequidem excepto unico? Verum hodie ſubſcribunt *ordines* omnes ſua *manu*; deinde non ut *teſtes*, ſed ut *ſuffragatores*; poſt, linteis chartis inuentis, nulla cauſa eſt parcendo earundem ſpatio, cum facile ſit, ad coniungendum & compingendum plures.

*Quare non mentio* OMNIVM*?*

SIGNVM *domini inuictisſimi imperatoris*) Sub *ſigno* intelligitur imperatoris *monogramma*. Hoc aliqui imperatores ſua *manu* delinearunt. Inde formulae: noſtro *ſigillo* ac *manu* ſiue etiam *propria manu*. Sed plures, uel taedio laboris uel imperitia uel faſtu acti, has figuras aliis reliquerunt ad delineandum. Deinde ſunt *monogrammata*, quae ſolius *nominis proprii* ſiſtunt litteras. Sed noſtrum hoc Fridericianum *tot litteras* habet, quot requirit *integra formula tituli imperialis*. Praeterea neque hoc omittendum, quod, ad cauendas impoſturas hic imperator uariauerit ſaepe in monogrammatibus. Quod ante nos pridem docuere alii.

*Signum* MONOGRAMMA, manu *factum* *a*] propria. *b*] aliena.

*complexum litteras* *a*) *nominis* *b*) *tituli auguſtalis.*

*Illa qui* multiplicia?

*Hieruſalem & Siciliae rex*) De titulo SEMPER AVGVSTI egimus in *miſcell. tom. 2. lib. 4. op. 1. differ. 12. p. 1023.* Eſt autem hoc admodum ſingulare, quod e codice inedito nobis prodidit MONTFAVCON *lib. VI. p. 389.* quod FRIDERICVS II. imperator quandoque uſus ſit titulis Graecis in iisque ſe non Italiae aut Siciliae regnorum prin-

FRIDERICI II. Italicus Siculus, Hieroſolymitanus, Arelatenſis *qui dictus?*

principem ſcripſerit: uerum *Italicum*, *Siculum*, reliqua. Inſtar IVSTINIANI *magni*. Quaſi uero ille in nominibus *Francici*, *Alemannici* adfectauerit *Franciae* aut *Alemanniae* regna. Cum potius oſtenderim clare in *miſcell. tom. lib. IV. op. I diſſ. 9. p. 1015.* imperatorem his uerbis tantummodo ſignauiſſe uictorias, ab his populis reportatas. Erat igitur titulus Graecus ita conceptus uerbis: Βασιλεὺς Φρεδερίκος, ἀεὶαύγουστος; Ιταλικὸς; Σικελικὸς; Ιεροσολυμίτης; Αρελατένσις; ἐυσεβὴς; ἐυτυχὴς; νικήτης καὶ τροπαιοῦχος: *Imperator* FRIDERICVS, *ſemper auguſtus*; *Italicus*; *Siculus*; *Ieroſolymitanus*; *ARELATENSIS*; *pius*; *felix*; *uictor & triumphator*. Vnde facile conſtat, haec nomina imperatorem adhibuiſſe, regnorum ergo, non uictoriarum. ARELATENSE inprimis nomen meretur uirgulam, cum alibi tale quid non occurrat. Dum uero *Germanicum* ſe ſcribere omiſit, putauerim hoc ideo factum eſſe, quoniam uox *imperatoris* iam ſignet *Germanicum imperium*. Quam coniecturam etiam firmat hoc, quoniam *Italiam* eo ipſo diſtinguit ab *imperio*, dum ſcribit ſigillatim *Italicum*. Deſideratur etiam LONGOBARDICI nomen; ſed hoc ipſum habere poteſt *Italicus* in complexu.

*Qui omiſſum nomen* Germanicus?

*Vice domini S. Moguntini* TOTIVS GERMANIAE *archicancellarii* ) Sed tamen decretum hoc *Vtini* conceptum extra Germaniam in finibus *Italiae*. Cuius *archicancellarium* inde a *Friderici I.* tempore annoque 1150. egit *Colonienſis*? Iam dixi ſparta eſt *Germaniae* archicancellarii, argumenti cauſa, quod eſt *Germani-*

MOGVNTINVS *expedit* curialia *in* ITALIA, *licet eius* archicancell. COLONIENSIS.

*manicum* tangitque cauſam *principum Germaniae* ſigillatim.

ACTVM & DATVM *apud Vtinum.*) Eſt alias in diplomatibus inter ACTVM & DATVM illa *differentia*. Quod uerbo ACTVM tempus ſignificetur; quo res, in codicillo ſcripta, principi *expoſita* ab eoque uel *conceſſa* uel *negata*. Reſpicit ergo, uti in uernacula dicimus, *den vortrag*. Contra, DATVM, uult tempus, quo codicillus in curia conceptus eſt *uerbis*, in *litteras* relatus & *ſubſcriptus*, in uernacula dicimus, *wann es ausgefertiget und expediret*. Vti igitur in *primo* opus eſt principis *praeſentia*, qui mentem ſuam debet aperire, annuendo, iubendo, prohibendo: ita in *ultimo* princeps poteſt *abeſſe*, quod hoc ſit *curiae imperialis*. Eo praeſertim aeuo, quo non ipſi imperatores *codicillis* nomen ſubſcripſere ſua manu: ſed uel NOTARIVS uel aulae CANCELLARIVS. Dices, qui noſter codicillus DATVS ſit eodem *menſe*, *anno* & *indictione*: quo ACTVM de eo & ab imperatore ita conuentum. Repono fieri hoc uix potuiſſe, ut eodem die aliquid a principe DICTVM & SCRIPTVM ſit in *cancellaria* ſiue *curia* principali. Sed, cum huius *codicilli* non ſit indicatus *dies*, uerum *menſis* ſolus, MARTIVS, nulla dubitatio eſt, quin utrumque fieri potuerit menſtruo ſpatio eodem. Praeſertim, quod ARGVMENTVM *codicilli* litteris iam ante conceptum fuerit in WORMATIENSI DECRETO *an. 1231.* ut opera faciliori nunc VTINI poſſet inſtaurari confirmarique ab imperatore. Interim nomen *menſis* legere neſciuit HEINECCIVS: pro, *Martius*, falſo, *Maius*, legit SCHILTERVS. Qui etiam in eo errat; quod ſuum

*Inter* ACTVM & DATVM *differentiae.*

*Qui tempus* VTRIVSQVE *hic* idem?

ſuum repetat *Sibidatum* in fine; cum ſcriptura hic legibilis ſit VTINVM, etiam cognita ab Heineccio. Ceterum non opus fuerat, in formula, ACTVM, repetere locum *Videnatum*, quem ſcriptor indicauerat iam in codicilli ingreſſu. Vnde uero tanta huius codicilli copia *authographorum*? Dico, in cuiusque *principis* ac *ciuitatis*, etiam municipalis, fuiſſe tum arbitratu; aliquod redimere aere. Vti Francofurtani fecerunt in CAROLI IV. AVREA BVLLA, de quo in *praef. tom.* 2. §. 51. Qua redemtione hodie non eſt opus: quoniam exempla RECESSVVM facilius habentur in prelo impreſſis *typis*. Imo foret etiam autographum difficilius obtentu, ideo, quoniam *manu propria* in ſuis nominibus utuntur *ſubſcriptores*.

*Vnde* TOT *codicilli* AVTOGRAPHA?

# ADPENDIX DE AQVILA BICIPITE, CVIVS ORIGO VINDICATA BRANDEBVRGICO MARCHIONATVI.

VLtimum, quod facere poſſet ad illuſtrandam FRIDERICI II. imperatoris CAPITVLATIONEM an. CIↃ CC XXXII. uere ſic adpellandam, illud eſſet; ut deſcriberetur aurei ſigilli TYPARIVM, curate ex authentico delineatum in infima eius margine. Sed cum alii hac ſparta ante nos defuncti ſint, locus etiam MATTHAEI PARISIENSIS

TYPARIVM *in Friderici II.* CAPITVLATIONE *an.* 1232.

ſis ad ann. 1229. exhibitus alibi (a), in quo typarium Fridericianum deſcribitur plene curateque, ut noſtro reſpondeat: eius argumenti loco, addere hic lubet lucubratiunculam, noſtris muſis ſingularem omnino.

§. 2. Cum hic, tum alibi imperatores, ante FRIDERICVM II. & poſt in *ſigillis*, *numis* & alibi uſi AQVILA, uerum ſimplici. Vnde igitur illa nunc BICEPS, hoc ſolet a multis requiri ac diſputari: quorum ſententias multiplices conduxit congeſſitque nouiſſime *b. m.* Heineccius. AQVILA imperialis SIMPLEX.

§. 3. Vti uero *mille ueritates*, nulli ante cognitas, protuli in lucem, idque cum in omni litterarum genere, tum etiam in cauſis præcipue, tangentibus iura & gloriam DOMVS AVGVSTALIS BRANDEBVRGICAE: ita gaudeo in ſinu, me rurſus conſecutum eſſe aliquid rationibus, quod iuris publici & hiſtoriae interpretes fugit adhuc. *Cauſa* DVPLICIS, *aperta.*

§. 4. Nolo te, lector, ſuſpenſum de- BRANDEBVRGICI *mar-*

(a) Verba MATTHAEI PARISIENSIS ad an. 1229. dedimus in commentario ad AVREAM BVLLAM CAROLI IV. *tom. 2. praefat. §. 52. p. 52.* Sunt autem haec: *Forma AVREAE BVLLAE imperatoris FRIDERICI II. erat talis. Ex una parte IMAGO regia & ſcriptum in circuitu: FRIDERICVS D. G. ROMANORVM IMPERATOR, SEMPER AVGVSTVS. Super dextrum humerum; REX IERVSALEM: ſuper ſiniſtrum REX SICILIAE. Ex altera parte inſculpitur quaedam CIVITAS ſcilicet ROMA & ſcribitur in circuitu: ROMA CAPVT MVNDI REGIT ORBIS FRENA ROTVNDI. Erat bulla aliquantulum maior bulla papae.* Non ouum ouo ſimilius, quam haec deſcriptio noſtro typario.

*chiones uſi* BICIPITE AQVILA.

tinere ac demorari. Res eſt haec: BICIPITE AQVILA *uſi ſunt, duplicis* MARCHIAE *cauſa*, BRANDEBVRGICI *marchiones. Inde* CAROLVS IV. *imperator*, MARCHIARVM *dominus*, VTRASQVE *poſuit ex latere throni, in quo ſedit. Tum, eius filius & ſucceſſor* WENCESLAVS *imperator* DVPLICEM AQVILAM *impreſſit cerei ſigilli imperialis auerſo lateri. Demum* AQVILA BICEPS *ideo in deliciis* SIGISMVNDO *fratri, eius in imperio ſucceſſori atque electori* BRANDEBVRGICO: *ut eadem uteretur etiam in* TYPARIO IMPERIALI. *Poſt quae tempora omnes imperatores* BICIPITEM AQVILAM in ſuis *ſigillis & nummis*, inde a temporibus FRIDERICI V. ad hanc usque aetatem, uſu conſtanti & perpetuo, retinuerunt. Vt adeo BICIPITEM AQVILAM ueteri & nouae *marchiis* debeant archiprincipes *Brandeburgici*: ab his autem BICIPITEM AQVILAM mutuati ſint *Brandeburgici imperatores*: quorum deinceps in imperio ſucceſſores BICIPITIS AQVILAE ceu IMPERIALIVM INSIGNIVM fuere retinentiſſimi.

*Inde acceperunt* BRANDEBVRGICI IMPERATORES.

*Demum eorundem in* imperio SVCCESSORES omnes.

*Contra* BRANDEBVRGICI *ab an.* 1417. SIMPLICI aquila *contenti.*

§. 5. Contra NORIBERGENSES BVRGGRAVII, marchiae *Brandeburgicae* redemtores an. CIↃCCCCXVII. habuerunt illud forte religioni, BICIPITE AQVILA porro uti, ne BRANDEBVRGICVM inſigne idem eſſet, quam IMPERIALE. *Simplici* igitur *aqui-*

*aquila* contenti fuerunt: licet plurium *aquilarum*, id eſt, quatuor demum *marchiarum, domini*. Sed quis negauerit illis, recipiendi INSIGNE AQVILAE BICIPITIS, quae olim BRANDEBVRGICIS *marchiis* tantum non propria eſſe uidebatur. Singula momenta huius argumenti nunc declaranda ſigillatim.

*Argumenta I.* AQVILA BICIPITE *uſi* BRANDEBVRGICI.

§. 6. Principio docendum eſt illud: BRANDEBVRGICOS electores AQVILA BICIPITE uſos fuiſſe ad indicandum *plures* MARCHIAS, *ueterem* praeſertim & *nouam*. Quod demonſtrare omnino licet oculis: ut, qui haec negauerit, ille dubitauerit, ſolem eſſe in meridie.

*Quoniam a]* QVATVOR MARCHIAS *diſtinxere* AQVILIS QVATVOR.

§. 7. Vti enim *Venedis* populis fere omnibus AQVILA inſigne, quod de *Poruſſis*, *Polonis*, olim etiam *Bohemis*, aliisque in uicinia eſt teſtatiſſimum: ita, cum BRANDEBVRGICI marchiones *quatuor marchiarum* eſſent principes, VETERIS iuxta *Albim*: MEDIAE iuxta *Spream* (Sueuum): NOVAE iuxta *Viadrum*: VCARICAE ad *Vcarum* fluuios; deinde ſingulis *marchiis aquilae* inſignia deberentur ſingularis: ideo BRANDEBVRGICI MARCHIONES inſignibus uſi ſunt QVADRVPLIS, quae uariis idolis delinearunt.

*Inde* Marchionis BRANDEBVRGICI inſignia QVADRVPLA

§. 8. Primum fuerat clariſſimum & optimum: quod in unico *nummulo* exhiberent *principem* ſuum, ad *dextram* cly-

a) aquilarum.

clypeis & AQVILIS *duabus*; TOTIDEMque ad *ſiniſtram inſtructum*. TYPOS habes eius generis in noſtra *introductione ad rem monetariam medii aeui cap. 13. p. 218.* ſed plura longe exhibebimus in *tabula I. n. 19.* inferius ſuſpendenda.

b) ſcutorum

§. 9. Deinde in aliquibus numis *aquilae* ſunt omiſſae & quatuor SCVTA (*ſchild*) tantummodo conſpiciuntur ad indicandum QVATVOR MARCHIAS. Saepius etiam figurae *ſcutorum* tam ſunt imperite delineatae, ut habueris facilius pro quatuor CORCVLIS, in infima parte oppoſitis & coniunctis. Exempla itidem conſpicies in *tabula I. n. 13.*

c) corculorum.

§. 10. Quod eo facilius eſt ad credendum, quoniam in *Brandeburgicis nummis* etiam res aliae, ſymboli loco, conducuntur ad numeros indicandos *plurium marchiarum*. Nam ſunt mihi aliqui ad manus, in quibus duae LVNVLAE, ſibi oppoſitae in dorſo, quatuor lateribus additis STELLVLIS QVATVOR (b). Quos *ta-*

d) ſtellularum.

(b) Sunt paſſim conſpiciendi in Brandeburgicis numis LVNVLAE atque STELLVLAE: ut opinari liceat, etiam his locum fuiſſe in *Brandeburgicis inſignibus*, tempore iam Venedorum antiquiſſimo. Saine VIZONIS uterque *numus*, aeuo Caroli M. cuſus ſeculo VIII. habet utrumque. *Similunulam* in capite, adiectis in eius finibus, utrisque *ſtellis* duabus. Vt adeo in tanta numorum STELLATORVM atque LVNATORVM in marchiis *Brandeburgicis* harmonia, credi nequeat, utrasque figuras additas temere aut ob cauſam nudi ornatus & implendi ſpatii. Hoc igitur lumine perfundere liceat nummos VIZONIS, Obtritorum regis, quem primus protulit in lucem & inſi-

*bula*

*bula I. n. 9. 11.* proferet in conſpectum. Vbi etiam deprehendes, quandoque, *e)* ad *quatuor marchias* innuendas, adpoſita fuiſſe nummis LILIA *quatuor*, ut *tabula II. n. 58.* Idque ideo quoniam *ſceptrum* imperiale eſt LILIATVM, technice, *ein lilien ſcepter*, quod gerere ſolet marchio Brandeburgicus, *archicamerarius* imperii.

*e)* liliorum.

§. II. Praeterea *quatuor marchiarum* ſymbolis nullus dubito accenſere CAS-*f)* SIDES *quatuor*, *criſtatas pennis*, inter quas *marchionis* effigies adparet intermedia, uti indicat *tabula I. n. 12.* Sunt porro interdum hac cauſa eadem picti quatuor ORBICVLI, diuiſi *cruce*, teſte *tabula I. n. 5. g)* & *tabula II. n. 63. 62. 72. 97. 102.* Tum paruulae CRVCES QVATVOR per *h)* maiorem quadripartitae, notae eſſe uidentur *quadrupli marchionatus*. *Crucem* uero ideo ſibi iure adrogarunt in inſignibus archiprincipes Brandenburgici: quoniam imperiale *ſceptrum* eſt crucigerum, quod ferunt illi, qua imperii *archicamerarii*. Neque tandem alia cau- *i)* ſa *quatuor* TRIFOLIIS ſuperpoſita eſt *aquila* & in altera numi parte *quadrifolium* inſculptum in *aquilae* meditullio; quam ad quatuor marchiarum indicia & emblemata (c). Effigiem inuenies

*f)* caſſidum

*g)* orbiculorum.

*h)* crucis.

*i)* trifoliorum.

gni commentariolo explicauit *L. B. de* GVNDLING, *Berolini* 1714. Quid? quod etiam *aſſula* ideo *lunatis* alis aquilae *Brandeburgicae* impreſſa eſſe, uideatur.

(c) Hinc forte proferenda cauſa: in

in *tabula II. n.* 58. 45. 43. Sed nec ita eſt ſatis
k) turricularum. aenigmatum. In aliquibus numis enim quatuor adparent TVRRICVLAE ſeu paruæ turres ad habendum & ſiſtendum *quatuor* uel *trium marchiarum* numerum eundem,
l) capitum. uide ſis *tab. I. n.* 25. 21. 33. 36. 99. CAPITA quoque nonnunquam etiam ALAE adparent
m) alarum. *quatuor*, ſi quatuor *aquilis* ipſis non ſat ſpatii, uti in *tab. I. n.* 12. 29. 35. 64. Deinde, niſi prorſus fallor, ideo in *ſcuto Brandeburgico*
n) trabium. quatuor TRABES aut *tractus* & totidem
o) uexilli. faſciae in VEXILLIS *n.* 2. 3. 108. 110. ad *quatuor marchiarum* memoriam. Quodſi eſt, poenitet coniecturae in *Germania principe lib. 3. c. 7. p. 25.*

p) *quatuor litterarum* Otto. §. 12. Ad extremum eſt ualde lepidum illud: quod OTTO marchio BRANDENBVRGICVS etiam quatuor ſui nominis litteras, inſtar myſterii, in QVATVOR diſpoſuerit *claſſes*, ut ita QVATVOR MARCHIAS ſignificaret. Mirum eſt, quam luſerint & uariauerint hic ſculptores in monetis. Imagini enim marchionis in manus dant nunc *duplex* OO nunc TT *duplex*: quas duplicatas litteras nunc ſuperponunt, ſupponuntque iterum: quandoque etiam ſiſtunt in figura *crucis*: nec minus in exiguum *gyrum* compellunt, quas formas multiplices ſiſtet *tabula II. n.* 60. 61. 63. 65. 67.

quare aquilae *Brandeburgicae* hodieque impoſita *aſſula* ſemicircularis, quae deſinit ex utroque latere in TRIFOLIIS. Quae tamen, ob *quatuor* hodie m[illegible] facile poſſent in *qu*[illegible]ti.

§. 13.

§. 13. Inter *ſchemata* haec tantopere diuerſa & multiplicia cauſam requires: quare *archiprincipes* BRANDEBVRGICI tantopere ſoliciti fuerint de QVATVOR MARCHIARVM memoria? Neque enim tantum in numis illas indicarunt: ſed etiam in *diplomatibus* & *litterariis* monumentis. Ideoque frequens formula: MARCHIO QVATVOR MARCHIARVM, certo argumento, illorum principum interfuiſſe plurimum, ne quis *Brandeburgicum marchionatum* crederet tantummodo *marchiae* unius limite circumſcriptum. Quod cum ita ſit: *haud dubie ſuffragii Brandeburgici* ideo eſſent adaugendi numeri: ſi quidem olim in mores iuiſſet, *multiplicatis territoriis* incrementa addere numeris ſuffragiorum. *Vnde* QVATVOR MARCHIARVM *adeo ſacra memoria?*

§. 14. Quanta autem QVADRVPLAE MARCHIAE in numis cura fuerit: ſunt tamen aliqui, numeri etiam TERNARII nuntii, qui *tres* tantum *marchias* innuere uidentur. Omiſſa uel NOVA uel VKARIA. Pertinet huc moneta OTTONIS, cui altera parte TRIA SCVTA inſcripta in iisque *litterae* OTTO interſperſae. Ne autem illae diſtinctae *quatuor* uiderentur aperire ſpatia; ideo *OO duplex* inſtar *duplicati cordis* ſculptum offendes in *tabula III. n. 76.* Huc pertinent *tria trifolia* exſurgentia e trunco eodem aliaque *Qui utro MARCHIAE tantummodo TRIPERTITAE?*

*tab. I. n.* 24. 27. 29. 35. 39. 40. 42. 86. 99. 103. (d).

MARCHIAE, *nouae & antiquae* BICIPITIS AQVILAE *cauſae*. §. 15. Illud ergo nunc agendum & oſtendendum eſt: BRANDEBVRGICAM AQVILAM eſſe BICIPITEM. Nam, ut minimum DVPLICIS MARCHIAE ſeruaretur memoria: illud curatum ſedulo diligenterque in *monetis* & *ſigillis*, ſignis tamen ac ſymbolis diuerſis uere. *Principio* tenet ideo *marchio Brandeburgicus* SCVTA DVO, unum in dextra; alterum in ſiniſtra *tab. I. n.* 4. *II.* 37. Deinde in utraque fert ideo SCEPTRA duo idem cauſa eadem, *tab. I. n.* 10. 32. 39. 41. 53. Poſt in unaquaque manu geſtit marchio in monetis enſem peculiarem, *tab. I. n.* 26. 48. 71. 93. Certo argumento, in ſingulis marchiis ſimilem & aequalem potentatum. Praeterea conſpicitur in manu eadem *marchionis Brandeburgici* DVPLEX CLAVVS uel TELVM, in *tab. I. n.* 10. *II.* 46. *III.* 82. 83. Porro quoties DVAE AVES ſ. aquilae in monetis comparent, quas uel marchio tenet in utraque *manu*, uti *tab. I. n.* 13. 23. *II.* 64. *III.* 73. 75. 78. uel utraque ſibi oppoſita, intermedia ſiue *ſceptro*, in *tab. I. n.* 13. *II.* 37. *III.* 78. ſiue *turricula*, in *tab. III. n.* 73. 94. etiam reſpicere ſolent ad *duplicem*

*Inde* DVO *a*) ſcuta, *b*) ſceptra, *c*) enſes, *d*) tela. *e*) claui. *f*) aues.

(d) Sed omnes *Brandeburgicos numos*, ex inſtructiſſimo eorundem adparatu, commentario illuſtrabit *uir ſumme reuerendus Ioannes* RAV, *praepoſitus Berolinenſis*. Cui mea ſymbola confero lubens. Debeo etiam hac occaſione gratias uiro, rei nummariae peritiſſimo, *Nicolao* SEELAENDERO, qui *Hannouerae* id agit, ut bracteatos numos tam delineet ſcite, quam illuſtret commentariis. Quorum ſpecimina mihi ſaepius beneuole tranſmiſit.

*marchi-*

*marchiam.* Idem iudicium eſt de CRVCIBVS DVABVS in *tab. II. n. 39. 41. III. 74. 87. 88. 89.* [g] quae inſtar ſunt Brandeburgici ſceptri, cum ex ipſo FRIDERICI II. typario noſtro conſtet, *ſceptra imperialia* habuiſſe *crucem.* Sed hoc illud eſt, quod gerere ſolent *Brandeburgici* electores, S. R. I. archicamerarii. Hinc in monetis *marchio* multoties in *dextra* tenet *enſem*; in ſiniſtra *ſceptrum* ſiue crucem, lilia, clauem in *tab. I. n. 2. 6. 10. III. 79.* Tum hoc ſingulare, quod in *Brandenburgicis numis* DVO VEXILLA [h] conſpiciantur, quæ *marchio* tenet in utraque manu, *tab. I. n. 6. 49.* ad ſignificandum partiter *duas marchias.* Quo demum non minus reſpi- [i] ciunt CASSIDES DVAE *n. 37.*; duo LILIA *n. 28.* [k] [l] *39. 41. 44. 53.*; TVRRICVLAE duae *n. 94. 25. 31.*; [m] STELLVLAE duae *n. 80.*; duae LVNVLAE *n. 11.* [n] CORCVLA [o] duo; duo humana CAPITA, [p] criſtata tamen *n. 2. 37. 34.*; ALAE duae *n. 77.* [q] ſigillatim de quibus ſupra egi §. 9. 10. 11. idolis indicatis ſimul.

g) cruces.
h) uexilla.
i) caſſides.
k) lilia.
l) turriculæ
m) ſtellulae.
n) lunulae.
o) corcula.
p) capita.
q) alae.

§. 16. Ceterum quid de illis numis [r] ſentiendum, ubi in eodem compareant duo PRINCIPES, tenentes unum ſceptrum intermedium ſimul? Commune regimen innui *fratrum duorum*, dixi *introduct. ad nummos bracteatos cap. 13. p. 218.* Neque poenitet coniecturae etiamnunc: niſi quis doceat, *duas marchias* etiam ita ſignificatas fuiſſe. Idque in *tab. I. n. 32. 48. 85.* Praeſertim cum *tabula I. n. 2.* ſiſtat mo-

r) *Quid* principum *plurium imagines in* moneta eadem?

 netam,

netam, ubi principi ſubiacent alii duo cum clypeis & *ſcutis cum trabibus*, forte indiculis *plurium marchiarum*. Interim cauſa etiam eſſe potuit alia imaginum plurium in numo eodem. Nam *Romani* & *Graeci* imperatores ſuae adiunxere imagines uxorum; filiorumque. Quod exemplum num imitati marchiones noſtri, de illo ſentiant ac iudicent alii.

BRANDEBVRGICAE aquilae BICIPITIS *exempla in 1) numis.*

§. 17. Cum igitur ſatis nunc clarum ſit: ſignificauiſſe BRANDEBVRGICOS *marchiones duplicem marchiam* ſymbolis multiplicibus ac diuerſis: nemo quoque dubitare poterit, illos BICIPITE AQVILA ſua non minus ad *duas marchias* reſpexiſſe. Accedit, quod in *tab. II. n. 69. 70.* ubi in altera nummi parte AQVILA BICEPS adparet; in prima ſiſtatur ideo *marchio*, ENSES DVOS gerens, unam *dextra*, alteram *ſiniſtra*. Certo indicio, utrumque latus eundem habuiſſe finem, id eſt, ſymbola *principatuum duorum.* Alter numus in *tabula III. n. 81. 82. 83. 84.* teſtatur idem. Nam *bicipiti aquilae* iungit *clauum duplicatum* ob cauſam eandem.

AQVILA BICEPS Brandeburgica 2) *in* SIGILLIS *a) Caroli IV.*

§. 18. Priſtinum igitur morem imitati ſunt CAROLVS IV. filiique eius WENCESLAVS atque SIGISMVNDVS: ut, quam AQVILAM BICIPITEM electores Brandeburgici in *numis* & *monetis* adhibuerant, illi etiam eandem adponerent ſuis ſigillis, qua

qua domini *Brandeburgici marchionatus.* Principio enim *Carolus IV.* non alio fine utrumque inſtruxit latus & ſolium *aquila* peculiari, quam quod Brandeburgici marchiones in numis exhibuerint *aquilas duas*, quarum ſchemata habes in *tabula II. n. 69. 70. 73. 77. 78. 81. 84.* Sigillum Carolinum exhibet, poſt plures, BECKMANNVS *in hiſtor. Anhald. part. IV. c. 3. p. 518.* Has enim aquilas non *Imperiales* eſſe, plura fidem faciunt. Nam tenent roſtris ſuis *inſignia*, *Bohemicum leonem*; & *aquilam imperialem* forte inſtar telamonum. Quod tam indignum eſſet, quam illud, imperatorem ſeruire regi aut archiprincipi electori. Deinde imperialis aquila eo tempore ſimplex & unica: ſed *Brandeburgicae duae* aut *biceps* unica. Vt adeo ſit opinabilius, Caeſarem morem priſtinum ſequi maluiſſe, quam aliquid nouare. Taceo, ex AVREA BVLLA Carolina eſſe manifeſtum: *typarium imperiale* eundem maluiſſe ROMAM, *caput mundi*, quam aquilam concorporatam.

§. 19. De WENCESLAO, Caroli IV. in imperio ſucceſſore res clarior: quod AQVILA BICIPITE BRANDEBVRGICA uere ſit uſus in *ſigillis*. Nam deſcripſit *Wenceslauianum* ſigillum curate librarius DOBRELVCENSIS in *tom. I. reliquiar. n. 289. p. 415.* his uerbis: *Fuit etiam in dorſo iſtius magni ſigilli impreſſum PARVVM SIGILLVM*

*b) Wenceslai aquila biceps* BRANDEBVRGICA *1383.*

*LVM de cera rubea, praeferens AQVILAM expanſis alis & DVO CAPITA habentem.* Erat enim eo tempore *mos curialis*; quod in utraque *cera* adpareret *typarium* ſingulare. *Vnum, in quo imperator ſedebat in archiſolio & ſella imperiali: alterum, in* quo *gentilitium inſigne* referebatur. Auctor DOBERLVCENSIS in *Reliqu. tom. I. n. 288.* etiam primum nobis delineat uerbis, conceptis in uernacula: *An dem INGESIEGEL ſiet man ſitzen ein* bilde *eines gekröneten* mannes, *uf eym* geſtülde, *das gar meyſterlich mit* ſaulen *und mit* fenſtern *gezieret iſt. Und hat in der rechten hand ein* ſcepter; *in der lincken einem apfel und darauf ein.* crüce. *Unter dem bild ſtet auf eine ſite ein ſchilt mit dem* adler; *auf die andir ſite mit ein* lewin. *die* umſcrifft: *WENCESLAW VON GG. ROM. KONIG, ALLEZEIT EIN MERER UND KUNIG ZU BEMEN.* Sed non opus eſt uerbis, cum ipſam effigiem nobis exhibeat BEKMANNVS *in hiſtoria Anhald. part. IV. c. 3. tab. 3. n. 5. p. 519.* In auerſa igitur *ſigilli* parte, pendentis a diplomate an. 1385. conAn. 1385. cepto habetur: *AQVILA BICEPS, cui inſculptus Bohemicus LEO, cauda biſurca.* In epigraphe dextri lateris habentur uerba: *WENCESLAVS D. G. ROMANORVM SEMPER AVGVSTVS ET BOEMIE REX.* Supereſt etiam typarium idem in Magdebur-

deburgico *tabulario principali*, quod teſtor archiota *tab.IV.n.105*. Quid uero dicendũ de hoc CONCORPORATAE aut BICIPITIS AQVILÆ monſtro? Num Wenceslaus illam adhibuit qua *rex Romanorum*; an uero qua *Brandeburgici marchionatus* heres. Vltimum poſſet forte adfirmari. Cum quod *Wenceslaus REX Romanorum* fuerit, qui *ſimplici aquila* ſolet hodie acquieſcere, cum IMPERATOREM *ſolum* deceat *biceps*. Quod diſcrimen FRIDERICVM V. obſeruaſſe, exemplis ſigillorum oſtendit WEKIVS *in hiſt. Dreſd. p. 23. n. 6. 7.* (e) Deinde quod ouum ouo non ſimilius, quam *biceps* haec aquila *Wenceslai*, uetuſtioribus *Brandeburgicis*, quas dedimus in numis. Tum, *imperialem aquilam* dorſo imprimere ſigilli; illud eſſet indignum. Demum cum *imperialis aquila* ſimplex in magno ſigillo pendeat; eſſet inſtar portenti, in dorſo eius eandem adparere *bicipitem*. Sed demus; BICIPITEM AQVILAM WENCESLAI tribuendam *imperio* aut *regno Romano*: manet tamen illi gloria conſilii & originis: *qua AQVILAM BICIPITEM BRANDEBVRGICAM intulit primus inſigni IMPERIALI.* Nam illius ſucceſſores *SIGISMVNDVM, FRIDERICVM V. MAXIMILIANVM I. CAROLVM V.* loco *IM-*

*aut ſi mauis* IMPERIALIS.

(e) Imo ante eum *SIGISMVNDVS rex Romanorum* uſus eſt *aquila ſimplici*, ut uidere eſt apud BEKMAN. *in hiſtoria Anhald. part. IV, c. 3. p. 519.*

*PERI-*

*PERIALIS SIGILLI* habuiſſe *AQVILAM BICIPITEM*, expuncto *ſimplici* & unica, imo *Romae* illius, *capitis mundi*, idolo reiecto: illud auctoribus, exemplis & effigiebus eſt teſtatiſſimum. Vt adeo *metamorphoſeos* huius, magnificae & glorioſae, auctor & actor ſit WENCESLAVS imperator. In quem effuſae calumniae, nouo argumento, diſpelluntur: quod non fuerit homo conſilii nullius.

c) SIGISMVNDI *atque* FRIDERIC V. aquila biceps BRANDEBVRGICVM βραβεῖον S. R. I.

§. 20. Poſſet tamen urgeri: *etiam Sigismundum BICIPITE AQVILA uſum fuiſſe ob cauſam marchiarum BRANDEBVRGICARVM*, non imperii ergo; ſed *FRIDERICVM V.* imperatorem demum captum fuiſſe deceptumque: ut ex *Sigismundi* imperatoris ſigillo requireret AQVILAM BICIPITEM adpellaretque illam primus idolum IMPERIALE. Idque ſiue ex ignorantia & commixtione ſigilli *Brandeburgici* cum *imperiali* ſiue data opera & *conſilio* maturo, ad TESSERAE AVGVSTALIS incrementum: ne porro acquieſceret imperator *ſimplici aquila; bicipite* relicta ſoli archiprincipi *Brandeburgico*. Neque uel ſententia haec ſtudio noſtro eſt aduerſa. Qui uolumus hoc: *TESSERAM IMPERIALEM bicipitis aquilae BRANDEBVRGICIS referendam marchiis* & archiprincipibus marchionibus. Vt adeo ultimis AQVILAE BICIPITIS gratia & gloria deberi uideatur nihilominus.

§. 21.

§. 21. Sed dices, inueniri tamen BICIPITES AQVILAS, quibus ante uſi ſint imperatores *Romani*; quam *marchiae* natae ſint *Brandeburgicae:* ut adeo primis magis, quam ultimis origo adſcribenda eſſe uideatur. Sed de his ipſis hic uidebimus. Principio dum ſumtuoſisſimum opus *columnae Traiani*, quod *Alfonſus* CIACCONIVS, *Hiſpanus* edidit cum deſcriptione & figuris *Romae* 1576. *f.* uoluerem hoc fine manu; *ut inter militares clypeos AQVILAM inuenirem DVPLICATAM:* incidi demum in p. 38. ubi miles ſcutum leuat, in cuius meditullio *corona* & exutroque latere *aquila ſingularis.* Quem clypeum ideo dedi in *tabula IV. n.* 90. ſed abeſt haec effigies longiſſime ab *aquila concorporata.* Vt adeo hic nil poſſit conferre ad rem. Fruſtra igitur eſt FRESNEVS *in diſſert. de numiſm. c. XI. p.* 7. dum ſcribit: *quando uero BICEPS AQVILA inuecta fuerit, non planum eſt, adſequi. Cum nec in imperatorum uel conſulum numis nec in ceteris rei antiquariae monumentis occurrat. Praeterquam in columna TRAIANI, Romae. In qua militis clypeo inſcripta uiſitur.* Exſcripſit uero hic *Freſneus* Lipſium, quem non intellexit. Certe LIPSIUS *in analect. ad militiam Rom. ad dialog. II. p.* 278. in effigie ſiſtit clypeum, cui teſſera inſculpta aquilae bicipitis, quam pariter

*Quid de* AQVILA BICIPITE Traiani?

Antonini?

riter ſuſpendemus in *tabula IV. n. 95*. Verba autem, quibus illam illuſtrat, ſunt hæc: *Adnotaui & alibi* (puto in columna Antonini) *duplicem AQVILAM, CONCORPORATAM, ſicut in IMPERII inſignibus hodie ſolet.* Vtinam typus *columnae Antonini* eſſet ante oculos. Nam VILLANEVM, STRADAM & alios plures, ceteroquin non

I. Caeſaris. ſpernendos auctores, in *aquila bicipite*, nunc Iulio Caeſari; nunc Conſtantino M.

Conſtantini M. iterumq; Carolo M. adſerenda, uti ſuppoſititiis numis teſtimoniisq;, illud quidem

Caroli M. ante nos uiderunt & deplorarunt uiri do-

Byzantinorum. ctiſſimi. De *Byzantinorum* inſtitutis agit FRESNEVS titubatque etiam ipſe in eorundem definitione. *Zarum* deniq; Ruſſorum

Ruſſorum. bicipitem aquilam multis ſeculis ante adhibuiſſe, inſtar ſymboli *Byzantini imperialis*, ad conſeruandam ſuccedendi ſpem, illud quidem tradunt ſcriptores aeui recentioris. Quicquid ſit: nemo tamen crediderit, hunc morem, bicipite aquila uti, mutuauiſſe inde BRANDEBVRGICOS IMPERATORES, ſtirpis *Luzenburgenſis*. Et quis crediderit in Lazii teſtatiſſimis antiquitatibus, poſt Antonini columnam, aliam nullam memoriam *conſeruatam aquilae concorporatae*, ſi quidem illa, inſignium Latii loco, unquam fuiſſet.

*Num* aquilae *naſcantur* BICIPITES? §. 22. Eſt etiam fabella alia, ante biennium reuocata in memoriam. Eſſe enim

enim *Africae* quaedam loca, ubi naſcantur *aquilae bicipites*, ſine ullo naturae portento. Cum igitur Carolus V. in Africana expeditione ipſe deprehendiſſet eius naturae aquilas: ex eo demum tempore prohibuiſſe eundem, ne imperialibus inſignibus alia inſculperetur porro, quam BICEPS. *Vulgarium nouellarum* fides nuper fuerat eadem: *nauem Hiſpanicam pariter ibi* offendiſſe *bicipitem aquilam*, uolantem in nauiculatorum conſpectu. Quam ideo ceperint ſocii nauales miſerintque regi Hiſpaniarum, ut aleret, memoriae cauſa, in auiario. Verum enim uero ante *Carolum V.* alios imperatores *bicipitem aquilam* habuiſſe loco *imperialis teſſerae*, illud quidem §. 18. 19. 20. dictum eſt probatumque. Neque huius loci eſt hiſtoria naturalis uel *ornithologia*. Quoniam monſtra etiam naturae indolem rectam habent in *Heraldicis inſignibus*, quae fingere licet & comminiſci ſomniando.

§. 23. Diſputari ſolet hodieque: *num aquila imperialis ſit* CONCORPORATA, *an uero, corporis unius, tantummodo* BICEPS? Primum uolunt *Cuſpinianus*, *Flazius*, alii: alterum *Bellarminus* in *diſſidiis de translatione imperii tom. I. pag. 1169.* Primi hoc ſtatuunt ideo, quoniam perhibent; Germanos duas *aquilas*, Varo ereptas

Aquila *num* CONCORPORATA, *an* BICEPS?

Oo ac-

accepiſſe, ſymboli ac teſſerae loco, aduerſus Romanos. In quorum imperium ſibi adrogauerint ius. Sed merito ridet commentum *Bellarminus*, quod Vari uictor Arminius de his *bicipitis aquilae* inſignibus ne quidem cogitauerit ſomniando. Vt potius conſtet, illa demum ſeculo XIV. adhibita ab imperatoribus Germanis, eo forſitan fine, ut unum caput *occidentem* reſpiceret: alterum uero *orientem*, iamnunc a Turcis ſubactum. Verum uti hos auctores latuit omnino *bicipitis aquilae* uera origo: quae neque Vari *legionibus* debetur; neque diuiſo imperio in *occidentem* ac *orientem*; ſed teſſerae *Brandeburgicae*, imperiali typario additae ab *imperatoribus Brandeburgicis*: ita facile nunc eſt ad definiendum, quod hoc inſigne *aquilas plures*, uti plures *marchias*, coniungat, copulet ſocietque, ut *concorporatas*, necquicquam ut *biceps monſtrum*. Inde enim Marchiae monetas *duas aquilas* ſiſtere uere, ſceptro intermedio, re ipſa oſtendimus §. 15. ſuperius.

Aquila bicipite *num interdictus* Rex Romanorum? §. 24. Ceterum inter *fictitia diſcrimina*, licet uſu curiali hodie introducta, poſſum omnino referre, *primo*, quod *aquila bicipite* uti nequeat, niſi princeps *Romae* inauguratus a *pontifice*: deinde, quod *ſuffectus* imperator, *rex Romanorum ſimplici*

*plici aquila* debeat acquieſcere; necquicquam adfectare duplicatam. Vſus eſt horum curialium inſtitutorum magiſter; non ratio aut argutiae. Opinatur quidem WEKIVS *in hiſt. Dreſd. p.* 23. quod ante Fridericus V. *ſimplici aquila* ſit uſus; poſt demum *bicipite*, quam Romae eſſet inauguratus. Verum eſt hoc aduerſum AVREAE BVLLAE CAROLINAE omnino *tit.* 26. Nam eligunt *ſeptemuiri* imperii candidatum, *Aquisgrani* euehendum in *imperatorem*, non *Romae* demum. Vt adeo nulla cauſa ſit, ab eodem diſſimulari *imperiale diadema*. Taceo, quod WENCESLAVS *bicipite aquila*, ſit uſus, qua Romanorum *rex*, non qua *imperator*. Niſi reſpexerit ad *Brandeburgicum* Marchionatum, quo de ſupra §. 19. Inde Carolus V. etiam *bicipite aquila* eſt ante uſus: quam *Bononiae*, pontificis manu, eſſet unctus & conſecratus. Quem etiam morem ſecuti ſunt illius, ad noſtram usque aetatem, ſucceſſores. Quod *ſuffectos* imperatores attinet, olim *Caeſares* adpellatos, poſt, in Germaniae curiis, *reges Romanorum*, neque his cauſae idoneae *ad ſimplicem aquilam*. Nam uti, uulgi ſermone, dicimus: *cingendum* pro *cincto* habendum; deinde *apanagiati* etiam gaudeant inſignibus iisdem cum principe regente: ita inconcin-

num nihil, *Romanorum* etiam *regi* indul-
gendam teſſeram imperialem, *aquilam bicipitem.* Nulla *lex* aut *ratio* interdicit
eum *aquila bicipite*: quo autem tempo-
re in mores iuerit, quod *ſimplici aquila*
illi acquieſcendum: hoc quidem expo-
nant illi, quibus aditus ad *tabularium imperiale.* Nam potuit huius inſtituti
cauſa eſſe haec: ne, uiuo imperatore,
ſibi aliquid ſumat *Romanorum rex*, tot
ſchematibus admonitus *tituli*, *diadematis*, *ſigilli* aliorumque, inferioribus lon-
geillis, quae decent *imperatorem.*

Aquila 1) TRICEPS 2) QVADRIFIDA.

§. 25. Sed, ut eo certior ſis, CAPITA AQVILARVM ad numeros reſpexiſſe BRANDEBVRGICARVM *marchiarum*: damus *numos*, quibus nunc *tria*, nunc *quatuor capita* inſculpta ſunt *aquilina.* Vt ſcilicet uel *trium* uel *quatuor* marchiarum indicare debuerant dominia. Cum notum ſit, *marchias* quandoque *diuiſas*, quandoque *pigneratas* fuiſſe: imo aliquot principes *marchionatum Brandeburgicum* uoluiſſe *quadripartitum*, alios rurſus *tripartitum*, iterum alios *bipartitum.* Vt adeo nequeat numerorum diuerſitas turbare circulos rationis & ueritatis; hiſtoriae luce facile concilianda. Non alibi ergo, quam in *Brandeburgica* domo *aquilarum* tot genera, ſortes, figuras diſpariles ac uarietates inuenies: ex quo prom-

promtuario etiam Germania requiſiuit accepitque *aquilam imperialem*.

§. 26. Sed urges, *Brandeburgicae* tamen *aquilae* impreſſam eſſe *curuam falcem* aut *ſimilunulam*, deſinentem in *trifolio* aut *quadrifolio*, quibus figuris careat imperialis. Vt *rubrum* colorem taceam, cum imperialis ſit *niger*. Verum quod principio ad *falcem* attinet, illa abeſt ſaepius ab *aquilis Brandeburgicis*. Quod iterum *nummi* docent, qui exhibent *aquilam ſtantem*, alis ſubmisſis, necquicquam expanſis. Quorum exempla offendes in *tab.I.n.13. III.73.75.78.* Poſt uero quam in mores iuiſſet apud *rerum heroicarum artifices*, animalia in teſſeris alia nolle, quam in *actu* conſtituta, non *quieſcentia*: igitur *Brandeburgica* quoque *aquila* in nummis & ſigillis, non alia, quam *uolitans*, explicatis *alis*. Fefellit, hoc alios. Cum enim paſſim uiderent *affigi* in *ualuis accipitres*, miluios, animalia nociua & rapacia idque *alis expanſis*, imo his ſuperponi *aſſulas*, ne *claui alas* nudas uel tranſirent uel rumperent; idem putarunt in *heraldicis aquilis* exprimendum. Vt adeo illae non tam *uolantes* ſint: quam clypeis *adfixae*, ſuperpoſita *aſſula alis*, ne uellerentur. Hae cauſae illius *falcis* aut *ſemilunulae*, in coloribus adeo *multiplicis*, pro diuerſitate he-

AQVILAE *Branbeburgicae* quid procurua FALX &

*heraldicarum aquilarum.* Quarum plurimae uti his *aſſulis* carent: ita etiam *imperialis* illis deſtituitur. Extremitates ASSVLAE huius habent quoque ſuos reconditos ſignificatus ac ſenſus. Cum enim docuerim nummis, qui *tabula II. n.* *59. 86.* ſuſpenſi, quod *marchiarum Brandeburgicarum* numeri indicati *nunc trifoliis* iterumque *quadrifoliis*, ut ſcilicet uel *noua* marchia uel *ucaria* omittendae: nemo etiam poterit dubitare, aquilam *Brandeburgicam* ſimplicem, hoc fine *trifoliis* inſtructam, ut etiam ex ſimplici conſtet, *marchiam* eſſe *tripartitam* aut *quadripartitam.* Hinc eſt, quod in *aquila bicipite* Brandeburgica nullae *aſſulae*, *lunulae*, *ſemicirculi tab. III. n. 81. 84.*; quod tum *capita* ſint ſatis ad indicandum marchiarum numeros. In *ruſo* ſeu *rubro* colore *aquilae Brandeburgicae* etiam hoc meretur notam: quod *aquilae cohortales* uel *legionariae* pariter hoc colore tinctae multoties in ſignis militaribus, ut *ſanguinem* ſpirare & hoſtibus terrorem incutere, uiderentur. Quae etiam ratio haud dubie barbaris, ut marchiam ita ſignificarent militarem, inſtructam militibus praeſtantiſſimis. Qui uero *flauus* color in aquilae Brandeburgicae *roſtro*, *lunula*, *cruribus*, *unguibus?* Erat omnino *ſanguine*, id eſt, fortitudine & uicto-

*Cuius extremitates* a) TRIFOLIA b) QVADRIFOLIA.

*Qui color* RVFVS?

FLAVVS *in* *a) roſtro* *b) aſſula* *c) cruribus* *d, unguibus?*

uictoria dignum *aurum*, inſtar praemii. Fabellas alias de *formula Chriſti*, Venedis paganis obtorta armis ac ferro indeque *aquilae rutilae* ducendis originibus, legere licet apud ſcriptores uulgaros. Sit etiam innocentiae argumentum *color albus*, quo clypeus tingi debet, cui aquila Brandeburgica debet inſcribi. Omnia alia, dices, offendi in *aquila imperiali?* Sed uſi imperatores diu ante *aquilis* ſuis *nigris* & clypeis, quam inſtruerent illas *bicipitio* ſeu eas facerent BICIPITES. Atque ultimum demum *Germanicum* imperium acceptum ferre marchionatui *Brandeburgico*; hoc eſt, quod primus uolueram docere idque in gratiam gloriamque archiprincipatus BRANDEBVRGICI. ALBVS *in clypeo.*

## APPENDIX II.
# RECENSIO IN AERE EXHIBITORVM NVMMORVM, POTISSIMVM BRANDEBVRGICORVM, SECVNDVM NVMEROS ET ORDINES TABVLARVM.

*Occaſio ad ſtudium rei nummariae.*

§. I. CVm multis adhinc annis inter otia a grauioribus negotiis ſtudioque iurisprudentiae, collegerim *nummorum medii aeui* adparatum, non ſpernendum: occaſione hac aeri paſſus ſum incidi illos, qui uel BRANDEBVRGICI ſunt uel faciunt ad eorundem illuſtrationem. Nam ex quo tempore an. CIↃIↃCC IX. in *cap. XV. introductionis* ad *rem monetariam medii aeui* fidem meam dedi, de *maiori pretio* ſoluendo nummorum uenditoribus, quam pondus & ratio eorundem fert argenti & aeris: plures, praeſertim Iudaei, mihi illos attulerunt uendideruntque. Vt menſtrua uere ſupellex mea acceperit incrementa.

*Ordo numerorum.*

§. 2. Equidem in animo fuerat, diſponere hos nummulos in certas claſſes ac ordinem: ſed chalcographus non ſemper mihi praeſens fuit. Quapropter ille penſa, uti accepit, ita abſoluit reddiditque in tabulis ac numeris illos, ut uenit quisque eidem in manus uel ut ſpatii & marginis ratio requirere uidebatur.

Tabula I.



tur. Habes igitur illos ordine ac numeris, qui iamnunc ſequuntur, cum deſcriptione, binis uerbis abſoluta curſim & per epitomen.

# Tabula I.

Num. 1. OTTO BRANDEBVRGICVS eques PARMATVS cum ENSE, LORICA, CLYPEO, CASSIDE. Ab hoc typario non multo diuerſus, qui habetur *num. 107*. *Num. 1.*

Num. 2. OTTO BRANDEBVRGICVS iterum conſpicitur: ſed ſtans, tenensque *dextra* manu *enſem*; ſiniſtra *uexillum*, ſtriatum. Ex utroque latere *ſceptra*. *Laureatum* unum; alterum *liliatum*; ob ſymbolum muneris *archicamerarii*. Num *duo homines*, pedibus illius ſuppoſiti, *duos filios* ſiſtant *Ottonem* & *Albertum*; an uero *ſatellites* duos, ad ſignificandum *duas marchias*, illud nolim ego definire. Nam filiorum his imagines eſſe, hoc ideo mihi non uidetur opinabile: quoniam plures habuit. *Num. 2.*

Num. 3. Idem OTTO cum *uexillo* & *ſceptro* liliato. Adpoſito *ſcuto*, cum *trabibus*, uulgo Ballenſtadienſibus aut potius *marchicis* ob marchiarum numeros. Pendet ei *pallium* ab humeris, purpureum cum *uellere herminio*, ſubdititio. Vnde conſtat, hoc *uellere* uti licuiſſe *Brandeburgico archiprincipi*, inſtar regum: *Num. 3.*

qui hoc indumentum habuere iure praecipui, ut inde formula *pellitorum regum*, de qua egimus in *opuſculis miſcellis* plene planeque de *formula marchiae*.

Num. 4. 5. Num. 4. 5. eſt *ſolidus*: ubi in primo latere *marchio* ſiſtitur cum *duabus alis* aquilae marchicae & *ſcutis duobus* haud dubie, quibus aquilae pariter inſcriptae. De *cruce* agemus num. 62. 63. 65. 72.

Num. 6. 7. Num. 6. 7. eſt ſolidus. Marchio cum *uexillo* & *claue*, adiecto in media eius parte *lilio*. In parte auerſa adparent *lilia quatuor* ſibi oppoſita inſtar crucis, ſiue ornatus ergo ſiue ob *quatuor marchiarum* numeros.

Num. 8. 9. Num. 8. 9. ſolidus OTTONIS MARCHIONIS cum effigie & ſuperpoſita *cruce*. In altera parte *marchio ſtat* inter *ſtellas* quatuor ad ſignificandum *quatuor marchias*.

Num. 10. 11. Num. 10. 11. in *ſolidi* una parte hac *marchionem*, inſtructum ſiue *haſtis duabus* ſiue *ſceptris*, ſiue *uexillis*. Quicquid ſit; augere ſymborum numeros idque in minutisſimi moduli nummulis, neque rationem habet neque morem aeui illius. Vnde iterum puto, ſignificari ita *marchias duas*. Sed in auerſa parte *quatuor ſtellae* ſigna iterum *quatuor marchiarum*. Interiectis *duabus lunulis*. Nam archiprincipatus Brandeburgicus *bipartitus* eſt, intuitu marchiarum *ueteris* &

*nouae*;

*nouae: quadripartitus* autem, ſi accenſu- eris his *mediam* & *Vkariam*.

Num. 12. 13. *Marchio* inter *quatuor caſſides*. Qua cauſa? Sane alia non, quam ob *quatuor* marchiarum numeros. In auerſa parte *duae aquilae*, *ſceptro* forte *liliato* intermedio: ſuperpoſito *quadrifolio* marchico. Quod etiam n. 15. 45. 43. 54. inuenitur. *Num. 12. 13.*

Num. 14. 15. *Marchionem* habes inter *parmas* ſeu *corcula quatuor* ob *quatuor* marchias. *Trifolia* marchica ob *ſceptrum liliatum*, in parte aduerſa comparent cum hic, tum alibi n. 27. 28. 36. 36. 58. 125. *Num. 14. 15.*

Num. 16. 17. admodum ſingularis exhibetur in eo nummus *quatuor capitum aquilarium*, in collo oppoſitorum coniunctorumque, inſtar crucis ad ſignificandum *aquilas quatuor* & per has *quatuor marchias*. Tantum igitur abeſt, ut dubitare queas de *aquila bicipite Brandeburgica*, ut potius hic portentum habeas QVADRICIPITIS aquilae Brandeburgicae. Eodem modo n. 29. *tres alae* ſibi iunctae ad denotandum *tres aquilas* trium *marchiarum*. In primo latere marchio ſtat cum *ſceptro* liliato & *enſe*; ſuppoſitis ex utroque latere *ſcutis duobus*. *Num. 16. 17.*

Num. 18. 19. In prima facie legis nomen OTTONIS marchionis Brandeburgicae cum *aquila*: in altera uero *marchio* *Num. 18. 19.*

*ſtat*

*ſtat* cum *quatuor* iterum *ſcutis* & *aquilis* ad denotandum quatuor marchias. Nam alias abſurdum fuiſſet, inſignia in nummulis multiplicare temere, praeter omnem cauſam.

Num. 20. 21. Num. 20. 21. *Marchio* ſedet in *arcu* cum *uexillo* & ſcuto, cui *aquila* inſcripta & ſuperpoſita caſsis. In altera parte tres *turriculae* ſuppoſita *aquila*. Nam *turres* adhibuere marchiones etiam alibi, ut num. 31. 33. 36. 42. 73. 94. 99. reperies. Vt vix audeam, talia habere tantum, inſtar ornatus, aut *urbium* argumenta.

Num. 22. 23. Num. 22. 23. De *marchione*, tenente duas *alas* in utraque manu, ſuppoſitis *ſcutis* duobus, nullus dubito; nam eandem effigiem habuimus n. 4. Quid vero in auerſa parte ſibi velint *tres corollae*, *aquila* intermedia, iudicent alii. Sane etiam n. 101. *corona* adparet in nummo *Ludouici* marchionis. Vt adeo nihil prohibeat, quo minus etiam hic *marchiarum* numeros indicatos fuiſſe, exiſtimemus. Taceo num. 24. qui ſequitur.

Num. 24. 25. Num. 24. *tria ſceptra liliata* ſibi opponuntur ex infima parte, interiectis *tribus coronis*. Num. 25. marchio *duas turres* habet in manu utraque. Vnde firmatur, quod n. 20. 21. diuinauimus.

Num. 26. 27. Num. 26. 27. Marchio geſtat *duos gladios*

*dios* in utraque manu. Abſonum hoc eſſet, niſi utriusque marchiae numeris poſſet ſuſtineri. In altera parte n. 27. *ſcuta tria* cum *trifoliis* & *quadrifoliis* marchicis, uti ſcripſimus ſupra *num. 14. 15.*

Num. 28. 29. Prima facie ſiſtitur *marchio* cum *caſſide* criſtata & *toga*. Dextra tenet ille *gladium*, ſiniſtra *ſcutum*; ſuppoſitis marchicis *trifoliis*, ut num. 14. 15. ſed alterum latus *tres alas*, ſibi in gyro oppoſitus, ſiſtit ad numeros *trium aquilarum* & *trium marchiarum* Brandenburgicarum, uti habuimus ſupra *n. 16. 17.* Num. 28. 29.

Num. 30. 31. nihil habet ſingulare. Nam marchio geſtat *uexillum* & *ſcutum*: in altera facie *duae turres*, inter quas interpoſita *caſſis criſtata* & ſuppoſita *aquila* in ſcuto. *Caſſidum* numeros indices eſſe numeri marchiarum illud uidimus *n. 12.* Num. 30. 31.

Num. 32. 33. IOHANNEM & OTTONEM III. fratres marchias in ſocietate rexiſſe nomine communi ad an. 1260. usque, notum eſt. Igitur non inanis coniectura hos fratres referri in hoc nummulo. Vterque una manu tenet inter medium *ſceptrum*, altera *enſem*. In auerſa parte comparent *turriculae*, teſſerae Brandeburgicae, quod dictum num. 20. 21. ſuperius. Num. 32. 33.

Num. 34. qui *bracteatus* eſt, pariter exhibet Num. 34.

hibet

hibet duos *uultus principales*, intermedio *ſceptro* archicamerarii Brandenburgici.

Num. 35. 36. Num. 35. 36. ſubobſcuri exempli. In primo latere *marchio* ſtat tenetque una *lilium*, inſtar ſceptri *archicamerarii*: altera caput *aquilae*. In auerſa parte *turriculae* tres, uti n. 20. 21. dictum atque *Brandeburgica* trifolia tria, de quibus n. 14. 15.

# Tabula II.

Num. 37. 38. Num. 37. 38. in prima facie *ſceptrum*; ex utroque latere *caſſides duae*, uti n. 12. & *ſcuta* duo, inſcriptis aquilis, uti *n. 4. 5.* In parte auerſa *marchio in arcu* aut ſella, cum *caſſide* & enſe in manu *dextra*, *ſcuto* in ſiniſtra.

Num. 38. 39. Num. 38. 39. *Marchio* delineatur ſtans in utraque manu tenens *ſceptrum* cum *trifolio* aut ſceptro *liliato* Brandeburgico: in altero latere *triangulum*, cum *trifoliis* Brandeburgicis.

Num. 41. 42. Num. 41. 42. in primo latere *marchio* ſedens: in utraque manu *ſceptrum* tenens ſingulare non *liliatum*; ſed *duplicatum*, inſtar *duplicatae crucis*. In auerſa parte *tres turriculae*, ſuppoſito *capite* aquilae Brandeburgicae.

Num 45. 46. Num. 45. 46. *Marchio* uidetur, utraque manu tenens peculiare *telum*. In altero late-

*Tabula. II.*


37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
OTTO
57
OTTO MARCHIO
58
59
OTTO MARCHIO
60
61
62
63
64
65
66
67
68
OTTO
69
70
71
72

latere: *caput marchionis* cum *corona*, circumdatum ſex *quadrifoliis* marchicis.

Num. 43. 44. *Marchio* duos *annulos* tenet utraque manu, ſuppoſitis tribus *orbiculis* ſ. trifoliis: in altero latere figura *quadrata* orbicularis; infixis Brandeburgicis *quadrifoliis*. Vti n. 14. 15. Num. 43. 44

Num. 47. 48. Idem eſt iudicium, quam illud, quod n. 32. 33. prodidimus. Num. 47. 48

Num. 49. *Marchio* cum duobus *uexillis*. Non reperies in aliis ullis *inſignibus* Germaniae principum huius aeui, quod illa ſint multiplicata temere. Igitur hoc *duplicis marchiae* ſymbolum. Num. 49.

Num. 50. *Aquila* Brandeburgica cum quatuor *orbiculis*, ſignificantibus quatuor marchias. Num. 50.

Num. 51. 52. nummulus hic cum aliis Brandeburgicis eſt repertus in loco eodem. Vnde opinor, eundem Brandeburgicum eſſe pariter. In cuius latere primo marchionis *effigies*; in altero *crux* Brandeburgica. Vti n. 59. 62. 63. 65. 72. 102. 124. conſpicitur. Num. 51. 52

Num. 53. 54. *Marchio* cum duobus *liliis* ſiue *ſceptris* liliatis ſedens in arcu triumphali: ſed *litteram* in altero latere B. initialem *Brandeburg* non uero R. eſſe, puto, ob adiectum etiam Marchicum *quadrifolium*. Num. 53. 54.

Num. 55. 56. in prima facie *aquila* Num 55. 56.

Bran-

Brandeburgica, cum ſcriptura adpoſita parum legibili, niſi quod *ma* ſyllaba aliter diuinari nequeat, quam *marchio*. *Leo* autem eſſe uidetur *Brunſuicenſis*. Quia nummus OTTONIS *Brunſuicenſis*, qui an. 1320. *marchiae ueteris* dominus ex aliqua parte, ob dotem uxoris *Agnetis*, *Cunradi marchionis* filiae. Poteſt hic conferri *lib. I. n. 17. p. 11. 12.* ſuperius.

*Num. 57. 58.* Num. 57. 58. legitur OTTO MARCHIO circa orbiculum *quadrifolii* Brandeburgici: ſed in auerſa facie *quatuor trifolia* comparent ſuperpoſita *aquila*, ad quatuor marchias ſignificandum.

*Num. 59. 60.* Num. 59. 60. in prima facie legitur MARCHIO OTTO circa cruciculam: in altera marchio tenet in unaquaque manu T ſuppoſito utrinque elemento O. Opinor hunc marchionem fati inſtar habuiſſe: quod nominis ſui quatuor elementa OTTO reſponderent numeris quatuor marchiarum Brandeburgicarum. Vti ſpecimina alia plura n. 61. 63. 65. 67. 76. commonſtrant idem.

*Num. 61. 62.* Num. 61. 62. MARCHIO OTTO utraque manu tenens elementum litterae O. in altero latere crucicula Brandeburgica cum lauro & quadrifoliis.

*Num. 63. 64.* Num. 63. 64. in prima facie OTTO legitur interpoſita Brandeburgica cruce, quod typarium etiam conſpicitur n. 65.

in

in altera marchio tenet *duo capita* aquilarum Brandeburgicarum. Nam alibi marchio utraque manu tenet *aquilam* peculiarem, uti *n. 73. 75. 78.*

Num. 65. 66. Idem OTTO, uti *num. 63.* praecedente. In altero latere marchio cum *lancea* ſeu haſta & *parma*. *Num. 65. 66*

Num. 67. 68. marchio *Otto* ſedens in arcu, in utraque manu tenens orbiculum elementi O. in altera facie *caſſis* adparet cum *ala* Brandeburgicae aquilae. *Num. 67. 68.*

Num. 69. 70. inuenitur illud, quod omnino requiſiuimus & inuenimus feliciter ad gloriam adaugendam AVGVSTALIS DOMVS. Nam adparet in hoc nummulo *marchio ſedens* in *arcu* tenensque in unaquaque manu *enſem bipennem*: in parte auerſa habes AQVILAM BICIPITEM *Brandeburgicam.* Dixi *n. 26.* duplicata inſignia non adhibita ullibi temere & praeter cauſam ullam, in minimi moduli praeſertim nummulis. Sed hanc manifeſtam eſſe in *Brandeburgicis* ad ſignificandum *marchias* duas *ueterem* & *nouam.* Inde marchionibus nunc *ſceptra* duo eſſe *n. 41. 89.* nunc duo *lilia n. 53.* nunc *alas* duas *n. 4.* nunc duas *caſſides n. 37.* nunc *tela* duo *n. 46.* nunc duo *capita n. 64.* nunc *ſtellas* duas *n. 80.* nunc duo *ſcuta n. 87. 88.* nunc duos *enſes n. 26. 69. 71. 93.* nunc duos *orbiculos n. 44. 61. 67.* *Num. 69. 70.*

nunc capita duo *n.34*. Quod cum ita ſit, facile eſt ad intelligendum, quare AQVILAE quoque DVAE in nummulis Brandeburgicis inueniantur idque *n. 73. 75.78.113.152.153.159.* Vti uero alibi AQVILAE DVAE ex utroq; latere columbatim: ſic in parui ſpatioli nummis *duæ aquilae* contractae demum & exhibitae AQVILA BICIPITE ſiue CONCORPORATA. Idque intelligere licet e numulis noſtrae ſupellectilis, quae priuata eſt, quam plurimis *num. 70. 81. 84. 105. 137.* ut dubitare non liceat de aliis pluribus, qui in inſtructioribus mues offenduntur.

*Num.71.72.* Num. 71.72. *Marchio* adparet ſedens & in unaquaque manu inſtruitur *enſe* peculiari. In altero latere *crux* cum *quatuor quadrangulis*, ſymbolo forte quatuor marchiarum.

## Tabula III.

*Num.73.74* Num. 73. 74. *marchio ſedens* adparet una manu *ſceptrum*; altera *enſem* tenens. In auerſa parte *duae aquilae* Brandeburgicae interpoſita *turricula*, ſuppoſitoque arcu & *quadrifolio*.

*Num.75.76.* Num. 75. 76. marchio duas *aquilas* Brandeburgicas geſtat manu utraque: altera pars nomen OTTONIS habet, duplici O contracto in *corculum*. Interpoſitis *ſcutis tribus* cum aquilis ad ſignificandum tot marchias. Num.

Tab. III.



Num. 77. 78. *marchio ſtans* ex utroque latere *alae* duae, ſiniſtra manu tenens *ſceptrum*. In auerſa parte iterum AQVILAE DVAE BRANDEBVRGICAE interpoſito Brandeburgico ſceptro. *Num. 77. 78.*

Num. 79. 80. *marchio* cum corolla aut *casſide criſtata*, dextra manu *gladium*: ſiniſtra *crucem* tenens. Certo indicio, *crucem* Brandeburgicis inſignibus accenſendam. Quod *cruce* utantur imperatores inſtar *ſceptri imperialis*. In auerſo latere *aquila* marchica cum *ſtellulis* duabus & ſuperpoſita *lunula*. Nam & haec eſſe Brandeburgicis inſignibus accenſenda, diximus ſupra *n. 11.* *Num. 79. 80.*

Num. 81. 82. iterum conſpicimus AQVILAM BICIPITEM BRANDEBVRGICAM cum *marchione* inſtructo clauo aut *telo* bipenni, uti *n. 46.* *Num. 81. 82.*

Num. 83. 84. *marchionem* habes inſtructum *telo* in dextra: in auerſa parte AQVLIA BICEPS BRANDEBVRGICA adparet, diuerſa a priori in eo, quod, loco *ungularum*, habeat *Brandeburgica trifolia*, notata *n. 15. 27. 28. 36. 39. 40. 58. 86.* *Num. 83. 84*

Num. 85. 86. duo adſident figurae humanae *ſceptro* intermedio liliato, quod eſt Brandeburgicum, uti patet *n. 48. 53. 113. 121.* Num *duo homines* principatus *collegae* aut ſocii? dictum *n. 48.* Tria *trifolia Brandeburgica*, in auerſa parte, ex- *Num. 85. 86.*

explicata *n. 58. 40. 39.* *Scuta* duo ſuppoſita habes etiam *n. 4. 37.*

*Num. 87.* Num. 87. adparet *marchio ſedens* tenensque ex utroque latere duo *ſcuta* cum *trabibus* quatuor: ſuperpoſita *cruce* Brandeburgica, uti *n. 63. 65. 72. 79. 89. 102. 104.*

*Num. 88.* Num. 88. figura prorſus eadem. Vterque nummus eſt *bracteatus.* Requiris, quorſum *duo ſcuta* in figura eadem? Repono, *utramque marchiam* illa denotari. Sed urges: haec inſignia *ſtriata* eſſe tamen Saxonica. Verum *Ottonem Brandeburgicum* illis uſum fuiſſe, conſtat nummorum exemplis *n. 108. 110.* qui neſciunt fallere. An uero *ſtriae* illae *marchias quatuor* reſpiciant, eo praeſertim tempore, quo, praeter nouam marchiam, aliae plures principem habuere Brandeburgicum: illud quidem nolim definire neque meam coniecturam obtrudere aliis. Illud certum eſt: unum hominem utraque manu inſtructum & occupatum eſſe ſcuto ſingulari, illud mereri inter oſtenta referri.

*Num. 89.* Num. 89. portentum ſimile, unum principem gerere plura SCEPTRA. Sed hi numeri Brandeburgicis nequeunt inuideri ob plures *marchias.* Exempla alia habes *n. 10. 39. 41. 53.*

*Num. 90.* Num. 90. nihil habetur ſingulare. Nam


Tab: IV:
95
96
97
98
+BRANDENBURCH
99
100
IUDOVICUS
101
102
103
104
+IUSTI IUDIC ATQ PILII HOMINUM.
105
106
107
OTTO
RAN DE N BO
108
OTTO
110
BRANDEBURGENSIS MARCHIO OTTO
111
112

Nam marchio dextra *enſem*; ſiniſtra gerit *uexillum*, uti ſaepe alias.

Num. 91. 92. marchionem conſpicis cum ſymbolis iisdem, *enſe* & *uexillo*. Suppoſitum caput *aquilae*; adiecta *turricula*, quarum numeri plures in auerſa etiam parte, uti *n. 21. 31. 33. 36. 94. 119.* *Num. 91. 92.*

Num. 93. 94. *marchio* ſtans inter *turriculas* duas, enſibus duobus inſtructus in manu utraque, uti *n. 26. 71.* In parte auerſa, poſt *turriculas caput* cum corolla aut *criſtata caſſis*, uti *n. 12. 31. 37.* atque CAPUT *aquila* ſuppoſitum, uti *n. 17. 64.* *Num. 93. 94.*

# Tabula IV.

Num. 95. Lipſius hoc aenigmate omnes aliorum culos occupauit glaucomate inſigni. Verba eius dedimus ſupra p. 576. Nulla mihi quidem ratione perſuadere poſſum, Lipſium hunc typum *aquilae bicipitis* offendiſſe. Tot enim uiri, rerum Latii peritiſſimi fruſtra quaeſiuerunt eius generis typum, quem tamen non inuenerunt. Et quis crediderit, inter mille *aquilae ſimplicis* inſignia, quibus uſi Romani in militia paſſim, neminem mortalium ueſtigium aliquod praeterea inueniſſe *aquilae* BICIPITIS aut *concorporatae*. Eſt quidem *Daniel* PAPEBROCHIVS, qui in *actis SS. tom. V. menſis Maii p.* 210. in medium producit *aquilam* *Num. 95.*

*bicipitem in uertice utroque coronatam*, quae effoſſa & reperta fuerit e ſepulchro S. *Luciferi*, epiſcopi *Calaritani* an. 1623. Sed cum epitaphium ipſum uiri docti pridem uocauerint in dubium: quis illo utetur, ad ſoluendum problema, tantopere diſputatum. Quod ſi autem an. 1368. in naue Ioannis Palaeologi haec teſſera ſpectata aquilae bicipitis, illud aeui eſt Caroli IV. & Wenceslai, qui *aquila bicipite Brandeburgica* fuerant iam capti & occupati. Vt inde gloria inuentionis nequeat ſic eripi *imperatoribus Brandeburgicis*.

*Num. 96.* Num. 96. cum uiri doctiſſimi fallant fallanturque, qui adfirmant, BICIPITEM AQVILAM inſculptam columnae *Traiani* & *Antonini*: e re fore duxi, hoc idolum hic delineare & exhibere aeri inciſum. Cum uero *duae aquilae*, ſibi ex interuallo non leui oppoſitae, differant toto coelo a noſtra BICIPITE: ualde nugatorium eſt, hanc picturam habere ſimilem aquilae bicipiti. Nam plures *aquilas* ſparſiſſe Romanos in pariete aut muſiuo eodem, nihil noui eſt: ſed quid hoc ad noſtra portenta *aquilae concorporatae*?

*Num. 97.* Num. 97. habes forte hic caput marchionis circumdatum finibus quatuor *liliatorum ſceptrorum*. Vti *n. 24. 36. 39. 58.*

Num.

Num. 98. 99. *aquila* cum *cruce* Brandeburgica: in latere auerſo, alia nulla cauſa, adparent *tres parmae*; tres *aquilae*; tres *turres*, quam ob *marchias tres* Brandeburgicas. *Num. 98. 99.*

Num. 100. 101. circa aquilam Brandeburgicam legitur LVDOVICVS marchio, Boicae ſtirpis. Vnde autem in auerſo latere *corona* ac *diadema regale*? Etiam hoc alibi inſtructa ſunt Brandeburgica inſignia *n. 22. 24. 106. 127. 159.* Liceat hac occaſione in memoriam nobis reuocare *Venedorum regni* uetuſtatem. *Num. 100. 101.*

Num. 102. 103. Cum tam *crux* in Brandeburgicis nummis conſpicua, *n. 41. 52. 59. 63. 65. 72.* quam multiplicata *ſcuta*, uti *n. 14. 19. 27. 37.* nullus dubito etiam hunc inter Brandeburgicos referre. *Num. 102. 103.*

Num. 104. *aquila imperialis* ſiſtitur, qua uſus eſt Carolus IV. imperator; certo argumento, illum *de aquila bicipite* adſciſcenda in inſignibus imperialibus tunc nondum cogitauiſſe. Typus idem habetur in *ſigillis Carolinis* innumeris; quorum plura in *tabulario* principali Magdeburgico adſeruantur. *Num. 104.*

Num. 105. *aquila biceps* ſiſtitur, qua in ſigillis plurimis uſus eſt *Wenceslaus* rex Romanorum, quorum exempla plura non minus habentur in *principali archiuo Magdeburgico*. Et licet de Maximiliano I. H- *Num. 105.*

I. illud conſtet uel ex *imperialibus thaleris*, quod ipſe ante contentus fuerit *aquila ſimplice*, quam imperator eſſet factus; poſt quae tempora in omnibus *uncialibus nummis* adhibuit aquilam bicipitem, uti exemplis docet probatque *Iacob. a* MELLEN *in ſylloge uncialium p.* 19. 20. contra tamen WENCESLAVS non dubitauit BICIPITE AQVILA uti, qua *rex Romanorum*. Vt eo tempore uel nondum fuerit factum hoc diſcrimen uel BICEPS AQVILA eius Brandeburgica fuit, non imperialis.

*Num.* 106. Num. 106. AQVILA CORONATA eſt, uere *biceps*; licet rudi manu *duo capita* contorta & redimita ſint *diademate*. Qualia cum *n.* 22. 24. 101. pariter compareant in *Brandeburgicis nummis*; non dubitaui etiam hunc inter illos referre.

*Num.* 107. Num. 107. *Otto marchio* adparet eques, quod *n.* 1. iam dictum & explicatum.

*Num.* 108. Num. 108. OTTO MARCHIO BRANDEBVRGENSIS ſcite delineatur, cum *ſcuto* ſtriato, ut nequeat dubitari, hoc inſigne non tributum fuiſſe ſoli *Saxoniae*. Quod

*Num.* 110. Num. 110. egregie illuſtrat; cuius epigraphe plena ac plana eſt mereturque omnino primum locum.

*Num.* 111. Num. 111. *duo clypei*. Primo *ſceptrum*; alteri *aquila* inſcripta, utrumque Brandeburgicum inſigne.

Num.

# Tabula V.



Num. 112. *aquilae* Brandeburgicae infixus *clypeus* cum *ſceptro*, notae paulo recentioris. *Num. 112.*

# Tabula V.

Num. 113. OTTONEM Brandeburgicum produnt ſceptra, *laureatum* & *liliatum* uti *n. 2. 53.* tum *duae aquilae* ſibi poſitae ex aduerſo columbatim, uti *n. 73. 75. 78.* demum *manus*, uti *n. 123* Quod cum ita ſit, opus non eſt, fingere munus *aduocati Goslarienſis*, quaſi datae Caeſari *dextrae*, & alteram aquilam credere Goslarienſem. *Turres* ex utroque latere non minus inter teſſeras Brandeburgicas, uti *n. 25. 21. 33. 36. 42. 92. 94.* *Num. 113.*

Num. 120. BERNHARDI eſt ducis Saxoniae an. 1170. ſtirpis Brandeburgicae. Neque eſt, quare ſe torqueant huc & illuc autores in legendis elementis BEEA ſiue BERA. Nam penultima littera ſiue R. ſit ſiue E. perinde eſt: quia clarum eſt ſiglum, quod notare debet nomen BERnArdi aut BErnEArdi. Cum autem *tertia* littera ductibus non reſpondeat *ſecundae* uel ſculptor errauit uel lector conuertitque R in E. Lepidis ergo coniecturis non eſt opus, qua facere hunc ducem uolunt *equitem Anhaldinum*, quod rationi ac aeuo eſt inconcinnum. Vt non mereatur refelli. *Num. 120.*

*Num. 114. 117.* Num. 114. 117. 121. tres nummos ideo coniunxi, quoniam ultimus eſt haud dubie Brandeburgicus, ut produnt *enſis* & *ſceptrum* liliatum cum *turriculis*. Inuenti autem cum hoc reliqui duo, inde non ſeparandi temere.

*Num. 118.* Num. 118. BRANDEBVRGICVS eſt. Nam inuenies in aliis nullis cauſas *duorum gladiorum*, quam in marchiarum Brandeburgicarum numeris, uti uidimus *n.* 56. 71. 93.

*Num. 115.* Num. 115. forte repondet numeris 32. 48. ubi pariter duo uiri coniuncti ſibimet ex aduerſo, ſceptro intermedio uel turricula.

*Num. 116. 119. 122.* Num. 116. 119. 122. habent nummi notas uulgares & pluribus communes, ut adeo dubium ſit, quomodo hic locum ſuum queant ſuſtinere.

*Num. 123. 124.* Num. 123. 124. *crux* repondet illi, quam nummus Brandeburgicus habet *n.* 102. Dubium pariter, an noſtrae claſſis. Vtitur Hala Sueuorum patria MANVS inſigni in nummis & *cruce*, in quam ſolet iurari impoſita manu. Sed raro nummi in medio aeuo lati extra prouinciam in loca tantopere remota, ob cauſas plures, indicandas alibi.

*Num. 125. 126.* Num. 125. 126. omnino eſt *Brandeburgicus* cognoſcendus ex *quatuor telis* ſignantibus *quatuor marchias* uti *n.* 82. 83. & *tri-*

*foliis*

Tab: VI.




Syſang ſc Halæ.

*foliis* Brandeburgicis, ut *n.* 15. 40. 43. 45. quod dictum ſaepius.

Num. 127. 128. *Vizonis reguli Venedorum* nummuli, in quibus *luna* cum *ſtellulis* notanda, conſpicimus ètiam *n.* 9. 11. Vnde illud clarum, utrumque inſigne fuiſſe Venedis ſolenne tempore uetuſtiſſimo. Prouocauimus *p.* 564. *n. b.* ad ſchediaſma, in quo huius monetae ratio habetur plenior. *Num.* 127. 128. 135 136.

# Tabula VI.

Num. 129. 130. exhibetur *numiſma* AGRIGENTINORVM (*Gergenti* hodie *Siciliae* urbis) deſumtum e cimelio REGIS PORVSSIAE: ſed admodum peruerſe explicatum a *Laur.* BEGERO *in obſeruationibus & coniecturis in numiſmata antiqua p.* 21. 22. quaſi ſcilicet *Agrigentini leporis* ſymbolo uſi ſint, quod ab hoſtibus aquilis eſſent deuicti ac praeda facti. Merito ridet commentum Begerianum illuſtriſſimus SPANHEMIVS in addita laudato *ſchediaſmati epiſtola.* Cui facile fuerat, oſtendere illud: quod potius AGRIGENTINI ciues uictoriam ſignificauerint, reportatam olim ab hoſtibus, quos ſub effigie *leporis*, ferae timidae, inſtar ſymboli, delinearunt. Quae nummiſmata cum *duas aquilas* referant, fruſtra eſt LIPSIVS, quod *n.* 96. picturam cum aquila bicipite audet conferre. *Num.* 129. 130.

Num.

Num. 131. 132. 133. 134. 139. 140. Num. 131. 132. 133. 134. 139. 140. delineata inſignia ex NOTITIA IMPERII, quae illuſtrauit ſuo commentario PANZIROLVS. Nos alio fine eadem non exhibuimus, quam ut conſtet, Romanos pariter nunc *aquilas duas*, nunc *bicipitia animalium* diuerſorum *canis* n. 132. 133. *aquilae* n. 134. *anguium* n. 139. *draconum* n. 140. adhibuiſſe: abſtinuiſſe autem ab animalibus concorporatis.

Num. 137. 138. Num. 137. 138. iterum habes *aquilam bicipitem Brandeburgicam*; in altero latere *marchio* in arcu ſedet cum *duobus enſibus*, haud dubie inſignibus *plurium marchionatuum* Brandeburgicorum.

Num. 141. 142. Num. 141. 142. marchio *Brandeburgicus* in arcu ſedet cum *duobus ſceptris laureis* uel *alis* duabus *aquilinis*. In latere altero duo *marchiones* intermedio ſceptro. De qua effigie dictum ſupra *n. 32.*

Num. 143. 144. Num. 143. 144. in prima facie DVO MARCHIONES uterque *gladium* tenens manu; alterius ſiniſtrae inſidet *aquila*, alis expanſis. *Duumuiri* quid uelint, dictum *n. 32. 48.* Etiam illi offenduntur alibi *n. 85. 142. 168. 172.* In facie auerſa *marchio* cum uexillo & enſe inter *turriculam* & *aquilam* ſtans.

Tabu-

*Tabula VII*


145
+ BRANDEBORH
146
147
148
149
150
151
152
153
154
O O
T T
155
+ MARCHIO OTTO
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174

# Tabula VII.

Debeo omnes huius tabulae VII. nummos beneuolentiae peritiſſimaeque manui domini SEELENDERI, qui delineatos uſui meo transmiſit.

Num. 145. 146. In primo latere *aquila*, circumſcripta nomine *Brandeborb*: in auerſo autem *aquila* cum *leone Brunſuicenſi*. Quod explicatur plenius in *n.* 55. 56. idemque etiam *n.* 147. 149. eſt repetendum. *Num.* 145. 146.

Num. 147. 148. Quid ſibi *leo* & *aquila* uelint, dictum ſtatim prouocatumque ad *n.* 55. 56. Niſi enim *Ottonis Brunſuicenſis*, marchiae domini ibi legeretur nomen; credere aliquis poſſet, *leonem Bohemicum* cum *bifida cauda*, uti *n.* 146. In latere auerſo *marchio*, utraque manu tenens *ſceptrum liliatum*. *Num.* 147. 148.

Num. 149. 150. *aquila* cum *leone* Brunſuicenſi, ut ſtatim explicaui. Sed *leo* n. 150. eſt *coronatus* ſignatusque litterula ſiue *g* ſiue *d* ſiue *b*. Quas notulas etiam in *prima* facie habent cum *leo*, tum *aquila*. Cum nummuli ſint *Ottonis Brunſuicenſis* ueteris *marchiae domini*; non habeo, quo referam elementa. Niſi fallat ductus in gyrumque ſit actus notetque O id eſt *Ottonem*. Poteſt tamen dici, quod *d ducem* innuat aut b *Brunſuicenſem*. *Num.* 149. 150.

Num.

Num. 151. 152. Num. 151. 152. marchio inter *quatuor* marchiarum *quadrifolia*, illuſtrata *n. 15. 36. 45.* In *auerſo* latere *duae aquilae* ſe columbantes. Inter medio *lilio* ſceptri Brandeburgici acumine.

Num. 153. 154. Num. 153. 154. habes iterum *columbantes aquilas duas*, interpoſitis *orbiculis*; in altera facie *marchionem* ſtantem inter litteraria elementa ſui *nominis*, OTTO.

Num. 155. 156. Num. 155. 156. *Otto marchio* cum *aquila* in meditullio. *Aquila* in altero latere alis expanſis.

Num. 157. 158. Num. 157. 158. iterum *aquila expanſis* alis: in altero latere *marchio* in arcu dextra *enſem* tenens, ſiniſtra *aquilam*. Vti *n. 143.*

Num. 159. 160. Num. 159. 160. *duae aquilae columbantes*, uti *n. 152. 153. capite marchionis intermedio*, cum *diademate*. Quod etiam in Brandeburgicis offenditur *n. 22. 101. 127.*

Num. 161. 162. Num. 161. 162. tres *turriculae*, inſtar teſſerae *marchicae* etiam *n. 21. 31. 33. 36. 42. 92. 94.* Suſtinentur illae *ſceptro* Brandeburgico, utrinque *caput humanum*, uti *n. 34. 37.*

Num. 163. 164. Num. 163. 164. marchio cum *ſecuribus duabus*, duplicis marchiae teſſeris, uti *n. 10. 26. 45.* & alibi. Auerſum latus habet *aquilam* uulgaris formae.

Num. 165. 166. Num. 165. 166. *aquila* Brandeburgica formae uulgaris: in altera parte *marchio*

*eques*

*eques* cum *corolla* aut *casſide*, uti *n. 12. 31. 37. 79. 94.* In dorſo addito *marchico quadrifolio*, uti *n. 45. 43. 173.*

Num. 167. 168. marchio cum *duobus uexillis*, omittendis necquicquam ad *marchiarum* indicandos numeros, uti *n. 49. 169.* cum *gladio* in dextra, cui ſuppoſitum *caput* aquilae & in dextro latere adpoſita *turricula*. In facie altera duo *marchiones* cum *enſe*; interpoſito *Brandeburgico* ſceptro, uti *n. 32. 34. 48. 85. 142. 143. 172.* *Num. 167. 168.*

Num. 169. 170. marchio cum *duobus uexillis* uel *clauibus*. De primo *n. 167.* de altero *n. 6.* ſcripſimus, ad ſignificandum marchias plures. In latere altero, *aquila & turriculae* teſſerae Brandeburgicae uulgares. *Num. 169. 170.*

Num. 171. 172. *aquila* cum *tribus* ſuppoſitis *turriculis*, teſſeris marchiae uulgaribus: in altero latere *duo marchiones* iunctis manibus, ſuppoſito *ſceptro cruciato*. Vti notatum *n. 32. 34. 48. 85. 142. 143. 168.* *Num. 171. 172.*

Num. 173. 174. *ſcuta* duo cum *aquilis* ad ſignificandum plures *marchias* uti *n. 4. 19. 37. 86. 87. 88.* ſuperpoſito ſuppoſitoque marchico *quadrifolio*, uti *n. 27. 45. 43.* in altero latere *aquila Brandeburgica* notae uulgaris. *Num. 173. 174.*

FINIS.

Aeri inciſas TABVLAS diſponat COMPACTOR ordine, qui ſequitur:


| | |
|---|---|
| Tabula I. | pag. 585. |
| Tabula II. | p. 590. |
| Tabula III. | p. 594. |
| Tabula IV. | p. 597. |
| Tabula V. | p. 601. |
| Tabula VI. | p. 603. |
| Tabula VII. | p. 605. |

OTANOX

2015